

PUBLICATIONES ARCHIVI
NATIONALIS HUNGARICI

II.

FONTES

12.

Antonius Fekete Nagy
Victor Kenéz – Ladislaus Solymosi
Geisa Érszegi

MONUMENTA
RUSTICORUM
IN HUNGARIA
REBELLIIUM
ANNO MDXIV

AKADÉMIAI KIADÓ
BUDAPEST

MONUMENTA RUSTICORUM
IN HUNGARIA REBELLIIUM
ANNO MDXIV

Maiorem partem collegit

ANTONIUS FEKETE NAGY

Ediderunt

VICTOR KENÉZ


et

LADISLAUS SOLYMOSSI

atque in volumen redigit

GEISA ÉRSZEGI

Volumen, quod res a rusticis rebellibus gestas illustrat, illos fontes profert, qui omnium dignissimi fide censentur, qui videlicet archivis conservantur: litterae, missiles, conscriptiones, leges etc. Itaque res tempore insurgendi gestae ab initiis, expeditione scilicet in Turcas divulgata usque ad rebelles profligatos ac quantam vim habuerit illa seditio ad res aetate posteriores, ex his fontibus quam verissime cognosci possunt. Quamquam huius voluminis fontes sunt linguarum Latinae, Germanicae, Italianae, Bohemicae, Hispanicae et Hungaricae, editoribus tamen visum fuit, ut recte communicandi atque intelligendi gratia omnia, quae fontibus annectenda esse habebantur, id est praefatio, regesta, conspectus, annotationes et indices Latine scriberentur. Textus fontium autem exemplaria litterarum sigillorumque electa ope lucis depicta sequuntur, quae materiam dant, ut effigies fontium eiusdem temporis accuratior animo fingi queat. Volumini brevi vertendo manu sunt indices, qui nomina personarum locorumque in se continent, mappa eiusdem temporis Hungariae et glossarium.



AKADÉMIAI KIADÓ

Aedes Academiae Scientiarum
Hungaricae

BUDAPESTINI

MONUMENTA RUSTICORUM IN HUNGARIA REBELLIIUM
ANNO MDXIV

ADRES. DE. M. DE. HUNGARIE. HUNGARIE.
XIX. 1859.

MJ PUBLICATIONES ARCHIVI NATIONALIS HUNGARICI

II.

FONTES

12.


**AEDS ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
BUDAPESTINI MCMLXXIX**

MONUMENTA RUSTICORUM IN HUNGARIA REBELLIIUM ANNO MDXIV

Maiorem partem collegit
ANTONIUS FEKETE NAGY

Ediderunt
VICTOR KENÉZ et LADISLAUS SOLYMOSI

atque in volumen rededit
GEISA ÉRSZEGI



AKADÉMIAI KIADÓ, BUDAPEST 1979

ARCHIVO HUNGARIAE NATIONALI ET INSTITUTO HISTORICO
ACADEMIAE SCIENTIARUM HUNGARICAE
AUSPICIBUS


ISBN 963 05 1098 7

© Akadémiai Kiadó, Budapest 1979

Printed in Hungary

**QUAE CAPITA NOSTRO HABEANTUR VOLUMINE
HIC INVENIRE POTES**

PRAEFATIO	7
CONSPECTUS	15
Conspectus archivorum bibliothecarumque	17
Conspectus librorum	19
Conspectus periodicorum	22
Conspectus compendiorum signorumque	23
MONUMENTA	25
1—425 (post 1513 Iunii 17—1584 Februarii 20)	27
APPENDIX	555
426 (1507 Iulii 19)	557
INDICES	559
Index chronologicus	561
Index nominum	563
Index rerum seu vocabularium	623
Bohemicum	623
Germanicum	625
Hungaricum	649
Italicum	651
Latinum	655
Index tenoris	703
TABULAE	I
Tabulae exemplarium	III
Tabulae armorum	XXIX
Tabulae sigillorum	XXXII
Tabula geographica	



PRAEFATIO

I. DE FATO LIBRI

Opus, quod Monumenta rusticorum in Hungaria rebellium anno MDXIV inscriptum proferimus, imprimis olim Antonii Fekete Nagy¹ manu scriptis nititur. Ille vir annos vitae suae non paucos consumpsit, ut fontes ad res gestas insurrectorum anno MDXIV rusticorum pertinentes colligeret ex collectisque librum conficeret de insurrectione rusticorum.²

Fontes, qui in archivis asservantur, maiore in parte in lucem adhuc non prodire, vel bene vix publicati manibus verti haud possunt, quia dispersi et in codicibus variarum familiarum diplomaticis et in periodicis inveniri oportent. Propterea Antonius Fekete Nagy fontes illos in libro suo tamquam appendices in formam regesti redactos editurus erat.

Mors vetuit illi, ut opus manu sua scriptum prelo ipse commendaret.

Anno MCMLXXII ducem insurrectorum rusticorum, Georgium Székely, alio nomine Dózsa, a cuius nativitate forte centesimum lustrum dilapsum est, celebrabat Hungaria.³ Haec occasio sollemnis facultatem praebuit imprimendi

¹ Ad vitam (a. MCM—MCMLXIX) eiusdem v.: *Levéltári Közlemények* 40 (1969) p. 193—194.

² Manuscripta eiusdem v.: Archivum Hungariae Nationale, Fekete Nagy Antal (P 1732) f. 3.

³ Res anno 1514 gestae in nuce: Hungariam iam a saeculo XIV opacabat periculum Turcarum. Quamquam reges Hungariae saeculo XV adhuc extra regnum quoque exercitus duxerant contra Turcas, tamen illi hostes confinia regni occuparunt et in medium etiam regnum invadebant. Pontifices maximi principes Europae inter se discordes pace copulare et viribus unitis eorundem milites ad antemurale Christianitatis, scilicet Hungariam adiuvandam conducere semper studebant. Leo etiam X papa vestigiis antecessorum ingressurus Thomam Bakócz archiepiscopum Strigoniensem, sacrosanctae Romanae ecclesiae cardinalem et a latere legatum legavit, ut vaderet in Hungariam et circumvicina regna milites in Turcas congregandi causa. Ille legatus in quadragesima cruciatam Budae publicandam curavit et die 25 Aprilis ac circa eandem vicelegatum ac commissarios suos nominavit. Milites in Christianitatis hostes parati antiquitus cruce pro signo expeditionis signati erant. Nunc etiam milites in Turcas congregati cruces accipiebant et in pectore gerebant; quamobrem cruciferi nominati sunt. Magna pars cruciferorum imprimis rusticorum prope civitatem Pestinum Budae, capiti Hungariae vicinam conveniebant. Cruciatam tamen expeditione revocata ac finita rustici cruce signati pluribus locis insurrexerunt pars quoque maior eorum altera prope Budam congregatorum altera minore Budae manente partes Hungariae meridionales, quae invasionibus Turcarum subiectae sunt, petitura. Ex itinere eorum nobilibus et invicem rusticis multa — in fontibus nostris longe lateque descripta — damna inferebantur. Plures homines praesertim nobiles necnon Nicolaum Csáki episcopum Cenadiensem palo affigendo trucidabant. Post plures conflictus ac castra capta castrum meridionalium partium munitissimum Temesvár nominatum duce Georgio Székely obsederunt. Quibus auditis Iohannes Zapolyai vaiвода Transilvanus cum exercitu confinia regni petiturus recurrit castrum Temesvár a cruciferis rusticis obsessum liberaturus. Prope castrum milites eiusdem cum rusticis conflixerunt

opus Antonii Fekete Nagy. Ad narrativam libri partem perficiendam G. Barta,⁴ ad diplomatarium autem ex regestis amplificandum ab Instituto Historico Academiae Scientiarum Hungaricae et Archivo Hungariae Nationali nos potestatem accepimus.

Dum fontium collectorum editionem iam apparabamus, collectis non contentus novos adhuc ignotos fontes investigare coepi. Intra muros Archivi Hungariae Nationalis omnes — quoad fieri potuit — fontes, ex quibus ignota documenta insurrectionis haurire sperabam, cum in Diplomatum collectione ante cladem ad Mohács (ante scilicet annum MDXXVI) datorum tum inter Collectas vel taeneas dilucidas microfilm dictas vel copias photographicas interiores extraneasque inspiciebam.⁵ Praeterea archiva Slovaciae (olim superioris Hungariae) frequentabam. Spes reperiendi nos non fefellit.⁶

Voluissemus cunctos textus nostros ex genuinis fontibus publicare, sed — pro dolor — occasio fontes notos inspiciendi describendique, ignotos autem investigandi in archivis extraneis praesertim Bohemiae, Germaniae utriusque, Hispaniae, Italiae, Iugoslaviae, Poloniae, Rumaniaeque nobis non patefacta est. At multi, quorum nomina ne enumerare quidem possumus, succurrebant nobis, ut fontes librosque necessarios inveniremus aut copias eorundem photographicas acciperemus.

Colligendis fontibus non nos, sed tempus semper urgens finem posuit. Nam decuere haec documenta tempore Georgium Székely celebrandi provenire.

Quare Monumenta rusticorum in Hungaria rebellium anno MDXIV inscribatur hic liber? Monumenta, licet non omnis generis documenta (sola enim in archivis asservata) publicentur, nominamus tamen fontes nostros, cum nonnulli eiusdem tenoris libri sic inscribantur.

II. DE CONSILIIS EDITORUM

Omnium textus fontium nostrorum in extenso edere studebamus. Attamen nonnullos fontes, qui rerum insurrectionis rusticanae non censentur principaliores esse: dummodo scilicet minores eorundem partes pertinent ad insurrectionem simul vel in lucem iam bene prodire vel alia Hungarica non continent, in formam regesti redegimus, aut partibus minimi pretii omissis textu mancos publicavimus.

Restitit nobis quaestio, fontes nostros quemadmodum ederemus? Summum fuit studium nostrum, ut textus fontium modo nunc temporis aptissimo publicarentur.

Confiteri debemus nos gravi cum corde librum hunc manibus nostris emittere. Ex fontibus enim archivi nonnulli a Caio Tranquillo Suetonio (ca. a.

et dissiparunt eosdem, quorum dux Georgius Székely captus manibus vaivodae incidit, mox die 15 Iulii crudeliter supplicium de eodem vaivoda sumpsit. Rusticis profligatis et investigatio recompensatioque damnorum et contra insurrectos bene meritorum praemia successerunt. Maior pars fontium nostrorum de hoc tempore narrant.

⁴ Barta G.—Fekete Nagy A.: *Parasztháború 1514-ben*. Budapest 1973.

⁵ Copias photographicas ex taeneis dilucidis fictas in Archivo Hungariae Nationali eisdem sub numeris, quos in hoc libro sibi accepere, invenire potes. Signatura earundem copiarum photographicarum: Fényképtár (U 205).

⁶ Ex fontibus ab Antonio Fekete Nagy collectis tredecim fontes ad rusticos insurrectos minime pertinentes omisimus, nonnullos autem addidimus.

LXVIII—CLXI) magistro epistularum, qui vitas duodecim caesarum sic descripsit,⁷ historias scribebant. Fontes ipsos nec ille nec M. Sanutus, O. Raynaldus, G. Pray, S. Katona quidem publicarunt.⁸ Idem annalistae fontes suos ipsis scripturis suis per annos digestos inseruerunt, interpretati sunt, fides eorum confirmarunt seu in dubium revocarunt. Hungaria saeculo XVIII primum C. videlicet Wagner fontes ipsos publicantem enixa est.⁹ Post eum multi temere fontes ex archivis publico id est Camerae Hungaricae ac diversarum familiarum atque ecclesiarum sine aliquali regula vulgarunt. Prima febris fontes emittendi extincta ab editoribus postulatum est, ut illi fontes deligerent, criticam et in textibus criticae notas adhiberent, textus interpretes essent, locum, quonam fontes reperiri possunt, darent, materias et sigilla commemorarent.

Nuperrime instar novi collatione textuum inter se congruentium utuntur. Consuetudo conferendi textus non est nova. Qui enim decreta regni Hungariae Corpus Iuris Hungarici inscripta in manibus hominum impressa typis dabant, iam curarunt, ut varias lectiones decretorum seu legum significarint.¹⁰ Nec ipsi quidem ex suo consilio contulerunt textus, sed vestigiis Iosephi Nicolai Kovachich ingressi sunt, qui lectiones variantes decretorum nonnullorum collegerat.¹¹ Haec methodus ad ceteros archivi fontes fere usque adhuc non est adhibita. Propterea nostrum cor erat grave, cum fontes nostros tractare conati sumus.

Antecessorum enim rebus egregiis uti, menda autem evitare in votis nostris fuisset, quod facillime antecessorum regulis utendo facere potuissemus. At editores regulas suas, quasnam videlicet consumebant, pauci consummaverunt. Id maxime recensores editionum facere solebant.¹²

In Hungaria regula textus edendi prima anno MCMXX, postquam codices magni momenti diplomatum e prelo eveniebant, est conscripta.¹³ Prima regula imprimis textus recte legendi et recte lectos bene significandi causa nata est. Prima regula vix vigit. Illa nunc dierum retractabatur, ut ope eius diplomata antiquissima Hungariae critice emanant.

Filia eius, secunda videlicet regula ad diplomata antiquissima, contraria primae, textus critice publicandi ergo redintegrata est: annotationes in duas partes dividuntur; prima pars est textus interpretationi, secunda vero est criticae textus; numeris litterisve et vocabula interpretanda et annotationes eorundem vocabulorum interpretes significantur.¹⁴ Attamen si quodam in textu annotanda vocabula vel lectiones variae, quae cum critica stricte coniunctae sunt, scateant, obumbrant totum, sicut etiam textum regulam secundam illustrantem; (quod non esset malum tam grave, nam formae textus litteris numerisque quasi maculis offensae damnum haud attento animo legenti large restituunt eadem litterae et notae, quae in textibus ammonent invitos etiam

⁷ C. T. Suetonius: Vitae duodecim caesarum.

⁸ M. Sanuto: I Diarii di — XVIII—XIX. Ed. N. Barozzi, G. Brechet, R. Fulin etc. Venezia 1887; O. Raynaldus: Annales ecclesiastici . . . XX. Coloniae Agrippinae 1694; Pray: Annales regum Hungariae ab anno Christi 997 usque ad annum 1564 deducti. IV. Vindobonae 1767; S. Katona: Historia critica regum Hungariae. XVIII. Budae 1792.

⁹ Analecta Scepusii sacri et profani. IV. Ed. C. Wagner, Posenii et Cassoviae 1778.

¹⁰ Corpus Iuris Hungarici. 1000—1526. Ed. Márkus D. Budapest 1899.

¹¹ Kovachich I. N.: Lectiones variantes decretorum. Pestini 1819.

¹² Századok 53—54 (1919—1920), Melléklet p. 22—24.

¹³ Századok 13 (1879) p. 320—335 et ibid. 27 (1893) p. 41—57.

¹⁴ Történelmi Szemle 3 (1960) p. 525—535.

lectores, ut annotationes criticas seu interpretes imis in paginis videant.) Partim id evitando partim textus conferendi gratia, collationem enim textuum maximi momenti esse aestimamus, formam textus edendi novam¹⁵ inducere studuimus. Si enim idem textus in pluribus fontibus exstat, lectiones variae quoque inveniuntur, quae cum singulae emergerunt, litteris per ordinem alphabeti signantur. Ordinem harum litterarum alphabeticum variae lectiones recentiorum fontium iterum atque iterum perturbant. Annotationes vero iuxta numeros versuum nusquam debent convertere textum perfectum, attamen ima in pagina ceteris inseri possunt.

Quibus regulis usi simus, infra declaratur.¹⁶ Opportunamne textus edendi formam delegerimus et delectam formam bene adhibuerimus, hunc librum quasi testem appellamus.

III. DE ORDINE LIBRI

A

1. In Conspectibus institutorum operumque in hoc libro laudatorum omnia instituta et opera, ex quibus fontes nostri scaturiunt, conspiciere potes. Opera, quomodo scilicet inscribuntur, inter regestum et textum in parte legenda per contractionem, in conspectibus autem ex toto citantur, sed voces in parte legenda scriptae in conspectibus imprimuntur *cursivis* litteris.

2. Compendiis, ne semper repetita vocabula amplum locum occupent, signis autem ut complicatis vocabulis dicenda, signis simplicibus possimus significare, utimur.

B

1. De consecutione textuum

Textus fontium ordine temporis observato alter alteri hoc modo succedunt. Primo loco, qui certum terminum antecedunt; secundo, qui certum terminum habent; tertio, qui certum terminum circumponi possunt; quarto, qui certo termino postponuntur; quinto, qui inter duos terminos intercedunt; qui autem tantum anno certi, mense scilicet dieque incerti sunt, post diem XXXI De-

¹⁵ Haec forma textus edendi dumtaxat non est nova, philologi enim qui fontes antiquae aetatis tractant, iam abhinc saecula hac methodo utuntur. Immo exteris oris iam sic publicantur fontes in archivis asservati. Exempli gratia: Monumenta antiquae Hungariae. Ed. L. Lukács tom. I. Romae 1969.

Tempore eodem, quo nosmet hunc modum textus edendi experiebamur, in Hungaria etiam in diem libellus hac methodo conscriptus provenit: Diplomata historiam domini Matthaesi de genere Chak illustrantia. Ed. B. Karácsonyi et Gy. Kristó in *Actibus Universitatis Szegediensis de Attila József nominatae historicis*: tom. XXXVI. Szeged 1971.

¹⁶ Ad edendos fontes maximum adiutorium accepimus: Emploi des signes critiques, disposition de l'apparat dans les éditions savantes de textes grecs et latins. Conseils et recommandations par J. Bidez et A. B. Drachmann. Édition nouvelle par A. Delatte et A. Severyns. Bruxelles—Paris 1938, necnon Editionstechnik. Ratschläge für die Anlage textkritischer Ausgaben von Otto Stählin (Sonderdruck aus dem zwölften Jahrgang der neuen Jahrbücher für das klassische Altertum, Geschichte und deutsche Literatur). Leipzig—Berlin 1909.

cembris eiusdem anni; qui porro tantum mense annoque certi, die videlicet incerti sunt, post diem ultimum eiusdem mensis subsequuntur.

Fontes, qui non tantum unum sui iuris textum in se continent, secernuntur et quisque textus iuxta datum suo loco inseritur.

2. De textum publicandi modo

a. Quisque integer textus per ordinem iuxta locum accepit numerum Arabicum, quo idem citari potest.

b. Datum modo, quo nostris temporibus scribi solet, inscribitur: annus (numero Arabico), mensis (litteris), dies (numero Arabico) et locus, quo datus est textus, nomine Latino, aut — si tantum vulgari lingua nomen habet — per textum citato et ad orthographiam sermonis patrii nostri hodiernam transformato.

c. Regesta textus sensum verbis compressis brevissima exprimunt. Singula regesta a nomine auctoris litterarum capiunt initia.

Omnia regesta cum numero datoque in Indice tenoris invenire potes.

3. De descriptione fontium

a. Fontis materiam, eiusdem statum, longitudinem latitudinemque describimus. Si fons ille ex copia photographica sumitur, de materia eiusdem tantum pronuntiamus, quantum videri potest.

b. Sigillum et eius color, status, modus affigendi nosci hic, imagines multorum photographicae in Tabula sigillorum inveniri possunt.

Si tantum fontis copiam manu scriptam habemus, loco sigilli eadem describitur.

Si textus alii textui est insertus, vice descriptionis materiae sigillive eundem transcriptum esse significatur.

c. Instar signaturae nomen instituti, quod fontem illum asservat, subordinata et intra uncas antiqua signatura dantur.

d. Quibus tempore et loco publicatus sit ille textus integer aut in formam regesti sit redactus, separatim numeratur. Si textum ex editione seu regesto edere debemus, illum ad litteram (maiusculis tamen et interpunctione neglectis) exscribimus et ex descriptione fontis tantum editionem vel regestum damus ac post intra uncas signaturam ab editione vel regesto nobis persuasam significamus.

e. Commentarius, qui fontem integrum eiusdemque fidem describit ac tractat, commemoratur.

f. Quae ad integrum fontem pertinenda duxeramus, annotavimus. Tituli librorum, qui fontis editionem, regestum et de eodem commentarium continent, per compendium scribuntur, integros autem eorum titulos e Conspectu operum hoc libro laudatorum comperire potes, ubi codices diplomatici, sicut inscribuntur, opera, in quibus sola regesta vel partes narrativae insunt, ex nominibus auctorum atque opuscula diversis periodicis vulgata ex titulis ipsorum periodicorum incipiunt et citantur.

Fontes paris supparisque textus singuli ad valorem enumerantur et modo simili describuntur. De fontibus eundem textum habentibus, quomodo inter se cohaereant, stemma genealogicum delineatur.

4. De textum transcribendi modo

a. Textum fontium Germanicae, Hispanicae, Hungaricae et Italicae id est vulgaris linguae praetermissis interpunctione ac maiusculis ad litteram, Bohemicae more patrio iuxta orthographiam hodiernam, Latinae vero linguae his exceptis ad litteram transcribuntur.

aa. Vice litterae „j” semper litteram „i” scribimus.

ab. Pro littera „y”, si litteris „ii” utantur, duas „i” nos quoque scribamus.

ac. Litteris „u” et „v” ad grammaticam Latinam, „w” (praeter vocabula vulgaria et ex vulgari lingua orta inque Latinam reddita) nusquam utimur.

b. Singula enuntiata integra et nomina propria ac locorum vocabula, in textibus Latinae linguae de eisdem derivata adiectiva et adverbia etiam ex littera maiuscula capiunt initia.

c. Vocabula, utrum conscribantur an discribantur, grammatica Latinae et vulgarium linguarum praecipit.

d. In solis conscriptionibus notae numerorum, quia magis notis palaeographicis, quam numeris sive Arabicis sive Romanis significantur, facile computandi ergo numeris huius aetatis Arabicis exprimuntur.

e. Textus notioni convenienter interpungitur et in partes minores dividuntur; has autem partes decretorum seu legum minores numeris Arabicis instar articulorum in extrema pagina consignare etiam possumus. His notis interpunximus:

ea. Punctum (.) post singula enuntiata dumtaxat integra et quasi integra ac vocabula abbreviata posuimus.

eb. Colon (:) ante orationem rectam, locum scilicet citatum pungitur.

ec. Commate (;) enuntiatum grammatice non integrum finitur.

ed. Virgulae (,) inter vocabula enumerata mittuntur et a principalibus secundarias sententias discernunt. Ante copulam „et”, immo ante copulativas non ponuntur. Participium coniunctum et absolutum a reliquo enuntiato per virgulam seiungi non decet.

ee. Enuntiatum interrogativum signo interrogandi (?) absolvitur.

ef. Post alloquium, vocabulum enuntiato non insertum et enuntiatum exclamativa index exclamandi (!) ponitur.

eg. Interiecta vocabula, dictiones vel secundariae sententiae et quae textus genuinus inter uncas curvas () profert, signis praecisae orationis (—) in medium accipiuntur.

eh. Quas voces fons noster ex alio fonte ad litteram sumpserat, illas inter signa citandi („ ”) compressimus et locos citatos, quo videlicet orti essent, ima in pagina annotavimus.

In imo textu sequuntur, quae et in facie et in tergo fontis a cancellaria aliaque medii aevi manu annotata sunt ac signum publici notarii.

Dies, qui medio in textu ad modum medii aevi notatur, extrema in pagina iuxta hodiernum usum absolvimus.

5. De textibus comprehensis

Nonnullos minoris momenti fontes contracto in textu regerebamur.

a. Minimi valoris fontes verbis nostris compresseramus et compresso textui ad modum ceterorum regestorum, quae in primordio textuum legi possunt,

brevia ad insurrectionem attinentia inseruimus. Infra textus sic regestos omnia, quae ante textum ex integro publicatum solebamus, descripsimus.

b. Ex textu partes, quae ad insurrectos rusticos pertinent, integras extraxeramus et extractos veros textus cum nostris vocabulis, quae sensum partium textus ceterarum breviter exprimunt, cinximus. Vocabula tamen quae vocibus nostris adiunguntur — ut grammatica postulat — coniugare seu declinare debuimus. Voces e fonte ortas antiquis — uti nominamus — litteris, nostros vero *cursivis* typis mandandas curamus.

c. Qui fontes ad insurrectos rusticos maiores partes in se continent, sed totos textus eorum edendi non dignos esse duxeramus, eosdem partibus minimi pretii omissis textu mancos emisimus.

Textus etiam qui non integri tenent locum in hoc libro, regesta antecedunt.

6. De annotationibus ima in pagina positis

Versus textus quini numeris signantur et hi versuum numeri tamquam indices ima in pagina citantur.

a. Annotationes interpretes res, facta et personas haud (nam in dies videmus facta scriptis mandata semper esse mansura, interpretationes autem factorum saepe interpreti commori), nisi ratio exigat, hic et praesertim in Indice nominum interpretentur.

b. Annotationes criticae id est apparatus criticus menda textus corrigunt et ammonent, quibus ex locis partes quaedam textus ortae sint, quibus textibus congruit ille textus cum ad litteram tum ad notionem. Si idem textus non uno in fonte manserit, eosdem fontes inter se conferre debuimus. Derivata textu, quem critice bonum esse statuimus, congregantur et numero versus citantur. Bonum esse textum nominamus, qui in genuino fonte exstat. Si exemplar genuinum perditum est, idem ex copiis restituere studebamus.

C

De auxiliaribus

1. Indices

a. Index chronologicus omnes dies, quae ex ordine temporis textuum apparere non possunt, indicat.

b. Index nominum quaecunque huius libri textuum nomina et locorum et personarum cum interpretatione eorum ostendit. Interpretati enim sumus loca, quo scilicet nomine hodie nominentur, ubi inveniri possint, personas autem quibus tempore et honore vixerint.

c. Index rerum seu vocabularium omnium linguarum huius tomi universas fere voces Hungaricas, Germanicas iuxta formam earum veterem atque hodiernam, ut forma earundem stilo non regulato scriptarum recta constitui possit; Bohemicas et Italicas selectas, ad rem scilicet pertinentes secundum formam nostrae aetatis profert.

d. Index tenoris non huius libri capitula, sed sola regesta textuum (integrorum scilicet integra, regesta autem sine textu tribus punctis contracta) una cum eorum numero et die, mense atque anno continet.

2. Tabulae

a. In Tabula exemplarium lucis ope nonnullos fontes partim et ex toto pinguntur.

b. Tabula armorum imaginem litterarum armalium luce pictam ostendit.

c. Tabula sigillorum singula, quae agnoscere possunt, sigilla (eorundem plurimum sigillorum unum integrum) ope lucis depicta continet.

d. Accedit his Tabula geographica, ubi invenire potes singula loca, quae in Indice nominum memorantur. In marginibus huius tabulae scilicet superioribus et inferioribus litterae, sinistris autem et dexteris numeri inter se rete quadratum fingunt. Quodcumque retis quadratum uno numero unaque littera significatur; quae loca quodam retis quadrato includuntur, illius quadrati numero ac littera in Indice nominum signantur.

IV.

Immortales grates S. Duškova doctenti Universitatis Brunensis sociisque eiusdem, qui linguae Bohemicae textibus, S. Teke sociae Instituti Historici Academiae Scientiarum Hungaricae, quae linguae Italicae, A. M. Aragón Cabañas vicedirectori Archivi Coronae Aragoniensis atque I. Bekény praefecto sectionis Archivi Hungariae Nationalis, qui linguae Hispanicae edendis adfuere, item omnibus, qui ne unam quidem animo, vultu, sensu actisque nobis auxiliandi occasionem praetermiserunt, nominibus etiam sociorum huius operis agere debeo.

Restat nobis redactori ac sociis, ut debitam gratiam K. Benda et J. Szücs alteri lectori sociis Instituti Historici eiusdem atque I. Borsa alteri lectori et O. Sashegyi generalis directoris Archivi Hungariae Nationalis vicariis, qui consilia dumtaxat sana dabant, ubi textuum interpungeremus, quali Latinitate scriberemus, quos fontes adderemus, quosve omitteremus, denique quam ad formam redigeremus, persolvamus.

Quisquis, benevole lector, librum hunc manibus vertis, ne — obsecramus — obliviscaris Horatii: „veniam petimusque damusque vicissim”.

Redactor

CONSPECTUS



CONSPECTUS ARCHIVORUM BIBLIOTHECARUMQUE

- Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis (Arhiva Istoricoã a Academiei RSR Filiala din Cluj)
- Archivum Archidioecesis Wratislaviensis (Archiwum Archidiecezjalne, Wrocław)
- Archivum Capituli Ecclesiae Strigoniensis Privatum (Esztergomi Káptalan Magánlevéltára)
- Archivum Civitatis Budapestini (Budapest Főváros Levéltára)
- Archivum Civitatis Cassoviae (Archív mesta Košic)
- Archivum Civitatis Posonii (Archív mesta Bratislavy)
- Archivum Comitatus Aradiensis (Arhivele Statului jud. Oradea)
- Archivum Comitatus Castri Ferrei (Vas megyei Levéltár, Szombathely)
- Archivum no 2 Comitatum Jaurinensis Soproniensisque (Győr-Sopron megyei 2. számú Levéltár, Sopron)
- Archivum Comitatum Szabolcsiensis Szatmáriensisque (Szabolcs-Szatmár megyei Levéltár, Nyíregyháza)
- Archivum Croatiae (Arhiv Hrvatske, Zagreb)
- Archivum Districtus Bartphensis (Okresny archív, Bardejov)
- Archivum Districtus Neosoliensis (Okresny archív, Banská Bystrica)
- Archivum Districtus Poprádiensis (Okresny archív, Poprad)
- Archivum Districtus de Sancta Cruce iuxta Garam Filiale Semniciense (Okresny archív Žiar nad Hronom, pobočka: Banská Stiavnica)
- Archivum Generale de Septimanca (Archivo General de Simancas, Valladolid)
- Archivum Hungariae Nationale (Magyar Országos Levéltár, Budapest)
- Archivum Ordinis Franciscanorum (Ferenccs Rend Levéltára, Budapest)
- Archivum Publicum Bohemiae Centrale (Státní ústředni archív, Praha)
- Archivum Publicum Brassoviense (Arhivele Statului jud. Braşov)
- Archivum Publicum Brunense (Státní archív, Brno)
- Archivum Publicum Cibiniense (Arhivele Statului jud. Sibiu)
- Archivum Publicum Claudiopolitanum (Arhivele Statului jud. Cluj)
- Archivum Publicum Eperiesinense (Státny archív, Prešov)
- Archivum Publicum Leutoviense (Státny archív, Levoča)
- Archivum Publicum Mutinense (Archivio di Stato, Modena)
- Archivum Publicum Mediolanense (Archivio di Stato, Milano)
- Archivum Publicum Norenbergense (Staatsarchiv, Nürnberg)
- Archivum Publicum Slovaciae Centrale (Státny slovenský ústredný archív, Bratislava)
- Archivum Publicum Trebonense (Státní archív, Třebon)
- Archivum Publicum Veneticum (Archivio di Stato, Venezia)
- Archivum Publicum Vimariense (Staatsarchiv, Weimar)
- Archivum Publicum Vindobonense (Österreichisches Staatsarchiv, Haus-, Hof- und Staatsarchiv, Wien)
- Archivum Secretum Vaticanum (Archivio Segreto Vaticano, Città del Vaticano)
- Bibliotheca Academiae Regalis Historicae (Real Academia de la Historia, Madrid)
- Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae (Magyar Tudományos Akadémia Könyvtára, Budapest)
- Bibliotheca Academiae Scientiarum Rumanicae (Biblioteca Academiei RSR, Bucureşti)
- Bibliotheca Apostolica Vaticana (Biblioteca Apostolica Vaticana, Città del Vaticano)

Bibliotheca Batthyányana (Biblioteca Centrală de Stat a RSR Filiala Batthyáneum, Alba Iulia)
Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis (Matica slovenská, Jašov; byv. Knižnica premonstrátov)
Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana (Országos Széchényi Könyvtár, Budapest)
Bibliotheca Publica Monacensis (Bayerische Staatsbibliothek, München)
Bibliotheca Publica Universitatis, Basileae (Öffentliche Bibliothek der Universität, Basel)

CONSPECTUS LIBRORUM

- Acta Capituli Wratislawiensis 1500–1562.* Die Sitzungsprotokolle des Breslauer Domkapitels in der ersten Hälfte des 16. Jahrhunderts. Bearb. von Alfred Sabisch. (Forschungen und Quellen zur Kirchen- und Kulturgeschichte Ostdeutschlands hrsg. von Bernhard Stasiewski. 10/2.) I/2 Köln–Wien 1972.
- Acta Tomiciana.* Epistolae, legationes, responsa, actiones, res geste . . . Sigismundi . . . I. regis Poloniae . . . per Stanislaum Górski collectae et . . . digestae. I–III. Posoniae 1852–1853.
- Áldásy A.: A Magyar Nemzeti Múzeum Könyvtárának czimereslevelei [Címereslevelek].* I–II. Budapest 1904–1923.
- Analecta monumentorum Hungariae historica.* Ed. Toldy F. s. l. et a.
- Analecta Scepusii sacri et profani.* IV. Ed. C. Wagner. Posonii et Cassoviae 1778.
- Bárány Á.: Torontálvármegye hajdانا.* Budán 1845.
- Barta G.–Fekete Nagy A.: Paraszháború 1514-ben.* Budapest 1973.
- Bártfai Szabó L.: Pest megye történetének okleveles emlékei 1002–1599.* Budapest 1938.
- Bartoniék E.: Codices manu scripti Latini.* I. Codices Latini medii aevi. (A Magyar Nemzeti Múzeum Országos Széchényi Könyvtárának címjegyzéke 12.) Budapest 1940.
- Békésmegyei oklevéltár.* Ed. Haan L.–Zsilinszky M. Budapest 1877.
- Berger, A.: Urkunden-Regesten aus dem alten Bistritzer Archive von 1491 bis 1516.* II. (Aus dem Programm des evang. Obergymnasiums . . . zu Bistritz) Bistritz 1893/1894.
- Catalogus concinnus librorum manuscriptorum Bibliothecae Batthyányanae.* Ed. Szentiványi R. Szeged 1958^a.
- Codex diplomaticus comitum Károlyi de Nagy-Károly.* III. Ed. Géresi K. Budapest 1885.
- Codex diplomaticus patrius.* II. Ed. I. Nagy, I. Páur, K. Ráth, D. Véghely. Jaurini 1865.
- Codex diplomaticus sacri Romani imperii comitum familiae Teleki de Szék.* II. Ed. Barabás S. Budapest 1895.
- Corpus iuris Hungarici 1000–1526.* Ed. Márkus D. Budapest 1899.
- Csánki D.: Magyarország történelmi földrajza a Hunyadiak korában.* I–III, V. Budapest 1890–1913.
- Johann Cuspinians Briefwechsel.* Ed. H. Ankwitz von Kleehoven. (Veröffentlichungen der Kommission zur Erforschung der Geschichte der Reformation und Gegenreformation. Humanistenbriefe 2.) München 1933.
- Diplomatarium Békéssiense.* Ed. L. A. Haan. Pestini 1870.
- Diplomatarium comitatus Sárosviensis.* Ed. C. Wagner. Posonii et Cassoviae 1780.
- Documente privitoare la istoria românilor.* II/3, XV/1. Ed. N. Densușianu, N. Iorga. București 1892, 1911.
- Domeniul Hunedoara la începutul secolului al XVI-lea.* (Biblioteca Istorică XXXIX.) Ed. I. Pataki. București 1973.
- Epistolae procerum regni Hungariae.* I. Ed. G. Pray Posonii 1806.
- Epistolarum Leonis decimi pontificis maximi nomine scriptarum libri XVI.* Ed. P. Bembo. Venetiis 1552. (Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: App. H. 323.)
- Geréb L.: A magyar parasztháborúk irodalma.* Budapest 1950.
- Gyula város oklevéltára.* Ed. Veress E. Budapest 1938.

A Héderváry-család oklevéltára I. Ed. Radvánszky B.—Závodszy L. Budapest 1909.
Hergenroether, I.: *Leonis X. pontificis maximi regesta*. I. Friburgi Brisgoviae 1884.
Horváth I.: *Verbótzai István emlékezete*. II. Pesten 1819.
Hubay I.: *Magyar és magyar vonatkozású röplapok, újságlapok, röpiratok az Országos Széchényi Könyvtárban 1480—1718*. Budapest 1948.

Inventár listin a listov. (Archív mesta Bratislavy) II. (1501—1563.) Ed. V. Horváth. Bratislava 1966.

Iványi B.: *Acta memorabilia in tabulario gentis principum de Batthyány reperibilia*. (Körmendi Füzetek 2.) Körmend 1942.

Iványi B.: *Archivum liberae regiaeque civitatis Eperjes*. II. Szeged 1932.

Jakó Zs.—Valentiny A.: *A torockószentgyörgyi Thorotzkay család levéltára*. (Erdélyi Nemzeti Múzeum Levéltára 1.) Kolozsvár 1944.

Juhász K.: *A csanádi székeskáptalan a középkorban*. (Csanádmegyei Könyvtár 38.) Makó 1941.

Katona, S.: *Historia critica regum Hungariae*. XVIII, XIX. Budae 1792, 1793.

Karácsonyi J.: *Szent Ferencz rendjének története Magyarországon 1711-ig*. I. Budapest 1922.

Kertbeny K.: *A magyar nemzeti és nemzetközi irodalom könyvészete*. I. Magyarországra vonatkozó régi német nyomtatványok. 1454—1600. Budapest 1880.

Kohn S.: *A zsidók története Magyarországon*. I. Budapest 1884.

Kövári L.: *Erdély nevezetesebb családai*. Kolozsvárott 1854.

Leges ecclesiasticae regni Hungariae et provinciarum adiacentium. III. Ed. I. Batthyány. Claudiopoli 1827.

Marczali H.: *Nagy képes világtörténet*. VI. Budapest 1904.

Márki S.: *Dósa György*. (Magyar Történeti Életrajzok 59.) Budapest 1913.

Monumenta ecclesiastica tempora innovatae in Hungaria religionis illustrantia. I. Ed. V. Bunyitay, R. Rapaics, J. Karácsonyi. Budapest 1902.

Monumenta historica liberae regiae civitatis Zagrabiae metropolis regni Dalmatiae, Croatiae et Slavoniae. III. Ed. J. B. Tkalčić. Zagrabiae 1896.

Monumenta historica nobilis communitatis Turropolje olim „Campus Zagrabiensis” dictae. II. Ed. E. Laszowski. Zagrabiae 1905.

Monumenta Hungariae Heraldica. III. Ed. Áldásy A. Budapest 1926.

Monumenta Hungariae Iudaica. I. Ed. Friss A. Budapest 1903.

Monumenta Vaticana historiam regni Hungariae illustrantia. II/1. Ed. Fraknoi V., Ipolyi A. Budapest 1884.

Nagy I.: *Magyarország családai czimerekkel és nemzedékrendi táblákkal*. III. Pest 1858.

Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez. Ed. Jakab E. Budán 1870.

Oklevéltár a Tomaj nemzetségbeli Losonczy Bánffy család történetéhez. II. Ed. Iványi B. Budapest 1928.

Olvasókönyv Békés megye történetéhez. I. Ed. Kristó Gy. Békéscsaba 1967.

Óvári L.: *A Magyar Tudományos Akadémia Történelmi Bizottságának oklevélmásolatai [Oklevélmásolatok]*. I. Budapest 1890.

Palacký, F.: *Geschichte von Böhmen*. V/2. Prag 1867.

Pesty F.: *Krassó vármegye története*. II—IV. Budapest 1882—1884.

A podmanini Podmaniczky-család oklevéltára. II. Ed. Lukinich I. Budapest 1939.

Pray, G.: *Annales regum Hungariae ab anno Christi 997 usque ad annum 1564 deducti*. IV. Vindobonae 1767.

Quellen zur Geschichte der Stadt Kronstadt in Siebenbürgen. I. Kronstadt 1886.

Raynaldus, O.: *Annales ecclesiastici*... XX. Coloniae Agrippinae 1694.

Sanuto, M.: *I Diarii di* — XVIII—XIX. Ed. N. Barozzi, G. Berchet, R. Fulin etc. Venezia 1887.

- Sopron szabad királyi város története.* I/6. Ed. Házi J. Sopron 1928.
Die Stifte der Tschanader Diözese im Mittelalter. Ed. Juhász K. Münster in Westfalen 1927.
Szabó K.: *Az Erdélyi Múzeum* eredeti okleveleinek kivonata. Budapest 1889.
Szederkényi N.: *Heves vármegye története.* II. Eger 1890.
Székely oklevéltár. III., V. Ed. Szabó K., Szádeczky L. Kolozsvár 1890, 1896.
Szöveggyűjtemény Magyarország történetének tanulmányozásához. I. Ed. Lederer E. Budapest 1964.
- Török J.: *Magyarország primása.* Pest 1859.
Történelmünk a jogalkotás tükrében. Sarkalatos honi törvényeinkből. 1001—1949. Ed. Beér J.—Csizmadia A. Budapest 1966.
- Vetera monumenta historica Hungariam sacram illustrantia.* II. Ed. A. Theiner. Romae 1860.
- Weller. E.: *Repertorium typographicum.* Die deutsche Literatur im ersten Viertel des sechzehnten Jahrhunderts. Nördlingen 1864—1885.
- Wenzel G.: *Az alsó-magyarországi bányavárosok küzdelmei a Nagy-Lucsei Dóczyakkal 1494—1548.* (Értekezések a történelmi tudományok köréből VI/6.) Budapest 1876.

CONSPECTUS PERIODICORUM

Archiv Český, Praha 7 (1887).

Archiv des Vereins für siebenbürgische Landeskunde. Neue Folge, Kronstadt—Hermannstadt 4 (1859), 15 (1879), 33 (1897).

Fejér megyei Történeti Évkönyv, Székesfehérvár 5 (1971).

Hunyadmegyei Történelmi és Régészeti Társulat Évkönyve az 1887-dik és 1888-ik évekrő Budapest 5 (1889).

Imago Mundi, Antwerpen 18 (1964).

Levéltári Közlemények, Budapest 9 (1931), 43 (1972).

Magyar Könyvszemle. Új folyam, Budapest 9 (1901). Harmadik folyam 93 (1977).

Magyar Sion, Esztergom 1 (1863), 4 (1866).

Magyar Történelmi Tár, Pest, Budapest 12 (1863), 13 (1867), 24 (1877).

Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung, Wien 30 (1909).

Studii. Revista de istorie, București 8 (1955).

Századok, Budapest 6 (1872), 10 (1876), 21 (1887), 32 (1898), 106 (1972), 109 (1975).

Történeti Lapok, Kolozsvár 1 (1874).

Történelmi Tár, Budapest 1890, 1891, 1894, 1897. Új folyam 3 (1902), 5 (1904).

Tudományos Gyűjtemény, Pesten 4 (1820).

Tudománytár. Új folyam, Budán 6 (1842).

Turul, Budapest 25 (1907).

Új Magyar Múzeum, Pest 6 (1856).

Valóság, Budapest 15 (1972).

CONSPECTUS COMPENDIORUM SIGNORUMQUE

I. COMPENDIA

add.	= addit	lad.	= ladula
ann.	= annotationes	lib.	= liber
c.	= caput	magn.	= magnificus
ca	= circa	ms.	= manuscriptum
cf.	= confer	no	= numero
cm	= centimetrum	nob.	= nobilis
cod.	= codex	om.	= omittit
com.	= comitatus	op. cit.	= opus citatum
comm.	= commentarius	opp.	= oppidum
corr.	= correxit	p.	= pagina
del.	= delevit	poss.	= possessio
DL	= Diplomatum collectio ante cladem ad Mohács (a. 1526) datorum	r	= recto
ed.	= edidit	ras.	= rasura
egr.	= egregius	reg.	= regestum
f.	= fasciculus	rep.	= repositorium
fac.	= facsimile	s.	= sanctus
fl.	= fluvius	sc.	= scilicet
fol.	= folio	scr.	= scriptum
ibid.	= ibidem	ser.	= series
indef.	= indefinitus ³	sign.	= signatura
in marg.	= in margine	tom.	= tomus
inser.	= inseruit	v	= verso
lac.	= lacuna	v.	= vide
		vers.	= versus

II. SIGNA

...	= Voces a nobis textum contrahendi causa praetermissae.
***	= Lacuna defectu materiae fontis orta, quam supplere non potuimus.
[]	= Lacuna a nobis suppleta.
]]	= Varia lectio; sinistra recta, dextra devia lectiones tenent locum.
] corr.	= Vox in textu correctae; sinistra correctae, dextra ante correctionem voces stant.
<)	= Vox, quam addendam esse censuimus.
()	= Sigla soluta.
{ }	= Vox supervacua.
† †	= Textus corruptus, qui corrigi non (nisi coniciendo) potest.

COMMISSION TO INVESTIGATE THE ACTS OF TERRORISM


REPORT

1. The Commission was established by the President on September 8, 1962, to investigate the acts of terrorism which have taken place in the United States since the beginning of the year 1961. The Commission's mandate is to identify the individuals and organizations responsible for these acts, to determine the motives and objectives of the terrorists, and to recommend effective measures to prevent such acts in the future.

2. The Commission has held numerous public hearings and has received many suggestions and information from the public. It has also conducted extensive research and has interviewed many individuals who have been identified as being involved in the acts of terrorism.

3. The Commission believes that the acts of terrorism are a serious threat to the security and stability of the United States. It believes that the government has a responsibility to take effective measures to prevent such acts and to identify and punish those responsible for them.

MONUMENTA



post 1513 Iunii 17

1

Sacrum collegium ad litteras Vladislai II regis Hungariae respondit Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem legatum a latere pro cruciata expeditione publicanda creatum esse.

In chartis duobus 21,5×29,5 cm.

Conceptus variis manibus correctus.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Archivum Arcis, Arm. I—XVIII no 4339.

Ann. Quo tempore sint conceptae sacri collegii litterae, magis credi potest, ut verius definiatur, si dies concipiendi litteras post Vladislai II. regis Hungariae litteras die 17 Iunii anno 1513 datas (in capite partim citatas) constituitur, quam ut post diem creandi legatum a latere Thomam Bakócz (textu ipso etiam memoratam) ponatur. Cum litteras sacri collegii genuinas manibus nostris accipere non potuissemus, ideo conceptu earum contenti debuimus. Conceptum tamen magni pretii aestimavimus, quia eum non solum incunabulum litterarum sacri collegii deperditarum censuimus, sed textumque eiusdem aptum, ex quo reconstruere posses ex parte tenorem litterarum Vladislai II. regis Hungariae. Itaque textum conceptus huius primarium et manibus duabus correctum una publicare visum est nobis. Dextra textus primarius manu scilicet prima scriptus, sinistra manibus duobus correctus legi potest, quae partes eiusdem non sunt correctae, eadem et dextra et sinistra extenduntur.

	Sacra regia maiestas! Accepimus litteras maiestatis	
	v(estre)	tuę
	datas Budę XVII Iunii, quibus scribit sua regna ob diuturna cum Turcis	
	certamina esse prorsus exhausta	
5	explicatque	ac labefactata
	quamquam p̄sens illis impendat	quo in discrimine nunc versentur
	calamitas	interitus
10	nisi ope	
	et subsidio apostolice sedis	nostra
	nostra intercessione	
	subleventur	
15	{per intercessionem nostram}.	
	Commemorat enim Turcorum	
	tyrannum	imperatorem

1: 3 scribit]perscribit corr.

	superiore anno violato in primis foedere aliqua castella in istius regni finibus sita fraude ac per insidias partim captis partim trucidatis incolis	
20	intercepisse, inde ipsum tyrannum	imperatorem
	in Asia superatis cęsisque fratribus	liberatumque propterea domestico
	intestinoque metu ad loca ditioni v(estre) maiestatis	tue
25	propinqua remeasse et in tuam maiestatem omnes imperii conatus, omnes vires ita tripartito agmine convertisse, ut filium suum	eius
	cum permagno equitatu finitima queque devastare depopularique iusserit, duos autem pfectos, per quos alias multa incommoda	
30	maiestati tue intulerat, cum expeditissima equitum peditumque manu utrumque regni latus aggredi admotisque bellorum machinis munitiora loca expugnare mandaverit. Ipse vero Turcorum tyrannus	imperator omnium immanissimus
35	collecto veteranorum militum robore multa variis tormenta premissis	ac pretorianarum cohortum diversi generis tormentorum vi premissa
40	ad expugnandam Thaurini arcem vestri regni munitissimam	
		totiusque orbis terrarum propugnaculum
45	advenerit, Tartaros preterea	gentem pariter spurcissimam affinitateque
	affinitate sibi coniunctos	coniuncta
50	contra maiestatem v(estram) animaverit. Quare maiestas v(estra) hortatur	tuam
	monetque	tua
55	ut consideratis his imminentibus periculis communi cause prospicere et sanctissimo d(omino) n(ostro) medium consulere velimus.	ut quo in discrimine versetur salus ac incolumitas regni eius Pannonię immo totius rei publicę Christianę consideremus polliceturque se pro virili non destitu(tu)am monet etiam ut communi cause ac periculo pariter incumbamus.
60		
	Et eius sanctitati	sanctissimo d(omino) n(ostro),

24 pronomen tuus³ modo corr. in vester modo ita relinquit.

65	ad quem maiestas v(estra) etiam scribit, persuadeamus, ut rebus fessis istorum regnorum	tua afflictis regni tui Hungarię
70	mature consulat ac {ut} presertim ut subsidium pecuniarium	hoc est pecuniarum
75	sumministret et cruciata contra hostes concedatur. Postremo, ut idem sanctissimus d(ominus) n(oster) Christianos principes mutuis odiis inter se dissidentes sedari ac sanari procuret	decernentes sua et nostra auctori- tate sedet, mitiget
	et ad bellum pro fide Christi contra Turcos suscipiendum excitet et in- ducat. Cum vero, serenissime rex, has Turcorum novitates	
80	v(estre) maiestatis litteris elegantissime perscriptas varius rumor ad sanctissimum d(omi- num) n(ostrum) et ad nos alioquin ante diebus	tuis pridem
85	pertulisset, sua sanctitas, uti sapientissima cum vel maxime in his et totius nostre fidei necessitatibus com- munibus omnino notis et pastoralis officii sui in rebus omnibus studio- sissima	et religionis nostre studiosissima
90	convocato citius	sepius
	hoc sacro senatu reverendissimum in Christo patrem dominum Thomam tituli sancti Martini in Montibus presbyterum cardinalem Strigoniensem collegam nostrum	unum ex collegis nostris
95	ad istas partes de latere legatum creari procuravit, virum eximia in hanc sanctam sedem devotione,	creavit, pietate ac fide,
100	singulari prudentia ac probitate, magno animo et v(estre)	tue
	in primis maiestatis observantissimum,	
105		cui sanctissimus d(ominus) n(o- ster) una cum hoc sacro consisto- rio cruciatam contra ipsos tru- culentissimos fidei nostre hostes et facultates amplas concessit, sicut maiestas vestra ex bullis sanctis- simi d(omini) n(ostri) ipsi legato concessis cognoscere poterit.
110	Supervenientibus post tue maiestatis	Allatis dum
		tue

107 vestra] tua corr. antequam del.

	litteris ad sanctissimum d(ominum) n(ostrium) et ad hoc sacrum collegium illisque in consistorio diligenter perlectis visum est sanctissimo d(omino)	
115	n(ostro) nobisque omnibus	omnibusque cardinalibus in me- dium consulentibus
	pro rei magnitudine ac imminente	periculo, ut idem reverendissimus
	cardinalis	sanctę Ro(mane) e(cclesie) de la- tere legatus
120	istuc quam primum properaret cum v(estra) maiestas aliisque	cruciata, quam petit tua
		multis
125	facultatibus, ut ipse huius commissionis sanctę sedis nomine maiestati	
	v(estre)	is
130	pro sua prudentia et — qua valet — sollertia, auctoritate et commissione,	tuę
135	auxiliis, opibus consiliisque adesset. pecuniarium attinet, euperet sanctissimus d(ominus) n(oster) et totus hic sacer senatus huic necessitati maiestatis	Quod vero ad subsidium pecuniarum
140	v(estre) immo univesę rei publicę Christianę verum — ut maiestas	tuę posse in presentia subvenire, sed — sicut
145	v(estra) recte monet — non esse unius regis aut regni virium tantę hostium mul- titudini occurrere, ita non est	tuę tua haud
150	facultatis huius sanctę sedis etiam ut ea sola tantos sumptus in communi omnium periculo sumministrare sustinereve possit, cum presertim sanc- tissimus d(ominus) n(oster) adhuc sit novus in pontificatu et propter omnium rerum perturbationes, que iam diu in Italia et in terris ecclesię presertim acciderunt, exhaustus sit adeo sanctę Ro(mane) e(cclesie) fiscus, exhaustum adeo sanctissimi d(omini) n(ostri) erarium, ut eius	
155	sanctitas vix domesticos et paucorum — quos habet — militum sumptus sustinere possit,	militum
160	presertim stricte presensque mul- torum regum ac principum discor- dia et dissensiones, quod dolenter	

dicimus,

165 verum cum illius beat(itudo) discordias odiaque Christianorum principum,
sicut ab assumptione sua dies noctesque nobiscum studet, sedaverit
compescueritque

et eorum

| eorumque

vires

ac

| et

170 animos in fidei nostrę nefarios acerrimosque hostes,

inducta generali expeditione,

quod brevi omnino fore confidimus, concitaverit, in qua re sanctissimus
d(ominus) n(oster) et sacer hic senatus omnia studia, omnes labores,
omnes denique cogitationes consumunt nihilque

175 ea expeditione

magis cupiunt aut expetunt,

tamen eius sanctitas et nos non

modo facultates et fortunas nostras,

verum ipsas quoque animas — si

180 opus erit — tam honestissimo tam-

que sanctissimo bello effundemus,

ut erepti

| nos

aliquando de faucibus sevissimi ac immanissimi canis et durissimo

185 pharaonis imperio liberati uni Domino, salvatori nostro sub una et ortho-

doxa fide serviamus, interim sanctissimus d(ominus) n(oster) et uni-

versus hic senatus — quod potuere — libenti animo maiestati tuę in

communi causa prestiterunt expectationi maiestatis tuę — quoad licebit

— nunquam defuturi, habes, serenissime rex, habebisque semper sanc-

190 tissimi d(omini) n(ostr)i et sacri huius collegii propensam in omnibus

voluntatem. Reliquum est, ut maiestatem tuam mutuo hortemur ac

requiramus, ut ab incepto non desistat, sed viriliter agat — ut solet —

sibique persuadeat suis et nostris ad omnipotentem Deum perpetuis pre-

195 cibus omnia bene ac feliciter sibi — sicut speramus et optamus — even-

tura. Felix diu sit tua maiestas et tuum istud regnum incolume! Datum

est igitur in primis, ut maiestas v(estra) prudenter monet necessaria

concordia

et unio

principum, ut quisque pro virili manu ad tantum pondus apposita

200 indictaque per sanctissimum d(ominum) n(ostrum) generali expeditione

vires et

arma

| et vires

205 contra ipsos fidei nostrę truculentissimos hostes sumat, quomodo isti

inlyto tuo regno, quod munimen et vallum rei publicę Christianę cen-

setur,

ante omnia

subveniat,

210 cui

| ad quam unionem

sanctissimus d(ominus) n(oster)
 iam inde
 ab initio pontificatus sui dies noctesque omnibus studiis, curis et cogitationibus
 215 nosque — quibus possumus offeriis —
 studet eaque nihil magis cupit aut expetit, sicut hec et plura coram maiestas v(estra) ab eodem reverendissimo domino legato — qui brevi istic aderit — intelliget. Reliquum est, ut maiestas v(estra) sibi persuadeat
 220 sanctissimum d(ominum) n(ostrum) | de sanctissimo d(omino) n(ostro)
 et
 hunc sacrum senatum | de hoc sacro senatu
 nihil
 penitus | pro viribus
 225 omisso, quod ad principum pacem ac concordiam et ad hanc sanctam
 contra perfidos hostes
 generalem
 expeditionem
 et opem vestre maiestati ferendam |
 230 pertinere videatur
 nos etiam pari modo
 pollicemur offerimusque
 illi omnes,
 235 quantum auctoritas et commissio nostra
 apud sanctissimum d(ominum)
 n(ostrum)
 valebunt quantumque vires
 nostre
 240 patientur
 maiestatis v(estre) commodis
 nunquam defuturos | paratissimos
Dextra subter: Exemplum litterarum collegii cardinalium ad regem Hungarie

1513 Iulii 15 — Roma

2

Leo X papa Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem ad Vladislaum II Hungariae et Sigismundum Poloniae reges atque ad alia regna regesque pro expeditione adversus Turcas et Tartaros sumenda legatum a latere creat ac deputat.

Ed. *Vetera monumenta* II, no 800 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra Vaticana, lib. 1006 fol. 53v). — *Raynaldus, Annales* XX, p. 149 (partim, ex eodem archivo). — *Documente* II/3, p. 113.

Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 3633 (ex eodem archivo).

Leo episcopus etc. Dilecto filio Thome tituli sancti Martini in Montibus presbitero cardinali Strigoniensi ac patriarche Constantinopolitano ad carissimos in Christo filios Wladislaum Hungariae et Bohemiae ac Sigis-

217 post expetit del. nos

mundum Polonie reges illustres universaque eorum regna et dominia,
5 Wallachiam, Slesiam, Lusatiam, Moraviam, Transylvaniam, Scлавoniam,
Crohatiam, Dalmatiam, Prussiam, Livoniam, Lythuaniam, Russiam,
Moscoviam omnesque et singulas illorum regnorum civitates, terras,
oppida et loca atque alia eis adiacentia necnon ad Dacie, Norvegie, Svetie
regem et regna nostro et apostolice sedis legato, salutem etc . . .

10 Cum itaque prefatorum Hungarie Polonieque regum et primatum
illorum regnorum <ex> litteris et nuntiis et relatione fide dignorum
illorum partium nuper non absque animi nostri displicentia ad nostras
aures pervenerit immanissimos orthodoxe fidei hostes Turchos superio-
rum temporum victoriis elatos Christianam religionem extinguere conari
15 ac eius cultorum innocentissimum sanguinem indefessa rabie sitire Tar-
tarosque etiam glacialis oceani incolas universa peditum ac equitum
manu dictorum regnorum fines crebris incursionibus diripere, igne fer-
roque vastare continuoque novos moliri apparatus, ut ad primam occa-
sionem impio ac detestabili bello occupatis inter se principibus Christia-
20 nis dicta regna et precipue Turci Hungarie regnum, quod semper Chri-
stiane religionis vallum et antemurale est habitum, maximis comparatis
exercitibus aggrediantur eoque perdomito ad cetera eis facilius aditus pate-
at, dudumque nonnulla ipsius regni oppida et castra Treberuck, Thessem,
Barka, Sokol, Waya et in Crohatia Dalmatiaque provinciis Syn et Chas-
25 ninam, que situ locique natura admodum munita vigintiquinque millibus
aut circiter passuum a Spalatro distat, quod est Venete ditionis et plura
alia in partibus Christianorum ceperint totamque non solum Hungariam,
Crohatiam et Dalmatiam, verum Scлавoniam ac finitimas eis et adiacentes
provincias et populos metu consternarint simulque ex superioribus sep-
30 tentrionis partibus idem Tartari pugnaces quidem, sed Scythica execra-
bilisque colluvies, qui cum eisdem sentiunt Turcis et non animis solum
ad persequendam Christi fidem et extollendam spurcissimi Mahumeti
sectam, sed affinitatibus coniuncti Polonie regnum validissimo equitatu
invaserunt non absque illorum regnorum periculo, ad quorum impetus
35 reprimendos Wladislaus et Sigismundus reges prefati cum universa pro-
cerum atque ipsorum regnorum nobilium manu mensibus superioribus
armati obviam processere; considerantes et mira providentie divine
archana solerti indagine pro iugi nobis licet immeritis a Deo commissa
cura animo revolventes non sine summa displicentia innumeras strages
40 populorum, terrarum clades et ingentem Christiani sanguinis effusionem
et alia innumera detrimenta, quibus predicta regna et fideles populi
afficiuntur et ne in dies magis ac magis afficiantur, magnopere formida-
mus, quodque Christianam rem publicam paulatim deprimi diminuique
cernimus, voces, audaciam et eorundem hostium potentiam in maius
45 augeri . . .

Habita super hiis cum venerabilibus fratribus nostris sancte Romane
ecclesie cardinalibus deliberatione matura, licet tua presentia non absque
nostra incommoditate carere possimus, tamen communi bono et Chri-
stiane rei publice utilitati consulentes te ad ipsos <reges> et regna, dominia,
50 provincias et loca dictis regnis subiecta et eis adiacentia tamquam pacis
angelum nostro et huius sancte sedis apostolice nominibus ad sumendam
et faciendam in Turcos et Tartaros sanctam et inprimis necessariam ex-
peditionem — aut ubi tibi magis necessarium videbitur — ad integrum

triennium auctoritate presentium inchoandam legatum de latere cum
⁵⁵ omnimoda potestate et quam tam de iure quam de consuetudine legati
de latere habere consueverunt, facimus, creamus et deputamus atque
ad supradicta regna, dominia, provincias, insulas, civitates, terras et
loca duximus destinandum firma sane spe fiduciaque conceptis, quod
inspirante altissimo ac gressus et sermones tuos dirigente, quod pie salu-
⁶⁰ briterque optamus, sedulo diligenterque perficies . . .

Datum Rome etc. anno etc. millesimo quingentesimo tertio decimo
Idibus Iulii pontificatus nostri anno primo.

1513 Iulii 15 — Roma

*Leo X papa Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi apud Vladislaum II Hun-
gariae et Bohemiae ac Sigismundum Poloniae reges legato a latere, ut tempore
legationis suae personis sibi auxiliis grates agere possit, nonnullas facultates
concedit.*

Reg. Hergenroether, Leonis X regesta, no 3634 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra
Vaticana, lib. 1007 fol. 141).

1513 Iulii 17 — Roma

*Leo X papa Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi apud Vladislaum II Hun-
gariae et Bohemiae ac Sigismundum Poloniae reges legato a latere ad maiores
fructus ex legatione obtinendos tribuit amplas facultates.*

Reg. Hergenroether, Leonis X regesta, no 3688—3703 (ex Archivo Secreto Vaticano:
Registra Vaticana, lib. 1006 fol. 27—33).

1513 Augusti 23 — Roma

*Leo X papa visitantibus capellam sancti corporis Christi ecclesiae sancti Petri
Budae Veteris, erga quam Thomas Bakócz Strigoniensis cardinalis legatusque
a latere specialem affectum gerit, indulgentias concedit, quae durante indulgentia
pro cruciata concessa ad tempus etiam tantum nomine Thomae legati suspendi
possunt.*

Ed. *Vetera monumenta* II, no 810 (falso de dato 7 Octobris 1513, ex Archivo Secreto
Vaticano: Registra Vaticana, lib. 1012 fol. 143).

Reg. Hergenroether, Leonis X regesta, no 4193 (ex eodem archivo).

Leo X papa omnes fideles Hungariae, Bohemiae Poloniaeque et aliorum regnorum Thoma Bakócz cardinali Strigoniensi legato a latere misso, indulgentiis sanctae expeditionis participibus et eidem opem ferentibus promissis et decimis ecclesiarum collectis collectasque in usus sacri belli non vertentibus anathemate proposito hortatur, ut illi Turcas et Tartaros cruce sublata aggrediantur.

A in charta scriptum esse registrum ex copia photographica videtur.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Registra Vaticana, lib. 1006 fol. 34—52 r.

Ed. *Raynaldus, Annales* XX, p. 159.

Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4347.

Ba transcriptum Simonis episcopi Modrusiensis die 3 Aprilis anno 1514 a notario publico in formam publicam redactum (v. no 19).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82390 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 195 et D no 16).

Reg. *Századok* 106 (1972), p. 1016.

Bb transcriptum Simonis episcopi Modrusiensis die 3 Aprilis anno 1514 a notario publico in formam publicam redactum (v. no 19).

Sign. Archivum Croatiae: Archivum capituli ecclesiae Zagrabiensis privatum, Acta Antiqua, f. 88 no 51.

Ann. Quamquam litterarum exempla **A** et **B** ad litteram collata sunt, ne litteras „c” ac „t” quidem respiciebamus, quia litteras has exemplum **A** suo loco consequenter, **B** autem promiscue scripserant. Correctiones quorumque exemplorum in margine et textu residentes aliis manibus — uti exemplum **A** manu Hippolyti de Cesis — scriptae sunt.

Leo episcopus servus servorum Dei ad futuram rei memoriam. Sacerdotum non solum princeps, sed veri auctor sacerdotii dominus noster Iesus Christus post pugnatam adversus hostem diabolum pro salute humani generis pugnam, quod per passionem crucis pretioso suo sanguine redemerat, antequam rediret in celum in melius ordinans et componens rerum humanarum statum, non solum beatum Petrum apostolorum principem suum in terris vicarium constituit super universum Christianum gregem, sed omnes eius successores, qui militanti ecclesie admirabili sibi commercio copulate preessent illiusque hostes, quos fore ⁵ pronoverat, divina potestate fulcti perderent et exterminarent non tam spiritualibus gladiis quam convocatis fidelibus principibus temporalibus armis, quibus divina favente clementia eiusdem religionis fines defenderent et propagarent pollicitus namque est, ne adversus eam rugiens prevaleat inimicus, totam ecclesiam in personam apostolorum alloquens ¹⁰ ei usque in seculi finem se adesse: „ecce ego — inquit — vobiscum semper usque ad consumationem seculi”, quin etiam cum dixit: „confidite in me”, certissimam spem omnibus prebuit eam nunquam a persecutoribus posse superari.

Voluit tamen et ex archano divine providentiae sancivit, ut cum ²⁰ militia et temptatio sit vita hominis super terram, nunquam ab exitu materni uteri in hanc brevem lucem usque quo revertimur in terram

6: 1 episcopus — Dei]etc. **A** | De[i — futu]ram **Ba** | perpetuam **Bb** || **3** [Iesu]s **Ba** | dyabolum **ABb** || **4** g[eneri]s **Ba** | precio **A** | sanguine suo **Bb** || **5** [an]te- **Ba** || **10** pronoverat **A** || **11** principibus temporalibus in marg. **A** || **14** in persona **Ba** | apostolorum **Bb** || **15** in finem seculi **Ba** | cf. *Matth.* 28, 20 || **16** dicit **Ba** | cf. *Iob* 7, 1 || **20** temptata **A** | tentatio ubique **Bb** | cf. *Iob* 7, 1 | numquam **Ba** || **21** quo in terram revertimur **Ba**

materia nobis desit temptationis et pugne, siquidem prenoscens divine gratie bona suavioresque esse fructus iuxta Leonis cognominis et predecessoris nostri dictum, qui non absque pugna et sudoribus acquiruntur.

25 Quandoquidem diuturna pax longo otio negligentiam pariat et torporem, ex quibus primo vitiorum fomites pullulant, deinceps vitia ipsa validissimo agmine prorumpunt, quocirca nos, qui huius modi pontificatus dignitate et officio ab eodem redemptore, quamvis non paribus beato Petro meritis, potestate tamen pari, nuper vocati fungimur, considerantes

30 ac pro iugi nobis a Deo commissa cura animo attentice revolventes, quod nullum maius aut gravius onus nobis et apostolice sedi incumbit, quam expurgare a noxiis Dominicum agrum et aberrantes oves cogere in sanctum ovile, spurcissimos insuper pseudoprophete Machumete sectatores immanissimos Turcas compescere et — quantum fieri potest —

35 ad meliorem frugem convertere, si manus in eas, unde prodire, septentrionum latebras generali expeditione per nos sumpta cohercere, qui a quadringentis usque vel circiter annis Christianam rem publicam tunc florentem non fatigarunt solum, sed in Asia — quod meminisse dolet — Ciliciam, Liciam, Armeniam, Pafflagoniam, Pamphiliam, Phrigiam,

40 Lidiam pulcherrimas olim Christiani orbis partes, in Europa universam Greciam et Serviam, Bulgariam, Bosnam impiis armis subegerunt et memoria parentum nostrorum Constantinopolin Tracie et orientalis imperii caput magni olim Constantini ac tot fidelium imperatorum sedem vi expugnaverunt, sacras edes magnis sumptibus in honorem Dei extractas et inter ceteras dive Sophie templum Dei ipsius ac sanctorum

45 imagines polluerunt et proculcaverunt, virgines in stuprum et matronas, cunctam vero tam antique et populosissime urbis nobilitatem in cedem et dirissimam servitutem rapuerunt et absumpserunt.

Quodque nuper non absque dolenda recordatione preteritorum et

50 ingenti animi nostri molestia — uti ex carissimorum in Christo filiorum nostrorum Wladislai Hungarie et Bohemie et Sigismundi Polonie regum ac primatum illorum regnorum litteris et finitimarum partium fide dignorum nunciis accepimus — iidem orthodoxe nostre fidei hostes Turce elati preteritis victoriis duce imperatore Selimsac, qui crudelissimus

55 omnium suorum patrem armis compulit ad deponendum imperium fratres ac ex eis filios ferme omnes ad unum insigni crudelitatis exemplo trucidavit et innocentissimum Christi fidelium sanguinem seva rabie silit et — ut iure iurando professus est — Hungaricam nationem inprimis ac deinde totam Christianam religionem penitus extinguere conatur,

60 adiunctis secum Tartaris glacialis oceani accolis sicque omnes simul

22 *post* temptationis *del. aliquid* A || 24 acquiruntur Ba || 25 *post* longo *del. ven* A | ocio *supra* *scr.* A || 26 pululant A | vitia]vitiam *corr.* A || 31 nobis onus Ba || 32 *post* Dominicum *del. gregem* Ba || 33 Mahumete Ba | Maumethe *ubique* Bb || 34 Turchas B | quantum]quatenus B || 35 manus]minus ABb | *post* prodire *del. semp* A || 36 [per] Ba | cohercere Bb || 37 [rem] Ba || 38 me[m]inisse Ba || 39 [Ciliciam] Ba | Pafflagoniam Ba | Phrygiam Bb || 40 Lydiam Bb || 41 Gr[ec]iam Ba | Boznam B || 42 -polim B || 46 ymagines ABb || 47 *post* nobilitatem *del. incedere* Bb || 48 durissimam B || 50 charissimorum Bb || 52 ac] et Bb | primatum regnorum *in marg.* Bb | regnorum illorum Bb | finitimarum Ba || 53 fidei nostre Ba || 54 Selimsak A | Selymsak Bb | crudelissimos A || 56 eis]hiis A | filios *in marg.* Ba | omnes A | *post* exemplo *del. trud* A || 57 sanguinem Christi fidelium Ba || 58 et *om.* Bb | ut *om.* A || 59 ac]et Ba || 60 glacialis B | oceani A | oceanis Bb

dictorum regnorum fines numerosa equitum atque peditum manu crebris incursionibus diripere igni ferroque vastare continuoque novos moliri apparatus, ut ad primam occasionem occupatis inter se impio ac detestabili bello principibus Christianis dicta regna et precipue Turce Hungarie regnum, quod haecenus vallum et antemurale Christiane rei publice habitum est, maximis exercitibus aggrediantur, ut eo perdomito ad cetera eis facilius aditus pateat dudumque nonnulla ipsius regni oppida et castra Srebernek, Tessen, Barcha, Zokol, Waya et in Croatia Dalmatiaque provinciis eidem regno subiectis Zyn et Chaczwyna, que situ locique natura admodum munita viginti quinque aut circiter millibus passuum a Spalatro distant et plura alia partim dolo partim vi cepisse totamque non solum Hungariam, Croaciam, Dalmatiam, verum Sclavoniam ac finitimas eis adiacentes provincias et populos metu consternasse eosdemque Tartaros coniunctis non solum animis cum Turcis, sed affinitate firmatis simul cum Moscovitis ad abolendam Christi fidem et nephandi Mahumete sectam extollendam Polonie regnum validissimo equitatu invasisse non absque magno illorum regnorum periculo sic Wladislaum et Sigismundum reges prefatos cum universa procerum ac regnorum ipsorum nobilium manu obviam processisse plane innumeris terrarum cladibus, populorum stragibus, ingenti Christiani sanguinis effusione intra nostrorum viscerum intima admoniti et altius sauciati aliisque pluribus detrimentis, quibus predicta regna afficiuntur et ne in dies magis afficiantur, formidamus.

Quodque Christianam rem publicam paulatim minui cernimus vires, audaciam et potentiam hostium predictorum augeri tenentes eius locum — licet indigni — cui Christus suam commendavit ecclesiam, cui etiam pollicitus est, quod inferorum porte adversus eam non prevalerent dubitantes, ne diuturno bello assiduisque calamitatibus et detrimentis predicta regna attrita et exhausta sint, ita per se se tantos hostium impetus ferre nequaquam valeant sicque in maximam animarum iacturam ipsorum regnorum imprimis ac Christiane religionis exitium succumbant. Licet nuper ad coerendos eorundem hostium impetus et defensionem suscipiendam pro salute eorundem regnorum de venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium consilio dilectum in Christo filium nostrum Thomam tituli sancti Martini in Montibus presbyterum cardinalem Strigoniensem virum industrium et qui prudentia et doctrina, gravitate, usu rerum et auctoritate apud eosdem reges plurimum pollet, adversus perfidissimos Christiani nominis hostes Turcas et Tartaros nostrum et apostolice sedis legatum de latere ad dictos reges et regna, dominia, provincias, insulas, civitates, terras et loca eisdem regibus subiecta et ad Datie, Norvegie ac Svetie regna cum omnimoda potestate — uti aliis nostris confectis super hiis litteris latius continetur —

61 peditum atque equitum ABb || 63 post detestabili del. pr A || 68 Trebernek ABb | Thessent A | Thessen Bb | Barka A || 69 Syn ABb | Chaseunna A | Chasinna Bb || 70 milium passibus B || 71 Spalathro Bb | distat ABb | dolo partim, partim ABb | partim² supra scr. Bb | incepisse A || 72 Dalmaneam A || 73 finitimas Ba | fimitimas Bb | adiacentesque Bb | [p]opulos Ba || 74 coniunc[tis non] Ba | non solum coniunctis animis A || 75 Moskovitis A || 76 nephandam Ba | Mahumethe Ba || 79 post plane del. aliquid Bb || 81 et om. A || 86 indigne ABb | con- Ba || 87 cf. Matth. 16, 18 || 90 post ferre del. non A | nequaquam supra scr. A | valeat Ba || 91 in- Ba | exitum A || 93 eorundem ubique Ba | eorum A || 94 concilio A || 96 et om. Bb || 98 Turchas Ba

fecerimus, creaverimus et deputaverimus et pro huius modi expeditione
 duxerimus destinandum ac pro commissa nobis cura defensionis Chri-
 105 stiane plebis et fidei cupientes ipsos reges et regna, qui undique contractis
 viribus adversus eosdem Turcas et Tartaros hostes exercitus compararunt
 et ad defensionem huius modi personaliter accinxerunt et ad loca se con-
 tulerunt ac — ut crebris litteris et nunciis post creationem et deputatio-
 nem legati huius modi accepimus — Deo, cuius imprimis causa agitur,
 110 celitus piis nostris precibus ex intimis nostri cordis emissis annuente,
 dum anxii atque admodum trepidi defensionem ipsam meditamur, in
 Bosna provincia ad tria vel circiter milia Turcarum ad devastandum
 Hungarie regnum venientium duce venerabili fratre nostro Petro Be-
 ryzlo episcopo Wesprimiensi ad internicionem profligarunt quatuorque
 115 eorundem hostium duces in presentia victoris exercitus conciderunt,
 quintum captum ac constrictum vinculis ad prefatum Hungarie regem
 perduxerunt, ex alto auxiliante Deo allectivis favoribus et spritualibus
 ecclesie thesauris, quos dominus noster Iesus Christus apostolorum prin-
 cipi regni celestis clavigero ac eius successoribus concessit, indulgentiis
 120 videlicet et remissionibus peccatorum tantisper prosequi, ut eosdem
 Turcas retardare et remorari valeant, quoad compositis Christianis prin-
 cipibus armis inter se dissidentibus generalem expeditionem personaliter
 sumemus in confusionem eorum et aliorum inimicorum crucis Christi
 et salutem eorum, qui contra eosdem hostes Christiani sanguinis avidos
 125 pugnabunt.

Ad tam sanctum et necessarium opus de eiusdem Dei omnipotentis
 auctoritate hortamur, requirimus et monemus universos Christi fideles
 presertim in predictis regnis, dominiis, provinciis, insulis, civitatibus et
 130 terris eisdem regibus subiectis et precipue Datie et Norvegie ac Svetie
 regnorum incolas et habitatores, ut eidem Thome cardinali ac legato ac
 eisdem regibus pro expeditione huius modi adversus ipsos hostes Turcas
 et Tartaros cum bonis et personis suis pro viribus constanter assistant
 et insurgant et illius exemplo, qui pro nobis e celo in terras descendere
 mortemque subire non abnuit, tollant in cordibus suis crucem suam et
 135 illi, qui ad hoc idonei existunt expeditionemque ipsam imo verius sal-
 vatorem nostrum pro sue fidei defensione sequantur et memores eius
 verbi, qui dixit: „qui vult venire post me, abneget semet ipsum et tollat
 crucem suam et sequatur me” et confidentes in eo, qui ecclesiam suam
 totiens periclitantem non derelinquit neque permisit inimicos eius de
 140 eorum iniquitate gloriari seque ad arma accingant, pericula mortis non
 formident recepturi exinde premia felicitatis eterne.

Et ut in prosecutione tam sancti et necessarii operis, ad cuius pro-
 secutionem ipsius regis Hungarie non suppeterent facultates, sed Christi
 fidelium suffragia sint plurimum necessaria, eo promptius assistant et
 145 que poterunt, auxilia studeant exhibere. Quo exinde maiora animarum
 suarum commoda adipisci possint et eis pro tam salubri bono portas

105 reges — eosdem *in marg.* Ba || 106 hostes]qui Ba || 107 deffensionem A | accin-
 serunt A || 108 uti ABb || 109 huius modi *in marg.* Ba | in- Ba || 112 Bozna B | Tur-
 charum Ba || 113 Berizlo Ba || 114 profligavit Ba || 116 *post ac del.* confluctum A | con-
 strictum *supra scr.* A || 117 et]ac A || 120 peccatorum Ba || 130 ac¹]et Bb || 135 ydonei
 Bb | ymo B || 137 *cf. Matth. 16, 24* || 139 *post totiens del. aliquid* Bb | -liquit B || 142
 per- A || 143 Cristi Ba || 144 auxilia plurimum sint necessaria B || 145 exhibere A

paradisi et perennem gloriam cum sanctis apostolis et gloriosis martiribus
reserari, universis fidelibus eisdem, qui ad bellum contra eosdem Turcas
in personis propriis se contulerint et per tempus, quod a prefato legato
150 prescriptum et ordinatum fuerit, in illo permanserint confisi de eiusdem
Dei omnipotentis misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum
auctoritate ac verbi eius, qui est via, veritas et vita ac nobis — qui in
persona eiusdem beati Petri successores sumus — dixit: „quodcumque
155 ligaveris super terram, erit ligatum et in celis et quodcumque solveris
super terram, erit solutum et in celis” ac etiam de apostolice potestatis
plenitudine nobis celitus tradita plenariam omnium peccatorum suorum
ac cum altissimo reconciliationem, indulgentiam et remissionem, qualis
per predecessores nostros dari consuevit proficiscentibus in subsidium
160 Terre Sancte et contra eosdem perfidissimos Turcas et qualis in anno
iubilaei concessa exstitit, concedimus pariter et indulgemus ac eorundem
omnium animas, quos in hanc sanctam expeditionem proficisci contige-
rit, sanctorum angelorum consortio in celestibus eterna felicitate man-
suros perpetuo decernimus aggregandas ita, quod si forsan designato
165 operis prosecutione arripuerint et ex hac luce migrare contingat, nihilo-
minus indulgentiam huius modi consequantur. Et si aliquis in predictis
regnis, dominiis, provinciis, insulis, civitatibus, locis et terris atque eis
etiam adiacentibus pro tempore existens vel in eis cohabitans etiam si
externis aut in illis consistens et accedere personaliter quovis respectu
170 nolens vel non valens suis expensis aliquem undecumque destinaverit et ex
quovis loco, qui vice sua contra eosdem Turcas et Tartaros pugnet per
tempus — ut premittitur — ordinandum volumus, quod tam mittens
quam etiam missus eiusdem indulgentie participes fiant.

Et ut omnis etas et sexus ac cuiuscumque professionis homines sancte
175 huius indulgentie participes esse possint, volumus etiam, quod si mona-
steriorum et aliorum etiam religiosorum locorum etiam mendicantium
ordinum utriusque sexus presidentes conventus seu persone pro singulis
decem ex eis unum bellatorem vel pecuniam pro uno bellatore iuxta
ordinationem predictam miserint vel contributorint ad premissam exp-
180 editionem et ei stipendia necessaria pro statuendo tempore ministra-
verint — ut prefertur — decem persone predictae, pro quibus talis mitte-
tur et etiam ipse missus pari indulgentia et peccatorum remissione per-
fruantur.

Et similiter seculares persone predicatorum quoque verbi Dei presentes
185 litteras et indulgentias publicantes et populis predicantes ac missas et
alia divina officia in presentia personarum in eodem exercitu et expedi-
tione existentium celebrantes et eorum confessiones audientes et alii
cuiuscumque industrie, artis vel exercitii inibi saltem per spatium sex
mensium existentes ac etiam mulieres infirmis et vulneratis tam in dicto

147 post et¹ del. aliquid Bb | perennem supra scr. Bb || 148 Turchas B || 149 con-
tulerint A | quoad A || 152 cf. Iohann. 14, 6 || 153 beati supra scr. Ba | cf. Matth. 16,
19 || 154 post terram del. et A || 155 erit om. A || 156 post nobis add. ac A || 159 Sancte
Terre Ba | Turchas Ba || 161 hac A | contingerit ubique Ba || 162 angellorum Ba || 163
decerni nunc agregandas Ba || 165 nichilominus Bb || 169 in consistens sis supra scr. A ||
171 contra supra scr. A || Turchas Ba | et Tartaros in marg. A | ad tempus A || 179 vel
contribuerint in marg. Ba || 180 ei]eis corr. Ba || 187 aliis A || 188 artis, industrie B |
salm Ba || 189 in om. Ba

190 exercitu quam extra servientes et generaliter omnes et singuli, qui ad
 hanc sanctam expeditionem thesaurarii proventuum predictorum alieque
 persone per dictum legatum vel eius subdelegatos disposite et ordinate
 ac etiam ipsius legati familiares et comites et post diem publicationis
 presentium videlicet sancte Romane ecclesie cardinales, patriarche,
 195 archiepiscopi, episcopi decem, reges centum, principes et filii regum ac
 eorundem principum et filiorum regum uxores decem, duces, marchiones,
 comites et vicecomitum uxores ac magistri generalis domus Theuthonice
 in Prussia ordinis sancte Marie necnon etiam magister Livonie ac etiam
 omnes magistri aliarum quarumcumque militiarum decem, de eis in-
 200 feriores persone ecclesiastice et seculares adeo pauperes, ut singuli sin-
 gulos mittere nequeant, convenientes invicem in huius modi numero de-
 cem vel maiori — prout eorum possibilitas exiget — committentes unum
 bellatorem — ut prefertur — pro omnibus mittentes ac etiam missi vel
 si eodem persone superius nominate milites seu bellatores — ut prefer-
 205 tur — mittere non valuerint et pecunias pro totidem mittendis contribue-
 rint in locis deputatis, prefatam indulgentiam consequantur.

Et insuper volumus et ordinamus, quod tam ipsi bellatores et mittentes
 et missi quam etiam — quibus ipsi bellatores indigere noscuntur — omnes
 et singuli medici, aromatarii, cerdones, sutores, carnifices, ferrarii et
 210 fabri, lignarii, carpentarii, machinarum directores et cuiuslibet artificii
 in metandis castris opportuni artifices, apothecarii et mercatores medici-
 nas, victualia et alia necessaria ad castra huius modi deferentes ac ad-
 ministrantes et ut deferantur et administrentur, consilium, auxilium vel
 favorem prestantes eorundemque bellatorum obsequiis in exercitu
 215 huius modi vel extra quomodolibet, ut illi liberius pugnare valeant, in-
 sistentes ac alie et quecumque persone ecclesiastice seu seculares regno-
 rum et dominiorum predictorum vel in illis habitantes vel pro tempore
 existentes, que videlicet vasallos et in redditibus annuis ducentos florenos
 auri aut amplius habentes et uxores eorundem secularium florenos
 220 duos, que vero in facultatibus et bonis valorem tantum trecentorum flo-
 renorum habuerint, unum florenum auri et alii tertiam partem floreni,
 si vero adeo pauperes fuerint, ut in bonis sexaginta florenos similes non
 habeant, sextam partem unius floreni seu quantum ipsi legato, thesaurariis
 et personis per ipsum legatum deputandis videbitur, persolverint
 225 seu in cippis aut capsis seu cistis ad huius modi proventus colligendos de-
 putandis cum effectu in pecunia vel in bonis in sancte expeditionis huius
 modi subsidium iuxta eius ordinationem et non in alios usus converten-
 dos post diem publicationis presentium in regno Hungarie: Bude et Casso-
 vie ac in Strigoniensi, Quinque Ecclesiensi, Zagrabieni, in Moravia:
 230 Olomucensi, in Slesia: Wratislaviensi, in Polonie regno: in Cracoviensi,
 Gneznensi, Poznaniensi, in Bohemie vero regno: in Pragensi ecclesiis ac
 tam in dictis quam Datie, Norvegie et Svetie regnis aliisque dominiis

192 et]vel Bb || 193 et² om. ABb || 197 Theutonice ABb || 198 Pruscia A | Brussia
 Ba || 200 singule Ba || 205 post pecunias del. suas Bb || 207 ipsi]missi A || 208 [mi]ssi Ba ||
 211 post in del. antedictis Ba | metandis in marg. Ba | oportunitis A | oportuni Ba || 213
 administrantur A || 216 et om. ABb || 217 eis Bb || 218 vassallos Bb | et supra scr. Ba |
 redditibus Ba || 222 post vero del. p Bb || 223 quantam A || 225 ante cistis del. cistis Bb ||
 230 Olomocensi B | Slesie A | Slesiensi Bb || 231 Gnessinensi Bb | vero om. A

et provinciis dictorum regnorum et illis subiectis, ubi melius et commo-
 235 dius videbitur, per dictum legatum vel ab eo subdelegatos et commissarios
 faciendos computandum dumtaxat imposuerint, possint eligere confes-
 sorem idoneum presbyterum secularem vel cuiusvis ordinis etiam
 mendicantem regularem, qui eorum confessionibus diligenter auditis
 pro commissis per eos excessibus, criminibus et delictis quantumcumque
 240 gravibus etiam omissionibus horarum canonicarum, Simonie labe et a
 censuris et penis a iure vel ab homine quavis occasione vel causa latis
 etiam in casibus sedi apostolice reservatis etiam qui per quasdam litteras
 Tullii secundi predecessoris nostri in similibus facultatibus decernuntur,
 non includi, conspiracy contra Romanum pontificem et sedem pre-
 245 dictam, iniectio manu violentarum in episcopos vel alios superiores
 prelatos, interficientium seu mutilantium in sacris ordinibus consti-
 tutos ac cuiuscumque alterius presbyterici voluntarii, falsitatis litte-
 rarum apostolicarum, supplicationum et commissionum et per se vel
 alium seu alios quascumque personas ecclesiasticas vel seculares ad Ro-
 manam curiam pro causis, negotiis et rebus quibuslibet recurrentes
 250 illaque in eadem curia prosequentes aut negotiantes, negotiorum ge-
 stores, advocatos vel procuratores, causarum auditores et iudices super
 dictis causis et negotiis deputatos occasione causarum vel negotiorum
 huius modi mutilare, occidere vel alias verberare aut bonis spoliare neve
 litteris vel mandatis apostolicis legatorum ac nunciorum, iudicium et
 255 delegatorum sedis eiusdem gratiam et iusticiam concernentibus decre-
 tisque super illis et re iudicata processibus executorialibus non habito
 primo eorum beneplacito et assensu pareant neve tabelliones et notarii
 super huius modi litteris processuum executorialium instrumenta seu
 260 acta conficiant aut confecta parti — cuius interest — tradant, prohibere,
 statuere seu mandare a nostra quoque et pro tempore existentis Romani
 pontificis obedientia pertinaciter se subtrahere seu quomodolibet re-
 cedere necnon iurisdictiones seu fructus ad ecclesiasticas personas per-
 tinentes usurpare vel rapere ac per se vel alium seu alios directe vel in-
 265 directe predicta fieri procurantium et ad ea seu eorum aliquid consilium,
 auxilium vel favorem prestantium ecclesiasticamque libertatem quo-
 modolibet violantium presentium litterarum publicationem, executionem
 aut expeditionem huius modi in Turcas et Tartaros fieri et ad expug-
 nationem eorundem Turcarum et Tartarorum venire volentium
 270 impediendum et proponentes seu inclinatos ad consequendam indulgentiam
 et facultatem eligendi confessorem huius modi persuasionem, verbo
 vel signo ab huius modi eorum proposito et inclinatione retrahentium
 aut de emolumentis huius modi expeditionis aliquid subtrahentium vel
 defraudantium criminibus solum exceptis semel in vita et in aliis dicte
 275 sedi non reservatis casibus totiens, quotiens id petierint, eis de absolu-
 tionis beneficio providere necnon omnium peccatorum suorum, de quibus
 corde contriti et ore confessi fuerint, semel in vita et semel in mortis

233 comodius Ba || 235 elligere Ba || 239 Symonie Bb || 240 [v]el² Ba || 242 II A ||
 246 alterius om. Ba || 247 et]ac Bb || 253 aut]vel Ba || 254 vel]et Bb | mandatis apos-
 tolicis et litteris A || 255 delegatorum]legatorum Ba || 256 non om. Ba || 262 -dicionem
 ubique Ba || 263 seu]vel A || 266 post publicationem adl. aut ABb || 267 Turcas B |
 et² om. A || 268 Turchorum Bb || 273 solummodo ABb | post in² del. mortis A || 275
 nec[non] Ba || 276 semel² om. Ba

articulo plenariam remissionem ipsis in sinceritate fidei, unitate sancte
Romane ecclesie ac obedientia et devotione nostra et successorum no-
strorum Romanorum pontificum canonice intrantium persistentibus
280 impendere et penitentiam salutarem iniungere ac per eos emissa vota
quecumque visitationis liminum eorundem apostolorum Petri et Pauli
ultramarinarum et sancti Iacobi in Compostella ac religionis et castitatis
votis dumtaxat exceptis, in huius modi sanctam expeditionem commu-
tare valeant ita, quod si imminente infirmitate propter periculum mortis
285 absolvantur et demum mortis periculum evaserint, semper plenaria
remissio predicta eis ad eorum mortis articulum reservetur etiam si id
eis multotiens occurrerit et si forsitan contingat personas predictas sine
confessione decedere, dummodo aliqua signa contritionis ante obitum
eorum in eis apparuerint vel morte repentina ab hac luce subtracti fue-
290 rint etiam plenariam absolutionem et remissionem huius modi conse-
quantur, que etiam ad peccata, que alias aliis sacerdotibus integre con-
fessi fuerint, extendantur, sic tamen, quod idem confessor de eis, de quibus
fuerit alteri satisfactio impendenda, eam confitenti per eum, si super-
vixerit vel per heredes suos, si forte tunc transierit, faciendam iniungat,
295 quam ipsi vel illi — ut prefertur — facere teneantur.

Et ne propter indulgentias alias in hoc sancto opere tardiores Christi
fideles existant, omnes similes vel dissimiles indulgentias et facultates
a nobis et eadem sede vel eius auctoritate quibuscumque ecclesiis etiam
basilice principis apostolorum, monasteriis, hospitalibus etiam Sancti
300 Spiritus in Saxia de urbe et piis locis, congregationibus, cuiusvis ordinis
Premonstratensium et aliorum universitatibus, confraternitatibus et
singularibus personis etiam sancti Anthonii de Vienna plenarias tempo-
rales et perpetuas in vita vel in mortis articulo in regnis et dominiis pre-
dictis concessas pro huius modi expeditione dumtaxat ad tempus dicte
305 legationis suspendimus ita, quod ille etiam, si clausulas aliquas contra
futuram earum suspensionem continerent, quarum tenores et formas ac
si de verbo ad verbum insererentur presentibus haberi volumus pro
expressis, nemini interim ullatenus suffragentur et sub excommunica-
tionis pena huius modi inhibentes durante tempore dicte legationis pu-
310 blicari et predicari et earum pretextu quevis pia suffragia postulari ne-
queant.

Volumus insuper et dicta auctoritate concedimus, quod corpora om-
nium et singulorum ad bellum huius modi accedentium et mittentium pro
tempore decedentium etiam si sine confessione, dummodo signa contri-
315 tionis apparuerint in eis adhuc viventibus, decesserint etiam stante eccle-
siastico interdicto possint in ecclesiis seu cimiteriis absque tamen solita
pompa sepeliri.

Liceat quoque omnibus episcopis et superioribus ac reliquis personis
ecclesiasticis etiam religiosis inferioribus ab eisdem sine ipsorum episco-

277 ipsis om. A || 279 intrantium A || 280 imponere Ba | emissa per eos ABb || 282
relligionis A || 284 imminente Ba | mortis — periculum supra scr. A || 285 et supra scr.
Ba || 287 eis om. ABb | -curerit Ba | si om. ABb || 290 remissionem et absolutionem
Bb || 291 peccata Ba | aliis alias B || 292 eis]hys A || 296 Cristi Ba || 297 post omnes del. fi-
deles A | vel]et B || 298 etiam]et ABb || 302 etiam]et ABb | Antonii B || 303 vel]et A ||
305 [ita] Ba || 306 tenores om. Ba || 308 nullatenus A | post excommunicationis del. late
sententia et add. late sententia Bb | excommunicationis ubique Ba || 315 aparuerint Ba ||
316 seu]sive A || 317 sepelliri Bb || 319 episcoporum om. A

320 porum et aliorum superiorum licentia et si prelature fungantur officio
 capituli, collegii sive conventus sui ad id tamen accedente consensu in
 expeditionem ipsam sine cuiusvis irregularitatis incurso proficisci et
 permanere ac consulere et ad pugnam adhortari, dummodo manus ipsi
 325 ventus ac portionem mensarum et ecclesiarum ac monasteriorum alio-
 rumque beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet cum cura et sine
 cura etiam si canonicatus et prebende, dignitates, personatus, admini-
 strationes vel officia in cathedralibus etiam metropolitanis vel collegiatis
 et dignitates ipse in cathedralibus etiam in metropolitanis post pontifi-
 330 cales maiores seu in collegiatis ecclesiis huius modi principales fuerint
 et ad illos, illas vel illa consueverint, qui per electionem assumi eis-
 que cura immineat animarum, que interim in dictis regnis, dominiis, provin-
 ciis, insulis, civitatibus, locis et terris huius modi obtinebunt, integre
 quotidianis distributionibus dumtaxat exceptis libere percipere possint
 335 ita, ut illos perciperent ac si in eisdem ecclesiis supradictis personaliter
 residerent et ad residendum interim in eisdem minime teneantur neque
 ad id a quoque compelli possint ac in castris, tentoriis vel aliis locis exer-
 citus huius modi ydoneis missas et alia divina officia etiam antequam
 illucescat dies, prout negotiorum ingruentium opportunitas id exegerit,
 340 celebrare ita, quod eis ad culpam nequeat imputari ac eucharistiam
 aliaque ecclesiastica sacramenta omnibus et singulis in dicta expeditione
 degentibus et ad illam accedentibus quocumque tempore etiam in festo
 resurrectionis Dominice et quod tam ecclesiastice quam seculares perso-
 345 ne dum in eodem bello occupate fuerint, si commode id facere non po-
 terunt, ad observantiam quorumcumque ieiuniorum et recitationem offi-
 ciorum, ad que tenerentur, ex voto aut professione aut precepto ecclesie
 sint penitus excusati et quoniam nihil magis est necessarium in bello,
 quam temporis opportunitas, quod quibuscumque Dominicis diebus et
 festivis gentes armorum et omnes alie persone predictae ad dictam sanc-
 350 tam expeditionem euntes et in illa existentes in rebus concernentibus
 dictum bellum circa premissa et alia necessaria et opportuna intendere
 et vacare et in ordinationibus circa ea faciendis interesse et que eis vide-
 buntur, consulere et hortari libere et licite valeant, dicta auctoritate
 indulgemus.
 355 Preterea ad tam dictorum exercituum manutentionem ac defensio-
 nem contra eosdem potentissimos et perfidissimos hostes Turcas et Tar-
 taros ac eorundem expugnationem et confusionem, quatenus divina
 favorit clementia, magna expedit subire onera expensarum pro defen-
 sione et propagatione fidei Christiane matura super hoc cum eisdem
 360 venerabilibus fratribus nostris sancte Romane ecclesie cardinalibus de-
 liberatione prehabita attentis premissis unam veram et integram deci-

331 electionem Ba || 333 post insulis del. cum talibus A | civitatibus supra scr. A || 334
 quotidianis Ba || 335 ac om. A | in eis de ecclesiis A | supradictis sive locis ABb | sup[ra]-
 Ba || 336 resederant A | nec A || 337 tentoriis]territoriis A || 339 elucescat B || 342 post
 illam del. aliquid Bb | in supra scr. A || 343 resurrectionis Ba || 344 comode Ba | non om.
 Bb || 345 quorumcumque Bb || 346 post officiorum del. scilicet A | aut]et A Bb || 347
 nichil ABb | est om. A || 350 concernentibus] conservantibus corr. A || 351 post dictum del.
 dictum Ba || 352 eis, que Ba || 355 ac]et A || 357 post eorundem del. expedi A || 359 post
 propagatione del. per Ba | Christiane fidei B || 361 premiss[is] Ba

mam omnium fructuum, reddituum et proventuum ecclesiasticorum
 secundum valorem annum quarumcumque cathedralium etiam metro-
 politanarum aliarumque ecclesiarum, monasteriorum, prioratum et
 365 beneficiorum ecclesiasticorum secularium et quorumvis ordinum regu-
 larium tam virorum quam mulierum etiam mendicantium ex privilegio
 vel alios certos redditus habentium et militiarum etiam, quarum redditus
 ad hospitalitatem deputati forent, in omnibus dominiis, provinciis, insulis,
 370 temporali dominio Wladislai Hungarie et Bohemie et Sigismundi Polonie
 regum predictorum ac Dacie, Suetie et Norvegie regnis necnon in Prussia,
 Livonia et Dalmatia omnibusque civitatibus, terris, oppidis et locis dic-
 tis regnis ac Prussie, Livonie et Dalmatie subiectis et consistentibus ab
 omnibus et singulis venerabilibus fratribus nostris archiepiscopis, epis-
 copis ac dilectis filiis electis, administratoribus, commendatariis et abba-
 375 tibus ceterisque prelatiis et personis ecclesiasticis, secularibus, regularibus
 ac ordinum et militiarum quorumlibet exemptis et non exemptis, sancte
 tamen Romane ecclesie cardinalibus ac dilectis filiis magistris prioribus,
 preceptoribus et fratribus prioratum, preceptoriarum et domorum
 hospitalis sancti Iohannis Ierosolimitani, qui contra eosdem fidei
 380 Christiane hostes exponunt † dubitat † se et sua et nullis aliis excep-
 tis huius modi fructus, redditus et proventus in civitatibus, terris et
 locis predictis habentibus et infra annum proxime futurum habituris
 cuiuscumque preeminentie, dignitatis, gradus, status, religionis, ordinis
 vel condicionis existant, quibus aut eorum alicui nulla privilegia vel
 385 indulta sub quacumque verborum forma et concessione vel expressione
 concessa, quo ad hoc volumus suffragari, pro eiusdem fidei ac rei publice
 Christiane defensione solvendam, exigendam — ut prefertur — de fra-
 trum predictorum consilio, apostolica auctoritate tenore presentium
 imponimus. Et ut ex eis fructus, quos speramus, proveniant uberiores in
 390 huius sancte expeditionis favorem de probitate, fide, integritate et auc-
 toritate eius ac sollertia animique magnitudine et constantia specialem
 in Domino fiduciam gerentes prefatum Thomam cardinalem et legatum
 ad hunc effectum — ut prefertur — creatum, ordinatum et institutum
 huius sancte a nobis indiete cruciate indulgentiarum ac decimarum ac
 395 omnium et quorumcumque presentium litterarum tenore contentorum
 caput, auctorem, ordinatorem et obventionum huius modi et decimarum
 percipiendarum conservatorem, distributorem etiam cum potestate
 nominandi ac deputandi seu substituendi aut subdelegandi unum, duos
 aut etiam plures archiepiscopos, episcopos, administratores, coadiutores
 400 aut alias quascumque personas ecclesiasticas seu seculares — prout sibi
 magis expediens videbitur — quos et quas ydoneos duxerit, in uno quoque
 ex dictis regnis et ipsorum regnorum partibus et locis ordinandis et de-
 putandis commissarios, thesaurarios et dictarum omnium indulgentiarum

362 redditum Ba | proventu[um] ecclesiasticorum Ba || 369 post temporali del. domi-
 niis A | dominio in marg. A | Boemie A | et²ac A || 370 Pruscia A || 371 opidis Ba ||
 372 Pruscia ABa || 374 commendatariis Ba | albatibus Ba || 379 Ierlinitani A | Iherosolo-
 mitani Ba | post Iohannis del. Iherusalem A | Christiane fidei B || 380 post dubitate in
 marg. indubitanter del. Ba || 384 post quibus del. ad A | nulla om. A || 386 eisdem A ||
 387 predictorum fratrum Bb || 389 fr[uctus] Ba || 390 post integritate del. expeditionis
 Ba || 391 solertia A || 393 creatum]vocatam Ba || 398 in subdelegandi sub supra scr. A ||
 399 episcopos, archiepiscopos A | quoadiutores A || 401 videbitur expediens Bb || 403
 commissarios]commissariis corr. Ba

et decimarum aliarumque obventionum receptores, collectores, conserva-
405 tores ita, ut etiam aliqui predictorum sic substituendorum et subdele-
gandorum alios etiam substituere possint et valeant, in quibus omnibus
et singulis sic agendis et faciendis eius conscientiam oneramus et ut omnes
pecunie et bona, que ex huius modi indulgentiis, decimis et aliis in pre-
sentibus litteris concessis ad effectum defensionis dictorum regnorum
410 et Christiane fidei dumtaxat et non in aliam prorsus causam quocumque
necessitatis colore quesito obvenerint, integre et fideliter conservabun-
tur, administrabuntur et in hanc sanctam expeditionem erogabuntur
et convertentur cum omnimoda et plenaria potestate legati de latere
durante dicto tempore sue legationis constituimus, deputavimus et ordi-
415 navimus ita, quod ab eisdem archiepiscopis, episcopis, administratori-
bus, electis, commendatariis, abbatibus et prelatis ac personis aliis
ecclesiasticis, secularibus et regularibus exemptis et non exemptis in
eisdem civitatibus, terris et locis fructus, redditus et proventus huius
modi — ut prefertur — habentibus et infra annum predictum habituris
420 in terminis et locis congruis statuendis et declarandis huius modi integra
decima secundum verum valorem predictum — ut premittitur — colli-
gatur et etiam exigatur. Volentes, quod iuxta ordinationem super hoc
in Viennensi concilio editam calices, libri et alia ornamenta ecclesiastica
divinis officiis deputata ex causa pignoris vel alias occasione dicte ex-
425 actionis nullatenus capiantur, distrahantur vel etiam occupentur non
obstantibus, si archiepiscopis, episcopis, electis, administratoribus,
commendatariis, abbatibus, prelatis et aliis personis ecclesiasticis secula-
ribus et regularibus vel quibuscumque aliis communiter vel divisim a
sede predicta indultum existat, quod ad alicuius decime solutionem
430 minime teneantur et ad id compelli aut quod interdici, suspendi vel ex-
communicari aut extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint
per litteras apostolicas; non facientes plenam et expressam eiusque
toto tenore ac propriis ipsorum ordinationum locorum et personarum
nominibus et cognominibus mentionem et quibuslibet aliis privilegiis,
435 exemptionibus etiam in corpore iuris clausis aut litteris apostolicis qui-
busvis dignitatibus seu ordinibus supradictis generaliter vel specialiter
sub quacumque forma et expressione verborum ab eadem sede concessis
etiam si de eis eorumque totis tenoribus de verbo ad verbum presentibus
habenda foret mentio specialis et contentis in eis derogatoriarum dero-
440 gatoriis clausulis specialiter derogandis, quo ad hoc cuique volumus nulla-
tenus suffragari.

Ceterum volentes illos, quos Dei timor a malo non revocat, saltem
pene formidine et publica disciplina compescere omnes et singulos cuius-
cumque dignitatis, status, gradus, ordinis vel condicionis fuerint etiam
445 si pontificali vel alia ecclesiastica aut quantumcumque maxime mundana
dignitate fungantur, qui de huius modi exigendis decimis aliquid usurpare
vel subtrahere aut in exigendo, colligendo vel conservando illas fraudem

406 ante etiam del. etiam Bb || 412 sanctam hanc B || 414 [ordinavi]mus Ba || 416
e[lectis] Ba || 417 secul[aribus] B | post regularibus del. et regularibus A || 419 annum in
marg. Bb | ante predictum add. alium Bb || 423 consilio A || 426 post administratoribus
del. et A | post episcopis add. et A || 428 et]vel B || 429 ad post inser. A || 440 post derogan-
dis add. que A | cuiquam A | nullatenus]ullatenus corr. Ba || 443 sing[ulos cui]uscumque
Ba || 444 fue[r]int Ba || 445 m[axim]e Ba | maxima ABb

aut deceptionem aliquam committere seu quod in aliam, quam premis-
sam quovis quesito alio colore causam defensionis fidei exponantur,
450 procurare et operari seu quomodolibet verbo aut facto consentire vel ne
solvantur, persuadere malitiose, directe vel indirecte presumpserint,
maioris excommunicationis ac etiam privationis beneficiorum suorum,
que obtinent necnon inhabilitatis ad illa et alia obtinenda sententias,
censuras et penas incurrere volumus ipso facto. A qua excommunica-
455 tione ab alio quam a Romano pontifice preterquam in mortis articulo
constituti absolutionis beneficium, dum tamen prius satisfecerint aut
de satisfaciendo ydoneam cautionem dederint, nequeant obtinere. Et
nihilominus eidem Thome cardinali et legato ac deputandis per eum collec-
460 toribus et succollectoribus et unicuique eorundem decimam huius
modi ab obligatis ad illius solutionem petendi, exigendi et recipiendi et
de receptis quietandi et non solventes et generaliter contradictores quos-
libet et rebelles privationis et alias sententias, censuras et penas eccle-
siasticas cum illarum aggravatione, reaggravatione et alia iuris remedia
invocato ad hoc etiam, si opus fuerit, auxilio brachii secularis appellatione
465 postposita compescendo ac eidem legato, collectoribus et succollectoribus
per eum pro tempore deputatis omnes existentes de provinciis, civitatibus
et diocesibus, in quibus deputati fuerint, ex defectu non facte solutionis
huius modi dumtaxat excommunicationis, suspensionis et interdicti senti-
470 tentiis quomodolibet pro tempore ligatos ab eisdem sententiis post sa-
tisfactionem debitam facta prius fide ipsi collectori de satisfactione pre-
dicta absolvendi et cum eis super irregularitate, si qua forte sint ligati,
non tamen in contemptum clavium celebrando divina vel illis se immi-
scendo contraxerint, dispensandi ipsique Thome cardinali et legato collec-
tores et succollectores predictos, qui in huius modi collectorie vel succol-
475 lectorie officii negligentis vel remissi aut alias inutiles fuerint vel su-
specti absque processu aliquo ab huius modi officiiis, quotiens opus fuerit,
pro suo nutu ammonendi — prout qualitas negotiorum exigerit — cor-
rigendi et puniendi ac alium vel alios eorum loco surrogandi et deputandi,
terminos et dilationes ad huius modi decimam solvendam assignandi et
480 assignatos prorogandi et generaliter omnia et singula in premissis et
circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna faciendi, gerendi, man-
dandi et exequendi plenam, liberam et omnimodam auctoritatem et
tenore presentium huius modi concedimus facultatem non obstantibus
omnibus supradictis.
485 Item volumus, quod quecumque legata et alias quomodolibet etiam
hereditatis titulo et pro male ablatorum restitutione relicta hactenus
ac que legari et relinqui contigerit, in futurum in quibuscumque testa-
mentis, donationibus causa mortis, codicillis aut aliis ultimis volunta-
tibus per quoscumque et ubicunque in regnis predictis, dominiis, provin-
490 ciis, insulis, civitatibus, locis et terris facta et que interim fient, quibus-

449 alio quesito B || 455 a om. A || 456 satisfecerint prius Bb || 459 eorum A || 460
petendi om. Bb || 461 solvendi Ba || 463 agravatione Ba | reaggravatione Ba || 464 etiam
ad hoc Bb || 465 sub- Ba || 467 et om. A || 469 debitam satisfactionem B || 471 solvendi
Bb | sunt B || 472 t[amen i]n Ba | immiscen[do cont]raxerint Ba || 474 [e]t Ba | sub-
Ba || 479 solvendi Ba || 480 post omnia add. alia A || 481 oportuna B || 482 post et¹
del. exigendi A | et³ om. Bb || 487 contingerit ABb || 490 terris bis Bb | post que del. in
totie Ba

cumque in certis ecclesiis et piis locis aut personis similiter incertis aut absentibus taliter, quod propter eorum absentiam merito de eis memoria haberi non possit ac etiam ea, que alias restitutioni subiacerent, sed in eis vel ad ea personis, quibus illa fieri deberent, repetitio non competit
495 necnon quecumque in testamentis, donationibus, codicillis aut aliis ultimis voluntatibus relicta pro redemptione captivorum etiam si specialibus et privilegiatis ecclesiis relicta fuerint et quintam etiam partem hereditatum decedentium ab intestato clericorum vel laicorum in regnis et dominiis predictis, que ex indulto apostolico aut alia ad redemptionem
500 predictam dedicata provenire deberent necnon omnes et singulas pecunias et res alias, que in prandiis, conviviis aut publicis spectaculis in aliquibus celebritatibus ex voto vel statuto aut consuetudine in regnis predictis et dominiis exponi consueverunt et exponi debebunt, dicta auctoritate applicamus.

505 Et ut expeditio huius modi tanto maiorem fructum reddere possit, quanto in dictis regnis et dominiis, provinciis, insulis, civitatibus, terris et locis omnes dissensiones cessaverint ac pax et concordia vigerit, universos Christi fideles regnorum et dominiorum predictorum incolas et habitatores, dominos, duces et principes, comites et barones ac cuiuscumque alterius preeminentie, dignitatis vel excellentie fuerint, per viscera misericordie eiusdem domini nostri Iesu Christi et per acerbissimam eius passionem, quam immaculatus et innocens agnus, ut nos miseros peccatores ab eterna morte redimeret, dignatus est pati, per iudicium extremum, in quo ante eius tribunal quisque constitutus secundum opera sua mercedem suscipiet et per spem vite eterne, quam
515 repromisit Deus diligentibus se, harum serie enixe monemus atque requirimus eis nihilominus in virtute sancte obedientie districte precipiendo mandantes, ut mutuam inter se caritatem atque pacem et concordiam vel saltem, quo expeditio predicta durabit, treguas, indutias seu belli moram, quas tenore presentium auctoritate omnipotentis Dei ac pro securitate tam sancte et laudabilis expeditionis nos indicimus ac per universa regna et dominia predicta inter incolas et habitatores illorum servari volumus, observent, arma deponant et privatarum iniuriarum et offensionum obliiti Christi redemptoris nostri iniurias, offensiones
520 et opprobria ulciscantur in hostes, qui Christianorum omnium sanguinem sitiunt et evangelicam lectionem delere conantur, arma sumant nec dicta expeditione durante quovis quesito colore directe vel indirecte, palam vel occulte se offendant aut offendentibus prestant consilium, auxilium vel favorem. Nos tamen omnes et singulos, quos arma sumere
530 et indictas per nos omnipotentis Dei auctoritate indutias huius modi violare et nostris mandato, monitioni et requisitioni contravenire contigerit,

493 ac om. A | alia A || 496 post relicta del. pro Ba || 497 post et² del. quartam A | quintam supra scr. A || 499 alias ABb | al[ia] Ba | [re]demptionem Ba || 500 pervenire Ba | [s]ingulas Ba | post pecunias del. omnes A || 501 [publ]icis Ba || 502 aut[vel] ABb || 509 et² om. ABb || 510 fuerit A || 511 viscera[visceraa] corr. Ba | Yhesu Ba || 512 eiusdem A || 514 post constitutus add. quisque A et add. quique B || 515 sua opera Bb || 516 post serie del. aliquid Bb || 517 nichilominus A | nichillominus Bb || 518 post ut del. maturam Ba | mutuam in marg. Ba | charitatem Ba || 519 treguas A || 521 ac²et Ba || 524 defensionum A | nostri redemptoris Bb || 525 opprobria Ba || 528 oculte Ba || 529 vel supra scr. A || 530 [et indictas]s Ba || 531 [mandat]o Ba

excommunicationis sententiam, a qua non nisi a nobis et successoribus nostris Romanis pontificibus canonice intransibus, preterquam in mortis articulo constituti et debita satisfactione premissa absolvi possint, eo ipso incurrere volumus.

535 Insuperque ut idem cardinalis et legatus per se vel alios, quibus vices suas super premissis duxerit committendas, ydoneos verbi Dei predicatorum, clericos, seculares aut cuiusvis ordinis etiam mendicantium aut observantium regulares religiosos timentes Deum et huic negotio fidei
540 affectos omnes et singulos ministros et officiales et in numero, in quo vel ab eo deputatis videbitur assumendi et deputandi ac assumptos amovendi et alios eorum loco, quotiens sibi eisque videbitur, surrogandos omnibusque et eorum cuilibet in virtute sancte obedientie et sub excommunicationis late sententie pena etiam nulla superiorum eorundem
545 pro tempore electorum predicatorum licentia requisita iniungendi, ut huius modi indulgentiarum et facultatis eligendi confessorem ceteraque in presentibus contenta in quibusvis locis regnorum et dominiorum predictorum, dum et quotiens eisdem Thome cardinali et legato et commissariis et nunciis ab eodem cardinali et legato substituendis et deputandis
550 placebit, fideliter publicent, predicent et declarent ac eos ad contribuendum huic sancto operi inducant et exhortentur necnon super male ablatis incertis etiam per usurariam pravitatem quesitis etiam certis, que fenerator ab alio feneratore extorsit et ipse requisitus ab eo, cui usure restitui deberent, eas illi restituere paratus non fuerit vel alicui
555 private ecclesie, in quibus prefata Romana ecclesia de iure communi succedere possit, non tantum bonis et iuribus quomodolibet diete sedi seu camere apostolice debitis, sed etiam bonis, que ad aliquorum manus pervenerunt, ut illa habentes, quibus restitui debeant, ignorent vel dubitent, quamquam male ablata per eos non existant, sed alias illa ad
560 eos pervenerunt et super debitis incertis personis componendi ita, ut absoluta aliqua quantitate pro hac sancta expeditione a reliquorum male ablatorum incertorum vel per usurariam pravitatem extortorum seu que ad eos alias pervenerunt et cui ea restitui debeant, ignorant vel dubitant — ut prefertur — restitutione absoluti existant et ad aliquid
565 ultra restituere minime teneantur nec ad id per locorum ordinarios aut quosvis aut astringi aut compelli possint eis concedendi Simonie labe in ordinationibus vel beneficiis pollutos ad ipsam expeditionem contribuentes a Simonia huius modi et quoscumque, qui ante etatem legitimam ad sacros et presbyteratus ordines absque apostolica dispensatione se
570 promoveri fecerunt et in susceptis ordinibus etiam ministrarunt, a censuris et penis ecclesiasticis, quas propterea incurrerint, absolvendi in foro conscientie dumtaxat et super irregularitate, si qua censuris et

532 excommunica[tionis] Ba || 536 vel]seu A || 537 post duxerit del. concedendas Ba | committendas Ba || 539 Deum timentes B || 542 loco — eorum in marg. A | loco eorum Ba || 543 post -que del. et Ba || 545 predictorum A || 546 elligendi Ba || 548 eidem Ba || 550 predicent supra scr. A || 552 etiam¹]et ABb || 555 post private del. aliquid Bb | communi supra scr. A || 556 tantum del. et loco eius tamen supra scr. Bb | iuribus]veribus A || 557 sed]et Bb | set corr. Ba || 558 pervenerint Bb || 560 ut om. A || 561 soluta Bb || 563 pervenerint Bb | ignorent Bb | [v]el Ba || 564 dubitent Bb || 565 restituere u[ltra.] Ba || 566 post quosvis add. alios cogi ABb | aut astringi om. ABb | au[t astringi] Ba | Simonia A | Symonie Bb || 567 pollutorum Ba || 568 Symonia Bb | legittimam B || 570 a]ac A | a]et Bb || 571 -curerint Ba

penis eisdem ligati missas et alia divina officia non tamen in contemptum
 575 clavium celebrando aut alias illis se immiscendo seu alias quomodolibet
 preterquam ratione homicidii voluntarii et bigamie contraxerint, dis-
 pensandi omnemque inhabilitatis et infamie maculam exinde provenien-
 tem abolendi et ut in susceptis ordinibus ministrare et quesita beneficia
 ecclesiastica, que extunc de novo eis collata censeantur et ut ex eis per-
 ceptos fructus et alia canonicè assequenda retinere valeant, eis similiter
 580 concedendi etiam in foro conscientie dumtaxat et super illis a quibusvis
 aliis etiam ex quavis alia causa male perceptis pari modo — prout supra
 — de male ablatiis incertis vel per usurariam pravitatem quesitis — ut
 premissum est — componendi et quoscumque, qui ex illicita proveniente
 affinitate et consanguinitate ac cognatione carnali vel spirituali simplici
 585 aut multiplici gradu seu alias quomodolibet coniuncti, matrimonium
 invicem scienter vel ignoranter in quovis preterquam in primo et se-
 cundo consanguinitatis et affinitatis transversalis cuiuscumque ascen-
 dentis vel descendens lineæ gradibus contraxerint etiam si illud carnali
 copula consumaverint, si impedimentum ipsum in iudicium deductum
 590 non fuerit vel ex eo scandalum generari non possit, ab excessu huius modi
 et excommunicationis sententia, quam propterea incurrerint, iniuncta
 inde eis pro modo culpe penitentia salutari, que ad opus expeditionis
 huius modi diriguntur et quod de cetero talia non committent nec ea
 committentibus prestant auxilium, consilium vel favorem et aliis, que
 595 de iure fuerint iniungenda, absolvendi et ut in sic contractis matrimoniis
 remanere seu secreta de novo matrimonium contrahere et in illo sic con-
 tracto similiter remanere libere et licite valeant, prolem ex huius modi
 matrimonio susceptam, si qua sit et suscipiendam legitimam percipiendi
 etiam dispensandi similiter in foro conscientie dumtaxat, volentibus
 600 quoque quascumque alias indulgentias per nos — ut prefertur — sus-
 pensas predicare et publicare etiam si indulgentie pro fabrica basilice
 principis apostolorum de urbe aut illis quomodolibet uti, illas ne publi-
 cent et predicent aut eis utantur, dicta suspensione durante sub penis,
 sententiis et censuris ecclesiasticis inhibendi et ad id etiam alias com-
 605 pellendi et etiam ipsos, si inhibitioni huius modi non paruerint, quam
 generaliter contradictores quoslibet et rebelles ac etiam ab eis pro tem-
 pore surrogatos commissarios ad veram per eos de receptis rationem
 reddendi et debitam satisfactionem impendendi ac executores testa-
 mentorum et testatorum heredes tabellionesque exinde rogatos ac alias
 610 personas quascumque, penes quas testamenta et codicilli aut alie ad id
 pertinentes scripture existant ad illa exhibenda coram eis per censuram
 ecclesiasticam et alia iuris opportuna remedia invocato etiam ad hoc,
 si opus fuerit, auxilio brachii secularis compescendi et generaliter omnia

575 homicidii Ba || 583 post est del. aliquid A | post componendi del. et Ba || 588
 carnali bis A || 590 scandallum Bb || 592 post opus del. exigitiois huius modi A ||
 593 dirigantur Abb | committant Bb || 595 iniungendi Ba | s[ic c]ontractis Ba || 596
 seu in marg. Ba | matrimon[ium] contrahere Ba || 597 manere A | [va]leant Ba || 598
 si — sit in marg. Ba | legitimam B | percipiendi]decernendi B || 599 etiam]et Ba ||
 600 alias om. Ba || 601 post et del. predicare Bb | fabilice A | post basilice del. apostolum
 Bb || 602 apostolorum principis Bb | ut Abb | post publicent del. aut A || 604 et¹ om.
 A | post censuris add. et penis A | post etiam del. ad illos A | alias]at illos A || 605 ipsos
 om. Ba | post non del. aliquid A | post paruerint add. ipsos Ba || 607 sub- Ba || 608 impen-
 dend]faciendi Abb || 613 si — fuerit in marg. Ba | et om. Bb

et singula in premissis et circa ea necessaria seu quomodolibet opportuna
615 faciendi, exequendi, gerendi et exercendi plenam, liberam et omnimodam dicta auctoritate tenore presentium concedimus facultatem.

Habituri ratas et gratas censuras et penas, quas prefatus Thomas cardinalis et legatus et ab eo substituti commissarii et ab eo pro tempore
620 deputati rite statuerint in rebelles et facturi illas auctore Domino usque ad satisfactionem condignam inviolabiliter observari et generaliter quicquid per ipsos commissarios et deputatos ab eo in premissis fuerit quomodolibet ordinatum statuentes, ordinantes et decernentes insuper, quod prefatus Thomas cardinalis et legatus et commissarii predicti et eorum surrogati et bona eorum durante officio non possint coram alio,
625 quam prefatis episcopis respective in omnibus et singulis eorum negotiis et causis tam civilibus quam criminalibus conveniri et ad iudicium evocari, quos ab omni iurisdictione ordinaria dicta durante legatione et postea — ut prefertur — prorsus et omnino eximimus et totaliter liberamus ita, quod ordinarii vicarii et officiales eorum etiam ratione domicilii delicti seu contractus aut rei, de qua ageretur, ubicumque domicilium
630 habuerint, committatur delictum, iniatur contractus aut res ipsa consistat, in eos ac fautores, servitores aut bona eorum iurisdictionem, superioritatem, dominium et potestatem exercere aut in eos excommunicationis, suspensionis vel interdicti aut quasvis alias ecclesiasticas sententias, censuras et penas promulgare non possint; decernentes omnes et
635 singulos processus, sententias, censuras et penas, quos et quas per ordinarios vicarios et officiales predictos contra eos eorumque servitores huius modi haberi et promulgari necnon quicquid super hys quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptari contigerit nulla, irrita, inania nulliusque existere roboris vel momenti.

Et ut premissum expeditionis opus debitum et votivum sortiatur effectum, omnibus et singulis cuiuscumque status, gradus, ordinis vel
640 condicionis existant, districte precipiendo sub excommunicationis late sententie et maledictionis eterne pena, a qua non nisi — ut premititur — absolvi possint, mandamus, ne expeditionem huius modi quoquomodo palam, publice vel occulte, directe vel indirecte perturbare seu aliis illam perturbantibus vel perturbare volentibus consilium, auxilium vel
645 favorem prestare ac in premissis et obventionibus colligendis vel aliqua etiam minima parte eorum fraudem vel dolum committere et ex obventionibus ac pecuniis predictis, quas in opus expeditionis huius modi et non in alios usus sub excommunicationis late sententie pena converti debere decernimus, quicquam usurpare etiam si eis sponte daretur vel offerretur neve proponentes huic expeditioni subvenire vel alias quomodolibet ad hoc sanctum expeditionis opus aliqua auxilia prestare ab
650 huius modi eorum proposito in toto vel in parte, directe vel indirecte retrahere quoquomodo presumant; reservatis tamen eisdem thesaurariis vel aliis officialibus ad colligendas obventiones et pecunias huius modi

614 oportuna ABb || 618 commissariis A || 619 *post in del. bello* A || 621 quomodolibet fuerit Ba || 622 statuentes, ordinantes *om. Bb* || 624 sub- Ba || 627 dicta *om. Ba* || 631 comittatur Ba || 632 superior[itatem] Ba || 634 -d[icti au]t Ba || 635 poss[in]t Ba || 636 quo[s et] Ba || 639 attentari Ba | *post irita add. et A* || 644 pena [pene *corr. Ba*] || 651 in *om. ABb* | alios]alias A || 652 usurpare]usurpari *corr. Ba* || 653 subvenire huic expeditioni Ba

deputatis pro tempore salariis et portionibus elemosinarum competen-
tibus et honestis pro se ipsis et predicantibus aut publicantibus presentes
660 litteras et alias circa incrementum proventuum huius modi iuxta prefati
Thome cardinalis et legati ordinationem se quomodolibet exercentibus,
que licite recipere et libere solvi possint.

Et quia contingere poterit, quod plerique dictum bellum sequentes
infirmabuntur et ipsi fidelium subsidiis pro eorum curandis infirmitatibus
665 egebunt, indigebunt, volumus, quod omnes utriusque sexus Christi fide-
les, qui denarios viginti argenteos de dicta moneta pro dictis infirmis
curandis ac etiam edificandis ecclesiis in locis, que per ipsos militantes
ab ipsorum infidelium manibus capientur et ornamentis ecclesiasticis
pro divinis inibi celebrandis officiis pie erogarint ac omnes et singuli
670 defuncti sive viventes, pro quibus singulis viginti denarii dicte monete
pro dictis infirmis curandis seu edificandis ecclesiis prefatis pie erogati
fuerint in omnibus suffragiis, precibus, elemosinis, ieiuniis, orationibus,
disciplinis et ceteris omnibus spiritualibus bonis, que fient et fieri pote-
runt, in tota universali sacrosancta militanti ecclesia et in omnibus mem-
675bris eiusdem participes in perpetuum fiant.

Ac demum, ut etiam illorum fidelium animarum salus, qui aliorum
egent suffragiis et sibi proferere nequeunt, procuraretur de divina miseri-
cordia et apostolice potestatis plenitudine animabus in purgatorio existi-
tentibus, que per caritatem ab hac luce Christo unite decesserunt et que
680 dum viverent, ut sibi indulgentia huius modi suffragaretur, meruerint
et pro quarum singulis florenis auri aut iuxta condicionem cuiusque et
subdelegatorum huius modi discretionem pro expeditionis eiusdem sub-
ventionem per quoscumque in regnis et dominiis predictis erogari contige-
rit, quod plenaria indulgentia huius modi pro plenissima relaxatione
685 penarum, quibus in purgatorio igni secundum divinam iustitiam sunt
exposite, suffragetur, concedimus per presentes.

Et si forsitan super premissorum executione et presentium litterarum
concessione ac illarum clausulis et verbis aliqua dubia quomodolibet
exorirentur, prefati Thome cardinalis et legati ac ab eo substitutorum in
690 dictis regnis pro tempore existentium declarationi et interpretationi
totiens, quotiens opus fuerit, stare debere decernimus non obstante, si
in eisdem ecclesiis sive locis aut in eorum aliquo primam non fecerunt
residentiam consuetam, quo ad beneficia in dictis regnis consistentia,
dumtaxat et aliis premissis necnon felicis recordationis Innocentii quarti
695 contra exemptos, que incipit: volentes et per quam concessionem huius
modi de fructibus in absentia percipiendis sive predefinitione temporis
fieri prohibentur necnon, quibus cavetur, ne quis extra suam civitatem
et diocesim, nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam
a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices a sede deputati

658 deputatis om. A || 659 aut]et A || 660 circa del. et. loco eius add. iuxta Bb | post incre-
mentum add. et A || 662 que licite supra scr. A || 665 egebunt om. ABb || 666 dictis supra
scr. A || 669 ac in marg. Ba || 670 denarios ABb || 671 erogata ABb || 675 fia[nt] Ba || 677
[suffr]agiis Ba | nequeant ABb | [mi]sericordia Ba || 678 [p]ote[st]atis Ba || 679 charita-
[tem] Ba | post Christo del. uniter A | unite supra scr. A | decesserint Bb || 681 florenum
B || 683 erogare Bb || 685 in purgatorii igne A || 687 si supra scr. Ba || 691 obstantibus
Bb || 692 aliquo om. Bb || 694 IIII A || 696 percipiendis om. Ba et del. Bb || 697 prohiben-
tur]prohibeatur corr. Ba | prohiberetur Bb || 698 ante nisi del. in quibus deputati Bb || 699
seu]sive A

700 predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere aut alii vel aliis vices suas committere presumant, Bonifacii octavi Romanorum pontificum predecessorum nostrorum necnon etiam de duabus dietis in concilio generali editis ac de personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aliisque apostolicis
705 ac in provincialibus et sinodalibus conciliis editis, generalibus vel specialibus constitutionibus et ordinationibus, statutis quoque et consuetudinibus ecclesiarum, in quibus beneficia huius modi forsitan fuerint, iuramento, confirmatione apostolica vel quavis firmitate alia roboratis etiam si de illis observandis et non impetrandis litteris apostolicis contra ea
710 et litteras ipsis etiam ab alio vel aliis impetratis seu alias quovis modo concessis non utendo dicte persone beneficiate ipsa expeditione durante non residentes per se vel procuratores suos prestiterint hactenus vel imposterum prestare contigerit forsitan iuramentum seu si prefatis locorum ordinariis vel quibusvis aliis communiter vel divisim ab eadem sede
715 sit concessum vel imposterum concedi contingat, quod personas ecclesiarum predictarum etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis constitutas per subtractionem proventuum beneficiorum suorum ecclesiasticorum aut alias compellere valeant ad residendum personaliter in eisdem aut si prefatis ordinariis et dilectis filiis ecclesiarum predictarum, capitulis vel quibusvis aliis communiter vel divisim a dicta sede sit indultum vel medio tempore indulgeri contingat, quod personis ecclesiarum predictarum etiam in dignitatibus, personatibus, administrationibus vel officiis constitutis non residentibus in eisdem etiam si primam non fecerint residentiam personalem consuetam,
725 fructus, redditus et proventus suorum beneficiorum ecclesiasticorum in absentia sua ministrare minime teneantur et ad id compelli aut quod ipsi vel alii predicti interdicti, suspendi vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huius modi mentionem et quibuslibet aliis privilegiis indulgentiis et litteris apostolicis generalibus vel specialibus, quorumcumque tenorum existant et per quascumque etiam motus proprii et certe scientie ac derogatariorum derogatorias et alias fortiores et insolitas clausulas in se contineant necnon quibusvis similium vel dissimilium aut aliarum quarumcumque indulgentiarum specialibus vel generalibus suspensionibus et revocationibus per nos aut ordinarios nostros
730 etiam quacumque causa vel ratione etiam si pro quacumque expeditione contra Turcos et Tartaros et instauratione sive fabrica basilice dicte principis apostolorum et Sancti Spiritus in Saxia de urbe factis et faciendis, quibus omnibus illorum omnium ac derogatariorum et in eis in-

702 *post* Bonifacii *add.* pape Bb | VIII ABb || 703 consilio A || 704 *ante* ultra *del.* aliquid Bb || 705 in synodalibus Bb || 709 servandis A | non]nom *corr.* Ba || 710 et — ipsis *om.* B || 711 concessi[s n]on Ba || 712 reside[ntes — se] Ba || 713 [c]ontingerit Ba | forsitan *om.* A | [iura]mentum Ba || 714 [vel¹] Ba | comuniter Ba | sit sede ABb || 716 *post* administrationibus *del.* constit Ba || 717 suorum beneficiorum B || 720 communiter — divisim *in marg.* Ba *et om.* Bb || 721 a dicta]ab eadem A | sit sede indultum Bb | tempore *supra scr.* Ba || 724 personalem residentiam B || 727 interdicti A || 730 *post* generalibus *del.* et quibuslibet Ba || 732 derogatariorum Ba || 733 quasvis Ba || 736 etiam *om.* A || 737 Turcos A | Turchas Ba | dicte *om.* A || 738 et¹]ac A || 739 derogatariorum Ba | incertarum A

740 sertarum clausularum tenores ac si de verbo ad verbum de illis mentio fieri deberet et in illis caveretur expresse, quod per quascumque clausulas etiam derogatorias eis non intelligeretur derogatum pro expressis et insertis habentes, quo ad premissa hac vice dumtaxat specialiter et expresse derogamus ceterisque contrariis quibuscumque.

745 Rursus quod difficile foret, presentes litteras ad singula queque loca, in quibus expediens fuerit, illas deferre volumus et dicta apostolica auctoritate decernimus, quod illarum transumptis manu alicuius notarii publici inde rogati subscriptis et sigillo alicuius ex commissariis vel ab eis substitutis predictis aut alicuius curie ecclesiastice seu prelati aut
750 persone in dignitate ecclesiastica constitute munitis ea prorsus fides in omnibus et per omnia adhibeatur, que presentibus adhiberetur, si essent exhibite vel ostense; proviso, quod propter concessionem percipiendi fructus in absentia beneficia huius modi debitis non fraudentur obsequiis et animarum cura in eis, si qua illis immineat, nullatenus negligatur,
755 sed per bonos et sufficientes vicarios, quibus de ipsorum beneficiorum proventibus necessaria congrue ministrentur, diligenter exerceatur et deserviat inibi laudabiliter in divinis et ut debita cum integritate procedant; etiam volumus, quod notarii ad scribendas et subscribendas litteras testimoniales, que tradentur omnibus euntibus et mittentibus in
760 huius modi expeditionem ac alias consequentes indulgentias et facultatem eligendi confessorem huius modi et quascumque scripturas circa premissa necessarias probi et fideles ac ecclesie predictos commissarios seu alterum eorum vel surrogatos ab eis deputentur ipseque littere sigillo huius sancte expeditionis, quod apud ipsos dumtaxat fideliter conservetur, possint ac debeant sigillare et sine subscriptione et sigillo huius
765 modi tradite nullius sint roboris vel momenti et aliter tradentes aut tradi facientes et consentientes excommunicationis late sententie penam, a qua non nisi — ut prefertur — absolvi possint eo ipso incurrant quodque ad bellum huius modi proficiscentes in eorum vestibus vivifice crucis,
770 pro qua pugnaturi sunt, signum imponant, ut ab aliis cognoscantur et comperiantur.

Volumus autem quod post finitum tempus legationis huius modi prefatus Thomas cardinalis et legatus et ab eo deputati facultatibus predictis uti non valeant, sed ipsi, quibus per dictum Thomam cardinalem et legatum vel eos concessa fuerint, illis iuxta dictam concessionem dumtaxat uti possint.

775 Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre suspensionis indulti impositionis, constitutionis, deputationis, applicationis, monitionis, requisitionis, precepti, statuti, ordinationis, exemptionis, liberationis, mandati, concessionis, derogationis, decreti et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire, si quis autem hoc attemptare pre-

741 [clausula]s Ba || 742 intelliger[etur de]rogatum Ba | [expr]essis Ba || 743 duntaxat hac vice Bb || 745 quod]quia ABb || 746 apostolica om. A || 756 exerceatur]exerceantur corr. Ba || 757 procedatur B || 760 consequentibus Bb || 762 post fideles del. sint Ba | ac supra scr. Ba | post ecclesie del. ac per Ba | predictos manu correctoris A || 763 sub- Ba || 765 ac]et A || 767 pena Bb || 769 post modi del. profifi A | vivif[ice — pro] Ba || 770 post et del. de Bb | [et comperi]antur Ba || 771 comperiantur]discernentur A et discernantur Bb || 772 huius modi om. Bb | [huius modi pre]fatis Ba || 773 cardinalis et om. B || 774 Thomam — et om. B || 781 contravenire Ba | attentare Bb

sumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursum.

⁷⁸⁵ Datum Rome apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominice millesimo quingentesimo tertio decimo tertio Nonas Septembris pontificatus nostri anno primo.

post 1513 Septembris 3

7

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatus a latere omnia peccata cuiusdam, qui loco alterius ad bellum contra Turcas mittitur, remittit.

In charta 19,5×29 cm impressa.

Sign. Bibliotheca Publica Monacensis: Codex Latinus no 14239.

Ann. Textum hic publicatum ex formulari charta indulgenti typis expressa sumpsimus.

Quodam autem tempore impressae sint chartae formularae, quarum una est nostrum exemplar, nescimus. Attamen textus earundem chartarum multis locis concinnit cum bulla, quam Leo X papa contra Turcas die 3 Septembris anno 1513 concedit, igitur credi potest chartam formularem nostram pro expeditione cruciata anno 1513 publicata emissam esse. Hanc chartam indulgenti formularem in tegumento posteriore codicis Latini supra citati invenit Gedeon Borsa, a quo eiusdem chartae copiam photographi-
cam — multas gratias illi hic quoque agendo — accepimus.

Comm. *Magyar Könyvszemle* 93 (1977) 213 — 222.

Thomas miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus sacrosanctę Romanę ecclesię presbiter cardinalis Strigoniensis, patriarcha Constantinopolitanus ad Hungarię, Bohemię, Polonię, Dacie, Norvegię et Svecię regna necnon Prussiam, Russiam, Livoniam, Lithvaniam, Valachiam, Slesiam, Moraviam, Lusatiam, Transilvaniam, Sclavoniam, Dalmatiam, Croatiam et Moscoviam omnesque et singulas regnorum et provinciarum predictorum civitates, insulas, terras atque loca illis subiecta et alia eis adiacentia apostolicę sedis legatus de latere <tali de tali> salutem in Domino sempiternam!

- ¹⁰ Tibi, qui ad bellum contra Turcas loco seu vice <talis de tali> accedere et per tempus a nobis prescriptum et ordinatum in illo permanere intendis, de omnipotentis Dei misericordia ac beatorum Petri et Pauli apostolorum necnon beatissimi papae Leonis decimi auctoritate nobis in hac parte tradita plenariam omnium peccatorum tuorum ac cum Deo altissimo reconciliationem, indulgentiam et remissionem, qualis per Romanos pontifices in subsidium Terrae Sanctae aut aliorum locorum ab infidelibus occupatorum recuperationem proficiscentibus dari consuevit et qualis in anno iubilei concessa extitit, postquam in bello praedicto tempore statuto — ut praefertur — cum effectu permanseris, concedimus
¹⁵ pariter et indulgemus. Et ab omnibus peccatis tuis absolvimus et liberamus et a Domino absolutum et liberatum esse denuntiamus.

Et si forsan designato sic tempore — ut praemittitur — et non exacto, postquam iter pro sancti operis prosecutione arripueris, in itinere te ex hac luce migrare contingat, animam tuam sanctorum angelorum
²⁵ consortio in coelestibus aeterna foelicitate mansuram perpetuo eadem

7: In capite textus: Forma indulgentiae plenariae pro ipso bellatore misso || 10—28
cf. in anteriore bulla 142—166 versus

auctoritate decernimus aggregandam, a Domino aggregandam esse similiter denuntiamus. Eandemque plenariam indulgentiam peccatorum tuorum et remissionem tibi in Domino elargimur.

³⁰ Tibi nihilominus concedentes, ut morte tua interim superveniente etiam si sine confessione ab hac luce te migrare contigerit, dummodo aliqua signa contritionis in te adhuc vivente apparuerint, cadaver tuum in ecclesiis seu cimiteriis etiam stante ecclesiastico interdicto absque tamen solita pompa licite et libere sepeliri possit et valeat.

³⁵ Necnon ut donec in bello predicto permanseris, quibusvis sacerdotibus peccata tua confiteri aliaque ecclesiastica sacramenta et eucaristiam etiam in festo resurrectionis Dominicae a quovis sacerdote licite recipere nec ad observantiam quorumcunque ieiuniorum et officiorum recitationem, ad quam ex voto, professione aut ecclesiae praecepto forsitan tenereris, si commode illa observare non poteris, minime obligatus existas, quinimmo ut in diebus Dominicis et aliis festivitatibus quibuscunque artificio tuo in utilitatem tamen belli et non aliter vacare impune possis et valeas, similiter eadem auctoritate tenore praesentium concedimus pariter et indulgemus.

⁴⁵ Et pro praemissorum executione omnibus et singulis sacerdotibus legationi nostrae subiectis in virtute sanctae obedientiae districtae precipiendo mandamus. Caeteros autem hortamur, quatenus cum a te requisiti et eisdem praesentes nostrae litterae exhibitae fuerint, tibi plenariam omnium peccatorum tuorum remissionem et absolutionem iuxta praemissa et secundum infrascriptam formam auctoritate apostolica tradant et impendant.

In quorum fidem praesentes fieri fecimus et per secretarium nostrum ad haec deputatum subscribi et denique sigilli sanctae cruciatae impressione communiri mandavimus.

⁵⁵ Datum <tali loco talis diocesis> anno Domini millesimo quingentesimo decimo <quarto>, die vero <tali talis> mensis pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini <Leonis> divina providentia papae <decimi> anno <tali>.

⁶⁰ Misereatur tui etc. Et post verba communis absolutionis dicat sacerdos iterum: „Apostolica auctoritate mihi in hac parte commissa absolvo te ab omnibus peccatis, delictis et excessibus quantumcunque enormibus haecenus per te commissis ac a censuris quomodolibet incurtis etiam sedi apostolicae reservatis, in quantum mihi facultas conceditur. Et iterum remitto tibi per plenariam indulgentiam omnem poenam pro praemissis tibi debitam ac restituo te illi innocentiae et puritati, quam in baptismo ⁶⁵ accepisti ita, quod decedenti tibi ab hoc seculo clausae sint portae poenarum et apertae ianuae deliciarum paradisi in nomine Patris + et Filii + et Spiritus Sancti + amen.

Leo X papa Vladislao II regi Hungariae scribit se ex informationibus regis intellexisse, quem apparatus Turcarum regno Hungariae minaretur; quare papa promittit, ut ad bellum adversus Turcas indicendum tributum discordibus principibus Christianis reconciliatis impositurus sit et exemplis Iohannis Capistrani et Iohannis de Hunyad etc. propositis certum facit Vladislauum regem a se Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem iter capientem esse legatum, ut periculo regni obviam iretur.

Ed. *Raynaldus, Annales XX*, p. 148. — *Pray, Annales IV*, p. 346. — *Katona, Historia XVIII*, p. 690.
Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4370 (ex Bibliotheca Apostolica Vaticana: Cod. Lat. 3364).

Leo X papa visitantibus capellam beatae Mariae virginis ad latus ecclesiae Strigoniensis a Thoma Bakócz cardinalis et a latere legatus fundatam ac pro fabrica eiusdem capellae manus adiutrices porrigentibus indulgentias concedit, quae durante indulgentia pro cruciata concessa ad tempus etiam tantum nomine Thomae ipsius legati suspendi possunt.

Ed. *Vetera monumenta II*, no 804 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra Vaticana, lib. 999 fol. 130 v).
Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4193 (ex eodem archivo).

Leo X papa visitantibus capellam monasterii beatae Mariae virginis oppidi Budae Veteris ordinis fratrum minorum sancti Francisci de observantia, erga quam Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere singularem affectum gerit, indulgentias concedit, quae durante indulgentia pro cruciata concessa ad tempus etiam tantum nomine Thomae legati suspendi possunt.

Ed. *Vetera monumenta II*, no 808 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra Vaticana, lib. 1012 fol. 145).
Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4477 (de eodem archivo).

Leo X papa Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem ad Hungariam, Poloniam et Bohemiam legatum a latere, quia Turcae — uti accepit — Hungariae, Tartari autem Poloniae regnorum fines diripere, igni ferroque vastare contentur, legat, ut Bohemiam et Moraviam haereticorum regna ad unitatem ecclesiae reducat, quo illique vexillis in Turcas et Tartaros erectis ceteris Christi fidelibus succurrant.

Ed. *Vetera monumenta II*, no 806 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra Vaticana, lib. 1006 fol. 56 v et lib. 1007 fol. 134). — *Raynaldus, Annales XX*, p. 149 (partim, ex eodem archivo).
Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4545 (ex eodem archivo).

Leo X papa Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi et ad Hungariae ac Bohemiae regna legato a latere mandat, ut Bohemos ex haeresi ad unitatem ecclesiae reducere conetur; Bohemi secundum quartum articulorum, qui condiciones, quomodo illi in ecclesiam redire possint, habent, de possessionibus ecclesiae ad annum exercitum decem milium vel quinque milium armatorum in Turcas expedire tenentur.

Ed. *Vetera monumenta* II, no 807 (ex Archivo Secreto Vaticano: Registra Vaticana, lib. 1007 fol. 137).

Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 4597 (ex eodem archivo).

Leo X papa Basilium Moscoviae ducem hortatur, ut is Sigismundo Poloniae regi reconcilietur et concors omnes vires armaque contra Turcas religionis Christianae hostes convertat. Et papa certum facit eundem ducem se mandasse Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi legatoque a latere ad Germaniam, Hungariam, Poloniam regna et ducatum Moscoviae aliasque his proximis provincias deputato insigni viro, ut pro principibus pace conciliandis Christianis cum duce ageret et scribere ad regem Poloniae, ut is ad pacem inter se faciendam clemens et tractabilis facturus sit.

Ed. *Acta Tomiciana* II, no 380 (ex codicibus Opaleniano et Gorsciano). — *Documente* II/3, no 118.

Leo X papa Alberto magistro ordinis beatae Mariae virginis Teutonicorum in Prussia periculis, quae Turci atque etiam Moscovitae regnis Hungariae et Poloniae minantur, auditis significat a se Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem principes discordes reconciliandi ac concordis adversus Turcas incitandi gratia legatum esse et rogat eundem magistrum, ut erga regem Poloniae Sigismundum clemens et tractabilis facturus sit.

Ed. *Acta Tomiciana* II, no 378 (ex codicibus Opaleniano et Gorsciano).

Leo X papa Sigismundum Poloniae regem certum facit se ad Basilium Moscoviae ducem scripsisse, ut ille discors regi Sigismundo reconciliaretur et mandasse Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi legatoque a latere, ut is principes Christianos pace adversus Turcas coniungeret. Simul papa rogat eundem regem, ut bono animo mitique vultu concordaturos Basilium ducem Moscoviae et Albertum ordinis beatae Mariae virginis Teutonicorum in Prussia magistrum accipiat.

Ed. *Acta Tomiciana* II, no 379 (ex codicibus Opaleniano et Gorsciano).

Leo X papa ad Vladislaum II Hungariae regem scribit se Maximilianum I imperatorem Romanorum, Ferdinandum Hispaniarum regem et Henricum regem Britanniae, qui cum aliis Christianis principibus bellum gerunt, hortatum esse, ut propter periculum Turcarum pacem inter se facerent ac rogat regem, cuius interest, Vladislaum, ut discordibus principibus eandem sententiam scribat et ad ipsos nuntios suos pro pace constituenda mittat.

Ed. Pray, *Annales* IV, p. 349.

Reg. Hergenroether, *Leonis X regesta*, no 5984.

circa 1514 Ianuarii 10

17

Blasius Dézsi vicarius ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria cuidam custodi eiusdem ordinis, ut indulgentias bullae Leonis X papae publicandas et exsequendas curet, committit.

In libro ex charta 14,5 × 10 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari eiusdem ordinis scripta.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi no 432 fol. 119.

Ed. *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 236 (partim).

Comm. *Bartoniék, Codices Latini*, no 432. — *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 213.

Ann. Litteras istas, si ad expeditionem cruciatam anni 1514 attineant, circa diem 10 Ianuarii anno 1514, qua Leo X papa similem facultatem concedit eidem ordini. (v. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 6223), datas esse credimus [v. *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 236.]

In Christo sibi carissimo venerandoque p(atri) f(ratri) N de N ordinis minorum observancium c(ustodi) c(ustodie) talis etc. frater Blasius de tali eiusdem ordinis pro(vincie) Ungarie vicarius immeritus salutem {et} et <pacem> in D(omino) p(erpetuam)!

⁵ Pateat per hoc scriptum, quomodo sanctus dominus noster Leo papa X volens pastoralis ex officio occurrere periculo a Turcis Christi nominis inimicis huic regno Hungarie imminente indulgentias felices recordacionis Iulii secundi ad salutem animarum et basilice principis apostolorum restauracionem concessas innovavit ac nos super exequucionem indulgentiarum et facultatum huius modi per litteras sub forma brevis datas ¹⁰ quoad dictam Hungarie provinciam suos commissarios constituit fructusque a Christi fidelibus exinde proveniendos in subsidium huius regni converti anuit, si saltem serenissimus rex noster pacem non inierit cum infidelibus.

¹⁵ Et quoniam iustum et rationabile est, immo ipsa quoque consciencia ex tenore professionis et regule nostre dictat omni cum sollicitudine et cura nos intendere mandatis apostolicis, mitto propterea tue p(aternitati) copias bulle commissionis, instruccionis et aliorum negotium

17: *In primordio eiusdem temporis manu: vicarius scribit c(ustodi) || 4 pacem v. fol. 121r || 8 2ⁱ = secundi || 16 post nostre del. etc. ut supra*

20 istius indulgenciarum tangencium cum diversis facultatibus spiritualis subsidii commutandi in temporalem contribucionem ad defensionem predicti regni nostri convertendam.

Ut autem tua p(aternitas) ad exequucionem bullarum huius modi suo officio et industria cooperetur, tenore presentium iuxta intencionem et commissionem prefati sanctissimi domini nostri eiusque auctoritate 25 apostolica ipsi tue p(aternitati) meas pro toto sue c(ustodie) ambitu committo vices ad exequendas dictas indulgencias iterum denuo publicandas, ecclesias deputandas, <confessionalia facienda, absolvenda, dispensanda, commutanda, componenda ac remittenda, relaxanda, declaranda ceteraque omnia facienda et exequenda — prout et sicut in 30 dictis litteris apostolicis continetur> et mihi committere posse conceditur — cum facultate subdelegandi et deputandi omnes patres g(uardianos) eiusdem c(ustodie) necnon et patres ac confratres, quos eadem ad id indicaverit idoneos.

Rogans et obsecrans tuam p(aternitatem), ut in commissione huius 35 modi tota animi diligencia et sedulitate superintendat, quatenus et ista gracia ad omnium Christi fidelium noticiam cicius deveniat et ordo seu forma bullarum ac instruccionum superinde confectarum vobisque missarum tam a te quam deputandis a te observetur, ne error aut negligencia alicui sit laqueum dampnacionis, ipse autem — quoad pos- 40 sum — auctoritate apostolice commissionis tue p(aternitati) et ab ea deputandis, quos exnunc deputo et tanquam per me <subdelegatos ad effectum huius modi auctoritate apostolica haberi et teneri decerno obediencie salutaris mandatum tribuo et meritum confero>. Valet etc.

inter 1514 Martii 23 et Decembris 28

18

Hieronimi de Hradessin supremi notarii Bohemiae minoris tabulae annotationes ad dies fastorum, quae ad insurrectionem rusticorum attinere videntur.

Annotationes eiusdem temporis in opere Iohannis Stoeffler et Iacobi Pflaum Almanach nova in annos 1499 — 1531 inscripto et in Ulm anno 1499 impresso scriptae.
Sign. Bibliotheca Academiae Scientiarum Hungaricae: Bibliotheca Georgii Ráth, no 1501.

MARTII 23 Hac die reverendissimus dominus Thomas tituli sancti Martini in Montibus presbiter cardinalis archiepiscopus Strygoniensis patriarcha Constantinopolitanus primas Hungarie ad Hungarie, Boemie et Polonie etc. regna legatus a latere Budam venit cum magno triumpho, 5 cui principes omnes spirituales et seculares regni Hungarie cum magna solemnitate occurrerunt similiter et rex Ludovicus cum processionibus. IUNII 14 Hac die dux Bartholomeus discessit a Praga ad maiestatemque regiam Budam profectus est cum magno favore Pragensium et omnium civitatum.

10 IULII 29 Hac die domini Pragenses et alie civitates expederunt maiestati regie domino suo certum numerum peditum cum omnibus

27 post deputandas add. etc. ut supra per totum usque ibi inde usque ad continetur v. fol. 118 || 39 laqueum incerta lectio || 41 post me add. etc. ut supra in forma immediate precedenti inde usque ad confero v. fol. 118 v.

18: 7 Praga]Pragam corr.

rebus bellicis Hungariamque miserunt contra rusticos et cruciferos perfidissimos, qui in regno Hungarie insurrexerunt magnasque copias collegerunt regnumque Hungarie vastaverunt et multa perperam egerunt.

¹⁵ Hac die recessi a Praga cum domino Libak Hungariam et ipsum Libak apud Brodam Theutunicalem reliqui.

IULII 30 Hac die dominum Boczkonem Czaslawie inveni.

Hac die princeps apud Czaslaviam castra posuit.

AUGUSTI 1 Hac die hora prima noctis apud Vilemow in exercitu ducis

²⁰ Bartholomei magnus ventus cum ingenti pluvia fuit principisque tentorium maius et aliorum pervertit.

AUGUSTI 4 Hac die hora quinta noctis ex exercitu ducis Bartholomei ex Minsterbergk apud civitatem Brodam Theutunicalem discessi Budamque ad maiestatem regiam in legacione concessi divertique illuc in

Aug. 9 vigillia Laurentii eodemque die {m} munus legacionis maiestati regie perfeci cum magno favore maiestatis sue.

SEPTEMBRIS 9 Hac die discessi ex Buda febritans.

SEPTEMBRIS 26 Hac die redii Pragam ex Buda a maiestate regia.

OCTOBRIS 10 Feria III^a post <festum> Dionisii misi litteras ad exercitum Hungariam et Budam per tabellarium dominum de Luna civitate.

³⁰ DECEMBRIS 28 Hac die nobilis vir dominus Hieronymus de Hradessin diem suum obiit in nova domo hora 23. Requiescat in pace!

1514 Aprilis 3 — Buda

19

Simon episcopus Modrusiensis litteras Leonis X papae die 3 Septembris anno 1513 editas per notarium publicum in formam publicam redigendas curat.

A in libello 28 foliorum 23 × 32 cm mancorum aquaque maculatorum, quorum bina scilicet primum et postremum ex membrana aliaque folia ex charta confecta inque primo et ultimo foliis non scriptae sunt litterae (v. in tabula exemplarium no 33).

Sigillum Simonis episcopi Modrusiensis ex cannabis filis libello eidem insertis pendet rubrae cerae in bracteata capsula rotunda impositae impressum (v. in tabula sigillorum no 9).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82390 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 195 et D no 16).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1017.

B in libello 28 foliorum, quorum bina scilicet primum et postremum ex membrana aliaque folia ex charta confecta inque primo et ultimo foliis non scriptae et sigillo pendenti consignatae esse videntur litterae, uti copia photographica monstrat.

Sign. Archivum Croatiae: Archivum capituli ecclesiae Zagradiensis privatum, Acta Antiqua, f. 88 no 51.

A

B

In nomine Sancte et Individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti. Amen.

Universis et singulis presentes transumpti litteras seu presens publicum instrumenti transumptum inspecturis, lecturis seu legi audituris Simon

⁵ Dei et apostolice sedis gratia episcopus Modrusiensis iudex et executor

31—32 *alia manu*

19: 3 sive **B** | 4 instrumentum **B** | transumptum *om.* **B** | Symon **B** || 5 Modrusiensis **A**

ad infrascripta specialiter requisitus salutem in Domino et presentibus fidem indubiam adhibere!

Litteras apostolicas sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi in forma quinterni pergamenei expeditas cum filis sericeis rubei croceique colorum more Romane curie sub impendenti bullatas sanas siquidem et integras non vitiatas non cancellatas nec in aliqua sui parte suspectas, sed omni prorsus vitio et suspicionis nota — ut in eis prima facie apparebat — carentes nobis pro parte reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis Strigoniensis, patriarche Constantinopolitani ad Hungarie, Bohemie, Polonie, Dacie, Norvegie et Svetie regna necnon Prussiam, Russiam, Livoniam, Lithvaniam, Walachiam, Slesiam, Lusatiam, Moraviam, Transilvaniam, Slavoniam, Croatiam, Dalmatiam et

25 noveritis nos cum ea — qua decuit — reverentia [recepisse tenoris] subsequentis:

Sequuntur litterae Leonis X papae die 3 Septembris anno 1513 datae (v. no 6).

Quibus quidem litteris — sicut premittitur — nobis presentatis et diligenter inspectis ad requisitionem prelibati reverendissimi domini domini Thome cardinalis et legati per notarium publicum infrascriptum ipsas cum originali suo auscultatas exemplari mandavimus et transumi ac in hanc publicam transumpti formam redigi decernentes et volentes, ut huic presenti transunto publico sive exemplo fides deinceps adhibeatur ubilibet in locis omnibus et singulis — quibus fuerit oportunum — ipsumque transumptum fidem faciat et illi stetur ac si originales ipse

45 littere aparent.

nos cum ea — qua decuit — reverentia noveritis recepisse tenoris infrascripti:

Post quarum quidem litterarum apostolicarum presentationem et receptionem nobis et per nos — ut premittitur — factas dictus reverendissimus dominus Thomas cardinalis et legatus previstas litteras apostolicas transcribi, transumi exemplari et in publicam transumpti formam redigi decretumque nostrum et auctoritatem interponi instanter requisivit. Nos igitur Symon episcopus iudex et executor prefatus attendentes postulacionem huius modi fore iustam et rationi consonam quodque iusta petentibus non est denegandus assensus, idcirco ad dicti reverendissimi domini Thome cardinalis et legati requisitionem preinsertas litteras

8 apostolicas om. A || 11 quidem B || 12 neque B || 13 carentes ut — apparebat B || 15 sancte B || 17 Svetie et Norvegie B || 18 Lythvan[iam] A | Valachiam B || 19 et om. A || 20 illarum om. A | regnorum et provinciarum predictorum A || 21 ac om. B | insulas om. B || 22 ad[iacentia] A | prefati — et om. A || 23 principalis om. B | pre*** [nomina]ti A

50

55

60

65

70

Quibus omnibus et singulis tamquam rite et legitime factis auctoritatem et decretum nostrum

75

duximus interponendum et interposuimus, prout interponimus presentium per tenorem.

In quorum omnium et singulorum

80

fidem et testimonium premissorum presentes litteras fieri et per notarium publicum infrascriptum publicari et subscribi mandavimus sigillique nostri iussimus et fecimus

85

appensione communiri.

Datum et actum Bude Wesprimiensis diocesis in edibus prefati reverendissimi domini Thome cardinalis et legati sub anno a nativitate Domini millesimo quingentesimo quarto decimo indictione secunda, die vero Lune

90

tertia

apostolicas in forma quinterni expeditas vidimus, legimus, tenuimus, palpavimus et diligenter inspeximus ac cum presenti nostro publico transumpto auscultavimus et collationavimus ac cum previsitis apostolicis originalibus de verbo ad verbum concordantes reperimus ipsasque per notarium publicum infrascriptum transumpti exemplari et in hanc publicam transumpti formam redigi mandavimus volentes et decernentes, quod huius modi nostro transumpto in quibuscunque locis — ubi illud exhiberi contingerit aut oportunum fuerit — stetur illique talis et tanta fides adhibeatur, qualis et quanta ipsis litteris originalibus previsitis, auscultatis et concordatis cum presenti publico transumpti inscio data fuit et adhibita daturque et adhibetur seu daretur et adhiberetur, si ipse originales littere in medium exhibite fuissent et exhiberetur.

Quibus omnibus et singulis auctoritatem nostram et decretum interponendum duximus et interposuimus ac interponimus per presentes.

In quorum omnium et singulorum fidem, robur et testimonium premissorum presentes litteras sive presens publicum transumpti instrumentum exinde fieri et per notarium infrascriptum subscribi et publicari sigillique nostri iussimus et fecimus appensione communiri.

secunda mensis

Aprilis pontificatus sanctissimi in Christo patris et domini nostri domini Leonis divina providentia pape decimi anno secundo presentibus ibidem reverendis patribus dominis Hieronimo episcopo Buduensi et Andrea preposito Chasmensi Zagrabiensis diocesis testibus ad premissa vocatis specialiter atque rogatis.

95

Dextra subter: Ego Petrus Nittel de Epternaco clericus Treverensis diocesis imperiali auctoritate notarius, quia previstarum litterarum apostolicarum presentationi, receptioni, auscultationi, transsumptioni decreti et auctoritatis interpositioni omnibusque aliis et singulis premissis dum — sicut
100 premittitur — fierent et agerentur una cum testibus prenominatis presens interfui eaque omnia et singula sic fieri, vidi et audivi, ideo hoc presens transsumpti instrumentum

publicum instrumentum sive transsumptum

105

manu aliena fideliter scriptum exinde confeci, subscripsi

publicavi

et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis solitis et consuetis

110

una cum prefati reverendissimi domini Symonis episcopi Modru-siensis iudicis sigilli appensione signavi in fidem et testimonium premissorum omnium et singulorum ro-gatus et requisitus.

115

Sinistra subter in imagine: Signum Petri Nittel de Epternaco (*v. in tabula exemplarium no 33*).

1514 Aprilis 7 — Buda

20

Antonius Surianus orator Venetiae Buda inter alia refert regem Hungariae publicaturum in Dalmatia cruciatam et non contentum esse a Venetia atque suum responsum.

Ed. *Sanuto, Diarii XVIII*, p. 190.

... Di do proposition li havia fato il re: una che'l voleva mandar la cruciata in Dalmatia in le nostre terre et la signoria scrivesse li desse favor; l'altra, che vedando l'orator suo star in questa terra et non poter far alcun fruto, nè haver quello il dia haver, li ha scritto che'l si parti subito. A le qual proposition, esso orator rispose, a la prima, che mai la signoria poteva poner in le sue terre cruciata havendo confirmà la paxe col signor Turco, ma in ogni cossa la signoria nostra voleva esser con quella majestà, ma venir a la guera col Turcho per questo, non crede le faria; a la seconda, che la signoria dia esser scusata se non satisfa soa

92 divina providentia om. B || 93 Ieronimo [episcopo Buduensi] A || 94 [premissa — specialiter] A || 95 [rogatis] A || 98 transsumptioni A || 105 exinde om. A || 112 post singulorum add. premissorum A

- ¹⁰ majestà dil^lredito, perchè è cinque anni è in tante guerre, come è noto a tutti et che soa majestà doveria far ogni cossa, perchè la cesarea majestà volesse far paxe e non voler la ruina nostra; e poi sua majestà saria satisfata. Rispose l'havea mandato oratori a l'imperador per questo etc., dicendo scrive a la signoria. Conclude, quelli baroni è molto nostri
- ¹⁵ inimici . . . Il reverendo Cinque Chiexie li ha dito, la signoria, si la non ha danari, doveria darli panni di seda etc . . . Il cardinal Strigoniense è li a Buda . . .

1514 Aprilis 24 — Buda

21

Vladislaus II rex Hungariae Petro Beriszló bano mandat, ne quid gentes ad confinia regni tutanda proficiscentes occasione descensus et victualium coemendorum detrimenti inferant.

In charta 29 × 22 cm restaurata.

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1.).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 104273 (ante: Archivum familiae Batthyány Körmendiense).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro reverendo in Christo patri domino Petro Beryzlo episcopo ecclesie Wespriemiensis thesaurario nostro ac regnorum nostrorum Dalmacie, Croacie et Sclyvonie bano etc. salutem et graciam!

- ⁵ Notum est vobis, qualiter per nos ac universos dominos et regnicolas huius regni nostri est ordinatum, ut certa pars gencium huius ipsius regni rursus ad confinia tutanda et defensionem regni proficiscantur, prout autem ex declaracione nunciorum universitatis regnicolarum dicti regni nostri Sclyvonie in proxime preterita dieta apud nos constitutorum
- ¹⁰ intelligimus, gentes ipse ad partes illas proficiscentes sine ullo cuiuspiam respectu eciam in domibus et curiis nobilium descensum facere consuevissent, ubi diucius eciam immorarentur cum maxima iactura ipsorum nobilium, victualia insuper ubique sine condigno precio et solucione limitata auferrent et quod eisdem regnicolis gravius est. Rapinas quoque non
- ¹⁵ solum in ipsis victualibus, sed in rebus quoque domesticis tam nobilium quam colonorum suorum facerent, per que iidem regnicole et eorum coloni non parvam paterentur oppressionem.

- Nolentes igitur eosdem per ipsas gentes ultra modum gravari mandamus fidelitati vestre harum serie firmissime, ut ipsas gentes penes vos deputatas ad loca, que vobis commodiora videbuntur, distribuere et in eisdem
- ²⁰ locis condescendi facere committereque eisdem debeatis, ne quippiam victualium sine limitata solucione et condigno precio auferre, neve ulla rapinas presertim in rebus domesticis sive nobilium sive pauperum colonorum facere audeant, sed sine dampno et incommodo ipsorum in
- ²⁵ ipsis locis maneant aliud non facturi.

Datum Bude in festo beati Georgii martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Thomas cardinalis Strigoniensis et legatus Franciscum Várday episcopum Transilvanum vicelegatum pro expeditione cruciata in Transilvania publicanda deputat.

Ed. *Tudománytár* 6 (1842), vol. 11, p. 255. — *Török, Magyarország primása*, p. 155.

Ann. Litteras genuinas teste loco primum citato olim archivum familiae Gorzó de Bilke habuit, quod nunc Archivum Hungariae Nationale asservat, ubi illae reperiri non possunt.

Thomas miseratione divina tituli sancti Martini in Montibus presbyter cardinalis Strigoniensis, patriarcha Constantinopolitanus ad Hungariae, Bohemiae, Poloniae, Daciae, Norvegiae et Svetiae regna necnon Prussiam, Russiam, Livoniam, Litovianiam, Valachiam, Slesiam, Lusaciam, 5 Moraviam, Transilvaniam, Sclavoniam, Dalmatiam, Croatiam et Moscoviam omnesque et singulas regnorum et provinciarum praedictarum civitates et insulas, terras atque loca illis subiecta et alia eis adiacentia apostolicae sedis de latere legatus reverendo in Christo patri domino 10 Francisco de Warda episcopo Transilvano tanquam fratri et in provincia Transilvaniae et locis sibi adiacentibus locum tenenti seu vicelegato nostro generali salutem in Domino sempiternam!

Virtus tua, morum honestas, literarum scientia, integritas et bonitas necnon erga sanctissimum dominum nostrum papam et sanctam sedem apostolicam devotio tua non vulgaris, quibus personam tuam fide 15 dignorum testimonio ornari percepimus, nos inducunt, ut fraternitatem tuam specialibus honoribus et officiis prosequamur ac exaltemus, cum itaque sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Leo divina providentia papa decimus de venerabilium fratrum suorum sanctae Romanae ecclesiae cardinalium unanimi assensu nos ad regna 20 et provincias supradictas suum et apostolicae sedis legatum de latere destinaverit. Inter cetera, quae nobis expresse iniunxit, quae statum rei publicae Christianae concernunt, cruciatam seu sanctam expeditionem contra perfidissimos Turcas Christiani nominis inimicos nomine suo et sedis praedictae indicendam, publicandam, praedicandam et 25 exequendam nobis specialiter demandavit, ut ea mediante hostium impetus refrenari aut coerceri possint, donec sanctitas sua generalem expeditionem contra praefatos hostes Deo feliciter concedente personam liter assumet.

Idecirco cum ad provinciam praedictam ob varias occupationes personaliter accedere non valeamus, eandem fraternitatem tuam, in qua in 30 his et in aliis fiduciam specialem in Domino obtinemus, in provincia Transilvaniae omnibusque et singulis civitatibus et locis eidem adiacentibus locum tenentem seu vicelegatum nostrum generalem auctoritate apostolica nobis specialiter in hac parte attributa tenore praesentium 35 statuimus, creamus, constituimus et deputamus cum potestate cruciatam praedictam in provincia et locis supradictis per se vel alium seu alios indicendi, publicandi, praedicandi et exequendi necnon omnibus et singulis facultatibus in literis cruciatae sub plumbo more Romanae curiae signatis, quarum transumptum autenticum ad eandem mittimus,

22: 39 transumptum autenticum v. no 6 et 19

⁴⁰ contentis vice nostra utendi, dispensandi, componendi et absolvendi omnesque commissarios in dictis locis hactenus per nos deputatos et in futurum deputandos corrigendi et ad reddendum compotum de receptis compellendi aliosque addendi et illos etiam — prout tibi videbitur —
⁴⁵ removendi et alios substituendi eisque mandandi et omnia alia et singula faciendi, gerendi et exercendi, quae in dictis literis, ad quas habeatur relatio, continentur et in praemissis et circa praemissa tibi videbuntur necessaria et opportuna ad huius modi sanctae expeditionis perfectionem et quae nos facere possemus, si personaliter adessemus, habituri ratas et gratas omnes censuras, penas et ordinationes, quas tua fraternitas et ab
⁵⁰ ea substituti et pro tempore deputandi rite in rebelles statuerint, decreverint et ordinaverint et facturi illas auctore Domino usque ad condignam satisfactionem observari.

Igitur fraternitatem tuam in Domino hortamur et per viscera misericordiae Dei nostri obsecramus, ut in hoc tam sancto opere pro religionis
⁵⁵ Christianae defensione et augmento se vigilantem et fortem exhibeat et fidelem et ad executionem taliter procedere procuret, ut merito a praefato sanctissimo domino nostro et nobis laudari {laudari} et premia debita assequi mereatur.

In quorum fidem praesentes literas fieri et per secretarium nostrum
⁶⁰ infrascriptum subscribi nostrique, quo in talibus utimur, sigilli iussimus appensione muniri.

Datum Budae Vesprimiensis diocesis anno incarnationis Dominicae millesimo quingentesimo quartodecimo, die vero vigesima quinta Aprilis pontificatus praelibati sanctissimi in Christo patris et domini nostri
⁶⁵ domini Leonis divina providentia papae decimi anno secundo.

Dextra subter: De mandato eiusdem reverendissimi domini cardinalis et legati Nicolaus secretarius.

circa 1514 Aprilis 25

23

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere litteris Thomas Divina providentia etc. inscriptis Blasium Dézsi vicarium ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria ad publicandas et exsequendas facultates expeditionis cruciatae deputat.

Transcriptum Blasii Dézsi eiusdem ordinis vicarii ante diem 15 Maii anno 1514 editum (v. no 24).

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi no 432 fol. 92 v.

Ed. *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 258.

Comm. *Bartoniék, Codices Latini*, no 432. — *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 213.

Ann. Litteras, quarum intitulationis partem minimam habemus, circa diem 25 Aprilis anno 1514, qua Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere Franciscum Várday episcopum Transilvanum litteris supparis tenoris vicelegatum suum nominarat (v. no 22), datas esse creditur (v. *Levéltári Közlemények* 43 [1972], p. 258).

Blasius Dézsi vicarius ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria quendam custodem eiusdem ordinis pro publicandis et exsequendis cruciatae expeditionis facultatibus subdelegatum nominat.

In libro ex charta 14,5×10 cm confecto (v. in tabula exemplarium no 53).

Copia eiusdem temporis simplex in libro eiusdem ordinis formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi no 432 fol. 92, 94 r.

Ed. *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 257.

Comm. *Bartoniék, Codices Latini*, no 432. — *Levéltári Közlemények* 43 (1972), p. 213.

Ann. Litteras has post Thomae Bakócz cardinalis Strigoniensis legatigue a latere litteras circa 25 Aprilis anno 1514 editas (v. no 23), quibus idem Blasium Dézsi vicarium eiusdem ordinis ad publicandas exsequendasque facultates expeditionis cruciatae deputarat, datas esse creditur (v. *Levéltári Közlemények* 43 [1972], p. 257).

Accepi a reverendissimo in Christo patre et domino Thoma tituli s(ancti) Martini in Montibus s(acro)s(ancte) Romane ecclesie presbytero cardinali Strigoniensi ac apostolice sedis legato de latere quedam transumpta auctentica bulle apostolice super extensione et

⁵ exequuione sanctissime cruciate et expeditionis contra Thurcos pro religionis Christiane et presertim huius regni Hungarie defensione indite cum summaris et instructoriis necnon litteris sue voluntatis et mandati, quibus me ad publicandas et exequendas facultates eiusdem cruciate specialiter deputavit ac delegavit huius modi sub tenore:

Sequuntur litterae Thomae Bakócz cardinalis Strigoniensis circa diem 25 Aprilis anno 1514 datae (v. no 23).

¹⁰ Et quia — ut vestra novit p(aternitas) — cura me teneat commisse provincie, nequeo personaliter ad omnia loca eiusdem provincie accedere ad exequendas et publicandas huius modi facultates et litteras apostolicas, condividendum onus ipsum, quo facilius portetur, opere presentium duxi.

¹⁵ Non parvam de v(estre) paternitatis solercia, industria et fidelitate summens fiduciam commissa igitur mihi auctoritate eandem v(estram) p(aternitatem) per totum ambitum sue custodie in exequuione huius modi bullarum apostolicarum ac facultatum meum nomino et deputo subdelegatum cum illa ampla potestate et facultate, quam ipse ex

²⁰ preinserta ac apostolica commissione accepi.

Rogans et obsecrans eandem, ut in commissione huius modi tota animi diligencia et sedulitate superintendat, alios nihilominus ex fratribus sue custodie ad id idoneos, specialiter autem omnes patres guardianos eiusdem c(ustodie) ad huius modi executionem deputando, quos eciam

²⁵ ego auctoritate prefata deputo et per presentes subdelego, item bullas huius modi publicando et per alios publicari faciendo, ecclesias visitandas deputando, absolvendo, dispensando, confessionalia dando et alia faciendo, que mihi in dicta commissione conceduntur et iniunguntur et ad hoc summo studio laborando, ut ista gracia ad omnium Christi fide-

³⁰ lium noticiam cicius deveniat, ego enim quoad premissa omnimodam

24: 1 in marg. eiusdem temporis manu: pro cruciata

v(estre) paternitati facultatem — in quantum possum — per presentes tribuo et confero. Vale in Domino et ora pro me!

Ex conventu nostro tali die tali etc.

circa 1514 Aprilis 25

25

Custos quidam ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria fratribus idoneis suis, ut negotia cruciatae expeditionis exsequantur, iniungit.

In libro ex charta 14,5×10 cm confecto (v. in tabula exemplarium no 54).

Copia eiusdem temporis simplex in libro eiusdem ordinis formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi no 432 fol. 102 v, 103 r.

Ed. *Leváltári Közlemények* 43 (1972), p. 258.

Comm. *Bartoniék, Codices Latini*, no 432. — *Leváltári Közlemények* 43 (1972), p. 213.

Ann. Litteras has circa diem 25 Aprilis anno 1514 ex ratione eadem ac no 24 datas esse creditur (v. *Leváltári Közlemények* 43 (1972), p. 235).

Cum ex commissione r(everendi) p(atris) n(ostri) fratris talis huius
alme familie Hungarie vicarii dignissimi habeam fratres aliquos ad
hanc sanctam expedicionem pro verbi divini predicacione confessioni-
busque audiendis ac ad exhortanda animandaque corda fidelium in
5 eadem expedicione pugnancium deputare vosque ad id indicaverim
idoneos, quapropter ad salutaris obediencie meritum vobis harum serie
iniungo, quod — dum opus erit — cum M tali diete expedicionis rectore
et duce proficiscamini vobisque commissum negocium secundum
graciam ab alto vobis concessam fideliter et religiose pariter et devote
10 exequentes tempore opportuno ad locum vestre residencee redire tena-
mini, interea vero vos primum Deo optimo ac deinde universis <et sin-
gulis dominis patribus et fratribus ac confratribus nostris tam secularibus
quam regularibus ac eciam cunctis Christi fidelibus et devotis cuiuscunque
dignitatis, status, gradus et condicionis existant hominibus, ad quorum
15 terras, dominia, conventus et loca vos venire contigerit, charius in
Domino commendando rogans et obsecrans eosdem, ut — si necesse
fuerit — suum vobis auxilium, favorem pariter et amorem parare
velint.>

25: In primordio eiusdem temporis manu: ad bellum predicatori || 7 M tali cf. *Valóság* 15 (1972), vol. 11 p. 22. — *Leváltári Közlemények* 43 (1972), p. 235. — *Századok* 109 (1975), p. 69. || 11 post universis add. ut supra inde formulam ex aliis litteris (fol. 102v) sumpsimus.

Petrus Beriszló banus cives Posonii requirit, ut armigeros in civitate captos ad eum venire permittant.

In charta 16,5×24 cm manca.

Sigillum rubrae cerae impressum anulare scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 12).
Sign. Archivum Civitatis Posonii: no 4532 (ante: no 2509).

Reg. *Inventár*, no 4532 (Slovace).

Ann. Pars litterarum tertia defecit, sed lacunae ex copia superiore saeculo confecta sub eadem signatura asservata excepto uno versu, quem scriptor copiae omisit, suppleri possunt.

Prudentes et circumspecti viri amici nobis dilecti salut[em]!

Conduximus diebus] superioribus ad servicia regie maiestatis domini nostri gr[aciosissimi et regni ac tocius] Christianitatis nonnullos armigeros, qui istie apud vos ca[su aliquo et infortunio] magnam adversitatem passi sunt, sunt enim — ut in[telleximus — et vulnerati] et capti.
Et quum sint impresenciarum absque ulla procrastin[atione ad confinia] regni admodum necessarij, hortamur vos et requiri[mus ac vobis] in persona regie maiestatis domini nostri graciosissimi committimus, [ut eosdem nec in rebus] nec in personis impedire quoquo modo presumatis, sed *** venire permittatis, ne hec res nostram in Croaciam [progressionem protrahat], nam iam nos itineri accinxeramus, postquam hic casus [nobis significatus est]. Nos vero pollicemur vobis, si quid ipsi armigeri [admiserint vobis et] iudicium et satisfactionem iure et iusticia mediante v[obis impensuri quemad]modum de hac re plura per
15 hunc Bartholomeum p[reter servitorem nostrum] vobis nunciavimus, cui credere velitis. Valet!

[In arce nostra Wesprimiensi] in festo sancti Floriani martyris 1514.

P(etrus) Wesprimiensis thesaurarius
et banus etc. manu propria

20 *In dorso:* Prudentibus et circumspectis viris iudici et iuratis civibus civitatis Posoniensis amicis nobis dilectis. Littera missiva nobis presentata est Dominica diei subnotati anno Domini etc. 14.
Maii 7

1514 Maii 8 — Buda

27

Volfgangus Tierner ad Iohannem Hochl, quomodo Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque sanctam expeditionem publicaverit et cruces inter milites diviserit, scribit.

In charta 22,5×30 cm lacerata.

Sigilli vestigium viridi cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus de Sancta Cruce iuxta Garam Filiale: Archivum civitatis Semnicii, no 454.

Mein willigenn dienst pefar. Mein lieber her Hannss eucher schreibn ist mier warnn dar pei einander prieff laut derer maister Jacoin des hern margroffen hausfrauen zw dem hab ich ier schan geantburt; den prieff

26: 10 lac. 20 litterarum || 21 littera — 14 alia manu || 22 subnotati incerta lectio

vnd dar mit zben quetschling auch danck ich euch mit zampt meiner
5 hausfraun euer guetn quetschling; so wil ich die zbenn dem Philippn
auch haltn pis auff sein zuekunfft.

Van wegnn eucher prieff hab ich geschickt dem Philippen bei einnem
gbisn fuerman mit zampt meinem prieffen vnd hab dem Philippen ein
trichl vnd ein pintl mit hin eingeschickt das ich habt es wartent an
10 allnn schaden geantburt; so wais ich des fuermans namen auch wol da
mit es nicht in vergesn sol kummen; so pin ich an allenn zbeifl ich het
lengst ein antburt van dem Philippen gehabt, wan imb die augen nicht
weteten. Man hat mier gesagt das er gar nix siecht seliehn wetagn hab
er dar an. Got geb, das nicht also were, ich habt ich wels in kreicz innen-
15 wernn.

Auch wist das mier nach kam schreiben nicht ist wartent das euch zue
gehert, wiert mier aber schreiben kumen, sol euch mit dem ersten geant-
burt weren, so es miglich ist. Auch kam ich euch fuerbar nix zw versten
geben van wegn der zuekunfft des hern margraffn wegn, wan man hat
Jun. 4 mier wol van fernn gesagt, er kum erst auff die phingstn.

Was ich nicht fuer ein warhait fuerbar nene mar seind vil vorhandenn,
seind aber nicht nach dem pesten vnd ist doch laider war, es ist herzog
Kristoff mit vil guetn hernn vnd ritteren in Friaul zogn, vnd habn die
Klausen vnd Peischel dorff Glemann weiden vnd was darvmb ligt stet
25 vnd margkh vnd Sand Daniel vnd alles das was herderhalb der Tulment
ligt habn si als gbunnen vnd habn sych geben dar nach haben dan iber
das wasser hin iber geruckht Speneberg vnd auff Schzizeil zw die selbigen
zbo stet habn sy auch gebnn, da habn si nun weitter wellen hin ein
rucken gen Tarfis zue. Do seind die wolchen in der kamm auff gbessen
30 vnd haben die deutschen iber follen und habn gefangen bei 150 der
gresten vnd pesten hernn vnd den herzog Kristoff gar ser gebundt vnd
darnach bei denn 300 erschlagen; dar nach, da seind die anderen stet
selich slacht innen war[den] das die deutschen vnder seind gelegn ist
gancz Friaul wider vmb gefallnn vnd ist mie vnd arbeit.

Es ist laider war vnd ist ein gross geschrai gebessen, aber iecz ist es
gar gestilt; abz man sagt iez das der kaiser in der Neustat ist vnd man
wart sein gen Wienn. Item van wegnn der Tireken sagt man das si mit
groser macht auff seind, ober man wais nicht wo si hin wellen, aber ich
schreibs nur als ichs gehert hab, wie wol si stecz in Krabaten her aus
40 rucken mit tausendt man zw zeiten mit mer, zu zeiten weniger; si schaffn
aber nix wan vnsser schaczmaister ist stecz inden vnd hat auch so vil
folcks, das si nicht vil migen schaden thuen.

Aber vnsser patriarch von Gran hat vil gueter legaten vnd pischolff
mit imb pracht vnd doctores von Rom, die imb der heilig fater papst
45 hot zue gebnn vnd selich grosse gnod, das er das kreicz aus gibt auff
die Tireken vnd als man sagt das pis auff den tag dato des prieffs iber
die XV tausendt man die das kreicz habn auffgenumen vnd das folckh
laufft erst recht zue. So wil der kardinal erst sein leit ausschicken in
Pechm vnd in Pollen vnd in Preissen vnd Reissnn, in Sibnburgen, in
50 die Walachai vnd wo er dan gbalt hin haben wiert das man an den sel-
bigen enden auch das kreicz sol aus gebenn.

26 dan *supra scr.* || 36 *post* kaiser del. *aliquid* || 41 *post* auch del. *aliquid*

Das wist in der warheit es seind wol vil landt hern dar wider gbesen gegen dem van Gran aber er hat ins vnder iere augen gesagt er wils aus geben vnd kain anders nicht vnd hacz auch aus geben als ier var gelesen
55 hab vnd hat ein penn dar auff gesezt wer dar wider reth der ist in des papstpann. Es nimpez nicht nur der gmain man auff, sunder minich vnd phaffnn; es wer gar vil dar van zw schreiben. In summa es nimpez jungs vnd altez ann als lieber her Hans da hab ier neue mar auch vnd megs wol fuer ein warhait sagenn.

60 Item lieber her Hanss wan es euch nicht ein mie wer, so wolt ich euch gepeten haben, das ier mier het ein guecz ssarcz pier her ab geschickt mit dem erstenn so es gesein mecht ein feseln als gros als ein haringtunnen, mecht sein aber ein wenig gresser vnd schribt mier was gestiend vnd was ich auff die fuer solt gebnn wil ich gernn zallen vnd schicken.

65 Ich pat den Petrasch den fuermen er solt mier ein fasl pringen war er guet willig dar zue so hab ich verstanden der guetman hab etbas var sein gehabt das er gehindert is waren; ist mier nicht lieb.

Jecz nicht mer sunder der almechtig Got sei mit unss allenn.

Datum Bude am matag nach des heilieg kreicz erfindung in 1514 jar.

70 Wolfgang Tierner
euer williger

In dorso: Dem erweysenn herrn Hanns Hochl iecz auff der Schebnicz meinem gunstign herrnn vnd guettin freundt zw handen.

1514 Maii 11 — Tasnád

28

Franciscus Várday episcopus Transilvanus ad Emericum Vegedi provisorii suo scribit, ut quandam pecuniae summam pro redemptione bullae iterum mittat.

In charta 22 × 22 cm (v. in tabula exemplarium no 45).

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 13).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82396 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1641).

Egredie nobis dilecte! Duo milia florenos pro redemptione bullae, quos miseris, urgente necessitate ad unum omnes expendimus. Quo factum est, ut pro bulla neminem mittere potuimus. Obtulit se modo occasio et comoditas expetenda pro expeditione bullae mittendi. Magnificus dominus et frater noster Ioannes Dragfy duodecimo die proximo futuro in urbem profecturus est, cui negotium omne committere tuto possumus. Nec est alius, cui securius conficiendum credi possit.

10 Rogamus te, quantocius poteris, nobis mille florenos pro bulla mittendos ab amicis tuis mutuo petas et ad nos dicto citius mittas. Creditoribus autem vasa argentea pignoris loco daturi sumus. Hoc ut efficias, te vehementer rogamus! Quod si pro tua singulari prudentia confeceris,

56 post es del. aliquid
28: 5 et supra scr.

magna cura nos liberabis. Des itaque operam, ne datam occasionem amittamus! Casu autem quo mille florenos integre mittere non possis, si paulo minus poteris, puta quingentos, sexingentos vel septingentos, ¹⁵ hos saltem mittas. Hoc quitquid miseris, agas solerter, ut infra diem et tempus abitionis domini Ioannis Dragfy habeamus, ne tanta comoditate fraudemur. Non potuisset melior occasio offerri. Fac eam, ne perdamus!

^{Post}
^{Iun. 4} Vicario nostro committas, <ut> contra Stephanum de Karol archidiaconum Carasnensem post festum penthecostes statim servatis de ²⁰ iure servandis ad privationem beneficiorum suorum, nisi comparuerit, procedat. Age, ut soles, diligenter! Summam illarum pecuniarum ad terminum nobis omnino mittas! Neque sit ulla ratio, quæ excuset. Sollicites amicos tuos, qui, uti premisimus, habebunt a nobis loco pignoris vasa argentea.

²⁵ Data Thasnadini feria quinta proxima post <festum> Stanislai martiris anno Domini 1514.

Franciscus de Varda
electus Transilvanensis etc.

³⁰ *In dorso:* Egregio Emerico de Veged provisorio nostro Albensi Transilvanensi nobis dilecto.

1514 Maii 13 — Buda

29

Antonius Surianus orator Venetiae inter alia refert de pecuniis pro cruciata expeditione collectis.

Ed. Sanuto, *Diarii* XVIII, p. 240.

... Come l'imperador era stato a Viena et che li in Hongaria era sta posta una imposition di ducati 5 per fuogo, e questi danari li vol per l'impresa de Italia et come si dieno abocar con il re de Hongaria... La cruciata messa nel regno di Hongaria, non si traseva molti danari...

1514 Maii 15 — Strigonium

30

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque omnibus ecclesiasticis personis mandat, ne ulterius crucem distribuant, neve expeditionem cruciatam publicent.

In charta 29,5 × 38,5 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 300 (ante: Collectio Schwartzbachiana, no 925).

Thomas miseracione divina tituli sancti Martini in Montibus sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis Strigoniensis ac patriarcha Constantinopolitanus, primas Hungarie et apostolice sedis legatus etc.

14 poteris *supra scr.*

dilectis nobis in Christo universis et singulis reverendis, venerabilibus
5 et discretis abbatibus, prioribus, prepositis tam regularibus quam secularibus guardianis, custodibus, cantoribus, decanis, archidiaconis tam catedralium quam collegiatarum canonicis parrochialiumque ecclesiarum rectoribus seu loca tenentibus eorum plebanis, viceplebanis, altaristis, premissariis et eorum vices gerentibus curatis et non curatis
10 ceterisque presbyteris et clericis quibuscumque per et infra ambitum regni Ungariae ubivis constitutis et existentibus, ad quem vel ad quos presentes nostre pervenerint littere et quicumque presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus, salutem in Domino benedictione cum paterna et in commissis infrascriptis exactam diligentiam
15 adhibere!

Noveritis ad nostram audienciam non sine gravi animi nostri dolore et displicencia pervenisse, quomodo forent nonnulli presbyteri, clerici, religiosi et seculares ac alie persone ecclesiastice et seculares, qui suggestionem — ut verisimiliter creditur — spirituum malignorum zizaniam
20 seminatum impulsu nulla a nobis et sacrosancta sede apostolica habita et obtenta auctoritate ausu sacrilego et temeritate dampnabili in diversis dicti regni Hungariae partibus alii scilicet quam reverendissimus dominus episcopus modernus ecclesie Transsilvanensis in certis locis et comitatibus insignioribus in Transsilvania et per eum ad hoc ibidem auctoritate
25 nostra constituti necnon fratres ordinis minorum divi Francisci de observancia commissarii in hac parte, presertim extra civitates Budensem et Pestensem per nos specialiter deputati contra mentem nostram et formam bullarum apostolicarum cruciatam proclamare, conventicula facere, hominum diversarum condicionum tam nobilium quam eiam
30 spiritualium, rusticorum et agrestium multitudinem concire et convocare, census dominorum temporalium ordinarios dicasque regie maiestatis debitas ac alia iustissima et consueta debita necnon obedienciam superioribus denegare et denegari facere denegandasque et deneganda esse dicere et affirmare presumunt eosque insuper, qui huius modi census
35 ordinarios et dicas regias dicarent vel exigent, occidendos esse et qui ad eosdem dicatores vel exactores occisos lapidem vel saxum mitterent seu iacerent, centum dierum indulgencias eisdem concessas esse falso et inique docent, narrant et persuadent, cruces denique distribuere ac inter nobiles et ignobiles sediciones, dissensus et discordias seminare
40 necnon exquisitis quibuscumque artibus et ingeniis populum fidelem diversimode seducere et illaqueare non sine anatematis et sentencie excommunicacionis labe eo facto incurrendam presumptuose et scelestissime in grave salutis animarum suarum periculum satagunt, student et conantur. Quorum quidem cruce — sicut premittitur — falso et inique
45 per apostatas et excommunicatos contra nostram et sanctissimi domini pape voluntatem signatorum vel eiam sponte, quod dampnabilius est et per se eos arbitrio suo non a nostris commissariis recipiencium ausibus temerariis et sacrilegis curie nobilium aliorumque proborum hominum edes et hospicia hostiliter invaduntur, res et bona eorundem in predam
50 vertuntur, utensilia domus dirumpuntur, edificia solo tenus distrahuntur,

incendia miscentur, homicidia passim committuntur aliaque scandala prope infinita sunt et excitantur. Quo fit, ut non solum <contra> nos, verum eciam contra ipsum sanctissimum dominum nostrum dominum Leonem modernum sacrosancte ecclesie pontificem maximum plurimi clamores, lamenta et maledicta per eos sic indebite oppressos publicitus 55 efferri audiantur.

Et quum tales proclamaciones sive seducciones Christi fidelium alique premissi actus illiciti et nefarii preter nostram et prefati sanctissimi domini nostri pape voluntatem — ut premissum est — fiunt et perpetrantur nec unquam cruciatam ipsam, presertim extra civitates Budensem et 60 Pesthiensem per alios quam per reverendissimum dominum episcopum modernum Transsilvanensem prefatum et per suos auctoritate nostra substitutos in Transsilvania fratresque ordinis minorum de observancia, quos tantummodo precipue extra dictas civitates Budensem et Pesthiensem et non alios commissarios in hac parte fecimus speciales publicari et divulgari, commisimus et mandavimus hysque non aliter et alias 65 quam — ut tenor et continencia bullarum apostolicarum habere dinoscebatur — quin potius auctoritate apostolica inhibuimus inhibemusque eciam in presenciarum palam, publice et expresse omnibus et singulis 70 personis ecclesiasticis, religiosis scilicet et secularibus sub pena excommunicationis late sentencie, ne quipiam ad publicacionem huius modi cruciate aliquatenus se se ingerant, immittant et impedian, immo distribucionem huius modi cruciate eciam per prefatos dominos episcopum Transsilvanensem suosque substitutos necnon fratres dicti ordinis sancti 75 Francisci ad tempus certis et racionabilibus ex causis suspendendam duximus, prout suspendimus in virtute sancte obediencie et sub <pena> excommunicationis ac aliis censuris ecclesiasticis.

Firmiter precipimus et mandamus, quatinus habita presencium noticia ac dum et quando presentibus fueritis requisiti, omnibus et singulis 80 talibus prioribus tam religiosis quam eciam secularibus aliisque personis quibuscumque ecclesiasticis et secularibus, cuiuscumque gradus, status, ordinis et condicionis existant, auctoritate nostra, immo verius prefati sanctissimi domini nostri pape canonicis monicionibus premissis sub prefatis excommunicationis et suspensionis, aggravacionis, reaggravacionis 85 et interdicti ecclesiastici sentenciarum penis inhibeat et a premissis eosdem, si opus fuerit eciam cum invocacione brachii secularis coerceatis et compescatis, ne ipsi vel eorum alter amodo deinceps preter dictos nostros commissarios huius modi proclamaciones sive cruces distribuere, seduccionem populi ac conventicula facere et discordias seminare quovis 90 modo audeant, quin potius a similibus actibus illicitis, nephariis et perniciosis penitus et omnino cessare et supersedere debeant et teneantur effective, qui si cessaverint et premissis monicionibus et mandatis nostris, immo verius apostolicis paruerint, bene quidem, alioquin exnunc, prout extunc et econtra dictis canonicis monicionibus precedentibus pre- 95 scriptas penas in eos et eorum quemlibet respective ferimus in hys scriptis et eciam promulgamus ipsosque illas incurrere volumus ipso facto. Quos tandem in vestris et vestrum cuiuslibet ecclesiis singulis diebus Dominicis et festivis coram populo fidei, ut moris est pro talibus et ut tales publicitatis et publicari faciatis tamdiu, donec monicionibus et mandatis 100 nostris huius modi paruerint cum effectu et de eorum absolucione vobis

constiterit evidenter, absolucionem vero talium nobis et dicto sanctissimo domino nostro pape solummodo reservamus.

Volumus autem quod presentes litteras quilibet vestrum alteri suo propinquiori vicino post earundem debitam executionem sine crastinatione transmittat.

Datum Strigonii quinta decima die mensis Maii anno Domini M^o quingentesimo decimo quarto.

Dextra subter: Stephanus de Olazy notarius de mandato subscripsit.

1514 Maii 18 — Enyicke

31

Paulus plebanus de Enyicke civitati Cassoviensi se quasdam litteras cruciferis transcripsisse significat.

A in charta 21 × 14,5 cm aqua maculata.

Sigilli fragmentum viridi cerae impressi anularis, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 294.

B in charta 21 × 11 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 298.

Ed. *Történelmi Tár* 3 (1902), p. 159.

Humillimas oraciones in Christo in quantum indignus a Deo exaudior.
Prestantissimi et graciosi domini michi honorandi!

Venerunt huc ad Enezke quidam cruciferi, qui petierunt me, ut copiarem litteras, quas ipsi pro tuicione et veritate secum deferunt,
⁵ quod et feci, quia vidi et legi, ideo si ostenderint vestris dominicionibus, secundum vestrum iudicium discernere poteritis.

Datum in Enezke feria quinta post festum sancte Sophie anno Domini 1514.

¹⁰ Paulus plebanus et vicearchidiaconus
de Enezke capellanus vestrarum dominacionum

In dorso: Prestantissimis ac prudentibus viris iudici, iuratis ceterisque consulibus civitatis Cassoviensis dominis michi graciosis.

31: 1 humillimas B || 2 mihi B || 3 Enyezke ubique B | pecierunt B | me supra scr. A ||
10 post vestrarum del. aliquid

Elias plebanus de Tolcsva universis parochialibus ecclesiis civitatibusque ex commissione Thomae Bakócz cardinalis Strigoniensis Laurentium Szúr contra Turcas congregandi ergo a se missum esse significat.

In charta 21 × 16 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 297 (ante: Collectio Schwartzbachiana, no 925).

Ed. *Századok* 6 (1872), p. 439.

Universis et singulis ecclesiarum parochialium plebanis vicesque eorum gerentibus ubivis constitutis et existentibus, iudicibus iuratisque civibus.

Quia nos ex speciali commissione reverendissimi domini Thome archiepiscopi Strigoniensis et cardinalis <ac patriarcha> Constantinopolitaniensis misimus hunc Laurentium Zywr concivem de Saccza ad congregandos populos contra infidelissimos Thurcos, quare sub excommunicationis pena committimus vobis et mandamus, quatinus eundem et suos sequaces honorifice accipiatis et acceptos <ad> parochianos vestros inducatis, prout victualia et usui necessaria disponatis et disponi faciatis ac cum processionibus sollennibus ipsos cum cantu obviare debeatis et teneamini presentibus perlectis exhibenti restituis.

Ex Tholezwa anno Domini 1514.

Elias plebanus de Tholezwa
factor reverendissimi domini cardinalis
Strigoniensis

15

In dorso: Ista litteras sive hoc transsumptum presentaverunt nobis
Maii 19 feria sexta post <festum sancte> Sophie hora septima ante meridiem
in consistorio nobis simul consedentibus discreti Petrus plebanus de
Zebes et Benedictus plebanus de Gecze die ut supra anno Domini 1514,
20 et in presencia affuerunt venerabiles magister Iohannes plebanus et
magister Henricus predicator Cassoviensis.

1514 Maii 24 — Buda

33

Vladislaus II rex Hungariae iterum mandat, ut cruciferi rustici domum securi redeant neque domini terrestres eorundem illis damna inferre audeant.

In charta 29 × 22 cm aqua maculata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cereae impressum neque integrum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82400 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, Miscellanea no 150).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1018.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis cruciferis eorundemque prefectis, magistris rotarum et toti eorundem cohorti et aliis eciam popularibus hominibus ubivis in

32: 16 hoc supra s cr.

hoc regno nostro congregatis, quibus presentes ostenduntur, salutem et
5 gratiam!

Accepimus, quod vos iuxta nostram publicam assecurationem et mandatum nostrum ad propria vestra redire non auderetis timentes, quod vos a dominis vestris terrestribus domi oppressionem et punicionem pateremini.

10 Facultatem igitur et securitatem vobis presentibus in eo damus et concedimus, ut quisque vestrum libere ac secure et sine omni metu dampni aut periculi persone sue et bonorum suorum sub nostra regia proteccionem et tutela speciali ad sua propria redire et condescendere possit et valeat.

15 Mandavimus namque per totum hoc regnum nostrum universis dominis et nobilibus, ne quispiam vos vel alterum vestrum previa ratione in personis aut rebus vestris sub nota infidelitatis impedire et dampnificare audeat.

Libere igitur — ut precipimus — et secure revertamini et condescendatis, nam vos et quemque vestrum ab omni dominorum et nobilium impedimento tutari et preservare volumus. Si vero ad hanc nostram erga vos ostensam gratiam redire recusaveritis, scitote, quod et capitibus et omnibus bonis vestris privabimini et contra vos tanquam hostes huius regni agere permittemus. Aliud igitur nullo modo facere presumatis!

20 Datum Bude feria quarta proxima ante festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

25 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

1514 Maii 24 — Buda

34

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere omnibus ecclesiasticis personis mandat, ut illi sanctam contra Turcas expeditionem suspendendam divulgent.

A in charta 29×34 cm restaurata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 10).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Acta anni 1514 no 11.

B in charta 29×41 cm (v. in tabula exemplarium no 28).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 10).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82401 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, Miscellanea no 151).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1019.

Thomas miseracione divina tituli sancti Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbiter cardinalis Strigoniensis ac patriarcha Constantinopolitanus, primas Hungarie et apostolice sedis legatus de latere etc. dilectis nobis in Christo universis et singulis reverendis, venerabilibus, honorabilibus et discretis dominis abbatibus, prioribus, prepositis tam regularibus quam secularibus, guardianis, custodibus, cantoribus, decanis, archidiaconis tam cathedralium quam collegiatarum

34: 7 cathedralium ubique B

ecclesiarum canonicis, plebanis, viceplebanis, altaristis, premissariis et eorum vices gerentibus, curatis et non curatis ceterisque presbiteris et clericis quibuscunque per et intra ambitum regni Hungarie ubivis constitutis et existentibus, ad quem vel ad quos presentes nostre pervenerint littere et qui cum presentibus fueritis requisiti aut alter vestrum fuerit requisitus salutem in Domino benedictione cum paterna et in commissis infrascriptis exactam diligentiam adhibere!

15 Noveritis, quod licet nos in quadragesima proxime transacta ex benigna sanctissimi domini nostri domini Leonis pape decimi necnon serenissimi principis et domini nostri domini Wladislai Hungarie et Bohemie regis dominorumque prelatorum et baronum ceterorumque procerum huius regni Hungarie annuencia cruciatam contra perfidos Turcas et Tartaros crucis Christi inimicos publicari per commissarios nostros in Budensi et Pesthiensi civitatibus feceramus, pluribus tamen et rationabilibus de causis inducti accedente eciam ad hoc voluntate et mandato prefati serenissimi domini nostri regis et presertim ex eo, quod multi pseudo iniqui et falsarii predicatorum seu pocius seductores filii non tam Dei quam sathane menciesentes se habere a nobis et sede apostolica facultatem cruciatam huius modi publicandi crucesque huius modi distribuendi in diversis dicti regni Hungarie partibus contra voluntatem sanctissimi domini nostri domini Leonis pape et nostram ausu sacrilego illam publicare, cruces distribuere, conventicula seu congregaciones facere hominum diversarum condicionum tam nobilium quam simplicium rusticorum et agrestium multitudinem concire et congregare ac convocare census debitos tam regios quam eciam dominorum temporalium denegandos, exactores occidendos contra nobilitatem insurgendos esse affirmare non verebantur ac sub specie et colore huius modi cruciate per eos temerarie publicate multa varia, enormia et quidem scandalosissima facinora inter Christi fideles committebantur sicque populus communis per iniquos seductores deceptus iamque in arcum pravum conversus indulgenciis a dicta sede apostolica contra infideles concessis abuti et pro benedictione maledictionem recipere atque ad gehennam edificare ceperat publicacionem ipsam cruciate expeditionemque huius modi contra infideles ad aliud tempus magis opportunum suspendendam, differendam et reiciendam duximus, immo suspendimus, differimus et reicimus presencium per vigorem.

Quocirca vobis omnibus et singulis dominis predictis et vestrum cuilibet in solidum in virtute sancte obediencie et sub excommunicacionis pena, quam in vos et vestrum quemlibet in his scriptis exnunc, prout extunc et econtra trium dierum canonica monicione premissa ferimus, nisi ea, que precipimus, efficaciter adimpleveritis, auctoritate apostolica committimus et mandamus, quatenus statim habita presencium noticia ac dum et quando cum presentibus fueritis requisiti vel alter vestrum fuerit requisitus, omnibus et singulis tam religiosis quam eciam secularibus aliisque personis quibuscunque ecclesiasticis et secularibus cuiuscunque

10 ubivis om. B || 19 perfidas B | Thurcos A | Thartaros B || 20 in civitatibus Budensi et Pesthiensi B || 21 civitatibus supra scr. A || 22 prefati supra scr. B || 24 predicatorum—pocius om. B || 25 a supra scr. B | facultate B || 26 -que om. B || 27 regni om. B || 28 Leonis om. B || 29 conventiculas B || 31 et om. B || 32 eciam post inser. B || 34 sub om. B || 35 [varia, enormia] A || 37 converssus B || 39 ceperant B || 49 quantinus B

status, gradus, ordinis, condicionis et preeminencie tam in ecclesiis cathedralibus, collegiatis, parochialibus et monasteriis sub missarum solemnibus vel predicacionum publicarum temporibus quam etiam alias ubicumque, quandocumque et quocumque opportunum fuerit, coram populi multitudine insinuetis, declaretis et promulgetis expedicionem huius modi sive cruciatam contra infideles per nos ad presens suspensam ad aliudque tempus magis idoneam et prorogatam esse moneatisque et requiratis auctoritate nostra, immo verius apostolica sub premissa excommunicacionis ac suspensionis et interdicti penis et sentenciis primo, secundo, tercio et preemtorie omnes et singulos Christi fideles religiosos presbiteros et seculares quoscumque et precipue eos, qui ad expedicionem huius modi sub nomine et colore cruciate insurrexerant et per commissarios nostros in dictis civitatibus Budensi et Pesthensi, qui pauci admodum fuere vel alias falso et temerarie preter voluntatem nostram ab apostatis cuiuscunque ordinis religiosi presbiteris secularibus de facto excommunicatos cruces ceperant aut etiam alias ipsi adhererant, ne de cetero cruciatam ipsam usque ad aliam regie maiestatis et nostram deliberacionem publicare, divulgare et proclamare audeant, congregaciones seu conventicula faciant, cruces a quoque recipiant vel eas distribuere aut etiam portare presumant, insultus tumultarios, rixas, sediciones, homicidia, spolia, depredaciones et alia scandala presertim contra nobiles domosque et familiam eorundem committant, sed ad domos proprias statim post noticiam presentis nostre monicionis et requisicionis pace et tranquille sine ullo motu et factionibus ibidem victuri et mansuri discedant. Qui si fecerint et mandatis nostris huius modi, immo verius apostolicis paruerint bene quidem, alioquin exnunc, prout extunc et econtra dictis canonicis monicionibus precedentibus prescriptas penas et censuras in eos et eorum quemlibet respective ferimus in his scriptis et etiam promulgamus ipsosque easdem incurrere volumus ipso facto. Quos tandem in vestris et vestrum cuiuslibet ecclesiis diebus Dominicis et festivis coram populi multitudine, ut moris est pro talibus et ut tales publicetis et publicari faciatis tamdiu, donec mandatis et monicionibus nostris huius modi paruerint cum effectu et de eorum absolucione vobis constiterit evidenter, absolucionem vero talium nobis vel dicto sanctissimo domino nostro pape solummodo reservamus.

Volumus autem, quod presentes litteras quilibet vestrum alteri suo propinquiori vicino post huius modi debitam execucionem sine crastinacione transmittat.

Datum Bude vigesimo quarto die mensis Maii anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

Dextra subter: Stephanus de Olazy notarius de mandato subscripsit.

53 post ordinis add. et B | pereminencie B || 55 solennys B || 57 post promulgetis add. et B || 64 insurrexerant A || 65 Pesthensi B || 67 post presbiteris add. et B || 68 cruces supra scr. B | ceperant]reperant B | aut—adhererant om. B || 70 divulgare post corr. B || 71 seu]et B || 72 aut—portare om. B || 74 nobilitares B | domusque B || 77 nostris huius modi nostris B || 81 his om. B || 82 in supra scr. A || 85 huius modi nostris B || 87 solummodo om. A || 88 quod]ut B || 89 huius modi]eorundem B || 91 vigesima quarta B

* *Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque plebano de Szikszó mandat, ut promulgationes expeditionis cruciatae crucesque distributas revocet.*

In charta 21,5 × 27,5 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 18852.

Thomas miseracione divina tituli sancti Martini in Montibus sancte Romane ecclesie presbyter cardinalis Strigoniensis patriarcha Constanti-nopolitanus primas regni Hungarie et apostolice sedis de latere legatus etc. honorabili N plebano de Zykzo nobis dilecto salutem in Domino!

5 Noveris ad audienciam nostram non sine gravi animi nostri displicencia multorum fide dignorum relacionibus pervenisse, quod tu temeritate et audacia propria inductus nulla a nobis habita et obtenta facultate proximis diebus ausus sis cruciatam in partibus istis coram populi
10 cruce per te signatorum et aliorum simplicium et agrestium rusticorum facere, quorum opera multa varia et enormia facinora scandalaque istie facta et commissa sunt et fere totus comitatus, in quo resides, in seditionem conversus.

Et quia hec omnia, que premissa sunt, perniciosissima et maxime
15 perhorrescencie existunt et in periculum vite multorum tendere videntur nec super hys faciendis ullam a nobis recepisti auctoritatem vel eciam commissionem.

Ideirco committimus tibi et mandamus vigore presencium firmissime et sub pena excommunicacionis late sentencie, quatenus statim acceptis
20 presentibus promulgaciones illas, quas licenciose de cruciata coram populi multitudine aut alias ubicumque fecisti, palam, publice et manifeste tam in ecclesia tua parrochiali quam eciam alias ubilibet revoces, retractes et declares nullas, inanes et presumptuose per te factas fuisse et esse
25 cruces eciam, quas distribuisti, ab hys omnibus, quibus dedisti, auferas, removeas et deponi facias per eosdem necnon congregaciones et conventicula eorundem scindi, dividi, disgregari et quemlibet eorum singillatim ad propria habitacula redire et reverti procures, monens ipsos et quemlibet eorum ad id faciendum auctoritate nostra, immo verius apostolica sub simili pena sentencie excommunicacionis eo facto, nisi segregati ex
30 conventiculis ad propria habitacula redierint, incurrenda, prout in aliis nostris superinde emanatis et ad partes transmissis litteris lacius et spaciosius contineri videbis.

Committendo nihilominus omnibus et singulis sic disgregatis et ad propria facta habitaculaque reversis in virtute salutaris obediencie et sub
35 premissa sentencie excommunicacionis pena, ut tamdiu pace, tranquille et sine ullo motu faccionibusque in domibus eorum resideant, quousque alias a regia maiestate et nobis acceperint informaciones. Tu vero sopitis et complanatis omnibus et singulis, que premissa sunt, personaliter quantocius ad nos venias racionem de hys, que per te audacter
40 et licenciose preter nostram mentem facta et commissa sunt, sufficientem

35: 40 post sunt del. personaliter quantocius

redditurus sub pena excommunicacionis ipso facto, nisi quod iubemus, perfeceris, incurrenda.

Datum Bude in vigilia ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo quartodecimo.

⁴⁵ *Dextra subter*: Nicolaus de Bachia notarius de mandato subscripsit.

^{Maii 30} *In dorso*: Transsumptum cuiusdam littere domini archiepiscopi Strigoniensis domino iudici per plebanum oppidi Zykzo feria tertia ante pentecosten presentate anno Domini 1514.

post 1514 Maii 24

36

Vladislaus II rex Hungariae quibusdam, qui insurrectos rusticos dereliquerunt, gratiam regiam tribuit.

In libro ex charta 22 × 29 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in formulari libro scripta.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi no 321.

Comm. *Bartoniék, Codices Latini*, no 321.

Ann. Litteras has post mandatum, quo Vladislaus II rex Hungariae die 24 Maii anno 1514 rusticos domum redire iusserat (v. no 33), datas esse censemus.

Wladislaus etc. fidelibus nostris universis et singulis dominis prelati, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus, item belli ductoribus, capitaneis, magistris rotarum ac decurionibus et quibuscumque aciebus et gentibus tam nostris quam aliorum quorumcumque ubivis et in quibuscumque comitatibus huius regni nostri constitutis et existentibus presentes visuris s(alutem) et g(raciam)!

Quoniam fideles nostri t(ales) de t(alibus) derelicto consorcio malefactorum illorum, qui preteritis temporibus insurrexerant et plurima dampna intulerant, ad quod consorcium idem t(alis) et t(alis) violenter ducti fuissent, ad nos et fidelitatem nobis et sacre corone nostre observandam sponte redierunt et effecerunt, quod etiam ceteri populares in illis partibus resederunt et domum reversi sunt.

Propterea nos eisdem super hys, que hactenus iidem t(alis) et t(alis) commiserunt, gratiam fecimus et eosdem in proteccionem nostram recepimus, immo facimus et recipiemus per presentes; ita tamen quod deinceps in nullo casu nullove necessitatis et periculi eventu insurgere neque malefactoribus ullis adherere audeant, sed in fide et fidelitate nobis et sacre corone nostre debita perseverare perpetuo et permanere debeant, alioquin presens nostra gracia eisdem minime videatur suffragari.

Quocirca fidelitati vestre h(arum) s(erie) committimus et mandamus, quatinus amodo deinceps prefatos t(alem) et t(alem) in personis aut rebus et bonis eorum premissorum occasione nullo modo impedire aut turbare, sed nec aliis perturbari permittere audeatis nec sitis ausi modo aliquali p(resentibus) p(erlectis) <exhibenti restitutis>!

Datum etc.

36: In primordio textus maioribus litteris gracia malefactorum || 9 recte iidem || 12 d omum corr. || 14 post in del. proventibus

Iosephus Steck organista patrem suum certum facit cruciferos domum proficisci noluisse, plus quam centum nobilium interfecisse et a magnatibus proscriptos esse eos, quibus plebem civitatis adiungi auxilium laturam fertur, ut viribus unitis nobilitatem regni totam invadant.

In charta 28,5×21 cm (v. in tabula exemplarium no 44).

Sigilli fragmentum viridi cerae impressi scidaque tecti anularis, quod litteras olim clausit. Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47076 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Kyndlich lieb vnnd alzeyt gut willige gehorsomkeyt.

Wyst meyn herr votter, daz ich icz von Gottes genoden frisch vnd gesundt pyn, daz wer mir eyn pesundere freudt von euch czu heren, daz ir auch frisch vnnd gesundt wert etc.

⁵ Wysset meyn herr votter, daz ich euch om negsten hob geschriwen bey meister Paul ffleisch hocker; ich nit weys ob euch der priff ist worden oder net; won ich euch al meyn meynung dorin hob geschriwen, so euch es gefallen wirt oder nit, wye ir mir wert eyn ontwort schreywen.

¹⁰ Dornoch wil ich euch folgendes: wisset meyn herr votter ich wolt euch geren vyl neuwer mer schreywen von den kreucz herren wyen in get; sunder als ich vorstee von den lont herren so dye kreucz herren nit wolden obczigen, so wolden dye lont herren czu in czigen wolden sye al dor schlogen won sye stuen grossen choden vnnderschlogen fyl edl leudt. Als ich verstee ver fil gutten leutten daz sy mer don 100 edl leut howen ¹⁵ erschlegen in dem nider londt vnd vor in nimonez tor aus noch eynczigen.

Item mer wisset meyn herr votter, das die lont herren howen lossen auf der schron ausschreyen so dy kreucz herren nit werden heym czihen vnd der eyn kreucz herren dor schlegst oder fing, der het gros ob lossung ²⁰ der synd vnd von pey vnd von schuld. Vnd do das diz gemeynfolk hot in der stot geheret, so lauffen dy kreucz herren vnd daz pauerfolk czu som in daz feld vnd wellen oneynonder helfen. Vnd wellen {wellen} wider dy edl leudt schreyten.

Icz nit mer, sunder Got sey mit euch.

²⁵ Gewen om freytag noch assensio Domini 1514.

Joseph Stek organist
truwer sunn

In dorso: Dem ersomen weyssen herren Walthisar Stek. Icz stotschreywer auf der Schemecz, meynem lywen herren vnnd votter in seyn hondt.

37: 4 post gesundt del. pyer || 7 post ich supra scr. et del. hob || 8 post ontwort del. wort || 10 vyl]fyl corr. || 15 londt]loadt corr. || 20 der supra scr. | post synd del. der | vnd von supra scr.

Iohannes Bebek rogat, ut Michael Kakukk iudex civitatis Cassoviensis ei arma et milites auxilio mittat.

In charta 21 × 27 cm.

Sigillum nigrae cerae impressum scidaque tectum anulare.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 929.

Egregie vir amice nobis honorande!

Post salutem misimus aliquas litteras vestre dominacioni nobis hys proximis diebus delatas, ex quibus bene intelligere potest eadem, quibus regnicole calamitatibus per cruciferos opprimuntur, quorum insultibus
 5 de voluntate fratrum et amicorum nostrorum, dominorum ac ceterorum nobilium in diversis comitatibus prope circumiacentibus commorancium resistere et obviare dietim nitimur. Hys enim diebus proxime venturis congregamur Agriam capitaliter et cum gentibus nostris ac reverendissimi domini episcopi Agriensis, ast etiam cum nobilibus quinque comitatuum;
 10 indeque proficiissimur, {quod} prefatos cruce signatos ubique eos trucidantes, donec ipsorum rabiem delere poterimus.

Rogamus igitur vestram dominacionem una cum fratribus et amicis nostris prefatis, ut aliquos pedites cum pixidibus et aliis armis in auxilium nobis mittat eadem necnon et pulveres bombardarum, sicut et nuper
 15 pecieramus, unam masam ac quitquid pro eisdem pulveribus optatis, vestre dominacioni remitemus atque unum tubicinem mittere velit vestra dominacio ceterique domini cives Cassovienses.

Et que reliqua sunt, huic discreto viro Emerico presbytero capellano nostro, quem ad revidendum et consolandum filium nostrum carissimum,
 20 <quem> in gymnasio vestro Cassoviensi erudiendum servamus, misimus, presencium videlicet ostensori, commisimus referenda, cuius dictis et relatibus fides est adhibenda.

Petimus vestram dominacionem, secus non faciatis, de quibus ut regraciari valeamus, una cum predictis fratribus et amicis nostris et in
 25 similibus aut multo maioribus complacere tempore oportuno vestre dominacioni. Optamus valere felicissime vestram dominacionem!

Datum in castro nostro Zendrew die Dominico inter octavas festi ascensionis Christi anno Domini millesimo quingentesimo quarto-decimo.

30 Iohannes Bebek
 de Pelsewcz etc.

In dorso: Egregio domino Michaeli Kakukk iudici civitatis Cassoviensis, amico nobis honorando.

38: 6 ante comitatibus del. comitatibus || 21 post ostensori del. aliquid | referenda supra scr.

Capitulum ecclesiae Posoniensis litteris Thomae Bakócz cardinali Strigoniensi propter insurrectionem rusticorum non exhibitis ab eodem quasi intercessore contra inimicos suos auxilium petit.

In charta 30 × 41 cm.

Sigilli fragmentum flavae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis privatum, capsula G f. 1 no 25.

Ed. *Magyar Sion* 1 (1863), p. 878 (partim).

Oracionum suffragia devotarum cum omni obedientia! Reverendis-
sime et graciosissime domine!

Maii 24 Istis diebus puta in vigilia festi ascensionis Domini proxime preteriti
reverendus dominus Nicolaus prepositus noster nobis in sacristia capi-
5 tulariter congregatis exhibuit et presentavit certas litteras v(estre) r(everendissime) d(ominacionis) missivas nobis loquentes, quas nos cum omni
humilitate et reverencia accepimus et earundem copiam hic presentibus
recludentes d(ominacioni) v(estre) r(everendissime) ad hoc, ut summa rela-
cionis nostre exinde clarius appareat, transmittimus. Ad easdemque
10 respondententes dicimus verum esse olim inter predecessores nostros et
prepositos istius ecclesiae Posoniensis multiplices lites fuisse habitos, sed
occasione litium huius modi non nostri predecessores, sed ipsi prepositi
iura capitularia diripientes dederunt, prout ex instrumentis sententiarum
et processuum per capitulum reportatarum bene et clare apparet et
15 quitquid inter illos emersum fuit antiquitus, nobis id ascribi non potest
eciam si eos delictum fecisse constare posset, quod non creditur, quia
nemo pro alterius delicto puniri debet. Iurgia autem et lites, que inter
nos et prefatum dominum Nicolaum prepositum nostrum superioribus
annis excitata erant, non alia ratione factum erat, nisi quia v(estra) r(everendissima) d(ominacio), ut credimus, ad importunam instanciam eiusdem
20 domini nostri prepositi super talibus, qualibus suis querimoniis et narra-
cionibus plures litteras suas preceptorias nobis preiudiciales concesserat,
quas perferre nequientes nec volentes apud v(estram) r(everendissimam)
d(ominacionem) super gravamine vigore illarum litterarum nobis illato et
25 inferendo supplicaveramus. Unde commissum fuerat, ut coram v(estra)
r(everendissima) d(ominacione) tam ipse dominus prepositus quam nos
hinc inde compareremus et materias dissensionum v(estra) r(everendissima)
d(ominacio) per se ruminare vellet. Cumque istic Strigonii nos iuxta talis
modi commissionem v(estre) r(everendissime) d(ominacionis) certos fratres
30 nostros pro hoc negotio sisti fecissemus, ipsum negocium eadem v(estra)
r(everendissima) d(ominacio) certis iudicibus commissariis delegavit.
Coram quibus fere quatuor annis egimus et nos defendimus et sententia inter-
veniente neuter nostrum victor aut victus fuit sicque omnes expensas
amisimus sic rursus contingi posset. Modo autem inter prefatum domi-
35 num prepositum et nos nulla lis pendet nec credimus eum in aliquo offen-
disse, super quo d(ominacioni) v(estre) r(everendissime) debebat conqueri,
quia non suum esset, sed nostrum conqueri, cum multa ab eo paciamur
preiudicia eciam dampnifera, que non ex privilegiis nostris et litteralibus

instrumentis aut eorundem tenoribus, sed ex declarativa relazione et
40 informacione elici et intelligi poterunt, quoniam tempore, quo privilegia
dictabantur, de futuris contingentibus veritas determinari non potuit,
sed de negociis eotunc ventillatis et tamen propter bonum pacis hucusque
o[mnia] ipsius domini prepositi contra nos acta pertulimus nec vellemus
querimoniis v(estre) r(everendissime) d(ominacionis) animum perturbare et
45 — ut premiss[um est] — quia nulla lis inter nos pendet aut ventillatur,
nescimus, que causa seu occasio nos necessitaret ad edendum nostra
privilegia seu instrumenta et quem effectum exinde consequi possemus
et alias cum sit incautum et onerosum omnia privilegia propter di-
50 discrimina viarum deferre. Scimus nos valde necessarios ad edendum nostra
privilegia contra Comites de Sancto Georgio etc. Si haberemus iudicem,
quem illis privilegiis informarem ecclesiam nostram et nos minus
iuste fuisse spoliatos, sed iudices non sunt et qui sunt, existunt negli-
gentes adeo, quod si iter ad sedem divinam corporeis gressibus preberetur,
essemus parati ad ipsam appellare et causam advocari facere; ubi
55 autem dominus prepositus pretendit sibi iniuriam a nobis fuisse illatam,
non turbet nos talibus conquestibus extrajudicialibus et litteris obrepti-
ciis, sed experiatur in iure et respondebimus sibi super suis accionibus
ita, ut et ipse nobis respondeat, si reconvenerimus eundem.

Communiter principes regnorum, cum supervenerint externa bella,
60 dissensiones internas palliant et velant ac bellis externis obviant, sed
dominus prepositus econtra dissensionem ecclesie, cuius condicionem
meliorem facere teneretur contra externos hostes et malefactores ecclesie,
negligit et internas dissensiones sine bona ratione querit et quid ipse
dominus prepositus verbis vacuis et inanibus aures v(estre) r(everendis-
65 sime) d(ominacionis) obtundit et per medium preceptorum v(estre) r(eve-
rendissime) d(ominacionis) quod tractatibus nostris cum eo communibus
interesse velit, si pluries et quam frequentissime vocatus inventus calvis et
frivolis suis excusacionibus intrare et interesse recusat, quod certe nobis
valde grave et molestum est. Nos solos intendere curis et ipsum tantum-
70 modo tollere commodum et sic ipso negligente nos prout non debemus, ita
nec negligere volumus. Salvis privatis nostris tractatibus, que ipsum do-
minum prepositum non tangunt; querimonie igitur domini prepositi in
hys et aliis habent se iuxta vulgare proverbium, quo dicitur percussus
baulat in percussum. Nam nos percutimur et plorare non permittimur de
75 canonicatu autem per v(estram) r(everendissimam) d(ominacionem)
eidem domino preposito collato, qualiter res se habeat, idem eandem
v(estram) r(everendissimam) d(ominacionem) doceat aut docebit.

Supplices igitur et humiliter recurrimus ad d(ominacionem) v(estram)
r(everendissimam), quatinus eadem ommissis non necessariis et minus
80 arduis, pocius velit se interponere pro defensione ecclesie nostre contra
comites quorum facta sunt satis excruciosa. Eandem v(estram) r(everendis-
simam) d(ominacionem) Altissimus conservet longevum in prospero statu.

Ex collegio nostro Dominica inter octavas ascensionis Domini anno
eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

85 Eiusdem v(estre) r(everendissime) d(ominacionis)
humiles et devoti capellani

canonici et capitulum ecclesie Posoniensis

In dorso: Reverendissimo in Christo patri et domino Thome cardinali Strigoniensi necnon patriarche Constantinopolitano ac legato de latere etc. domino nostro gratiosissimo.

Iste littere fuerant misse domino reverendissimo, sed quia erat valde perturbatus propter insolencias et homicidia, que fiebant per cruciferos et signanter propter mortem episcopi Chanadiensis, quem traxerant ad palum atque eciam quam plures de nobilibus potioribus etc., ideo non fuerunt eidem exhibite, sed reportate. Nec amplius fuimus super hic contentis molestati. Reposite sunt ergo hic, ut successores sciant se resolvere, dum similiter contingeret.

1514 Maii 28 — Buda

40

Franciscus Vajai ad Emericum Vajai canonicum Varadinensem scribit a se propter tumultum quandam causam prorogatam esse.

In charta 22 × 29 cm aqua maculata lacerataque.

Sigilli vestigium viridi cerae impressi anularis, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 73360 (ante: Archivum familiae Mérey).

Venerabilis domine frater observandissime!

Litteras d(ominacionis) vestre sane quoad omnes clausulas intellexi, tamen littere relatorie citacionis tardissime venerunt; redite michi sunt die Veneris nunc preterita, terminus autem citacionis erat feria tertia preterita; procurator autem domine Sophie in tempore descenderat et in termino ipsius citacionis cursitabat ad omnes auditores protestans, quod ipse paratus esset nobis respondere, sed nos essemus imparati petens se absolvi ab inpeticione nostra, ipse autem nesciebam, quid essem factururus fingens sibi nunc unum nunc aliud. Postea venerunt ad me nonnulli nobiles videlicet Iohannes de Apagh, Benedictus Kanthor, Ladislaus Dersy, Stephanus Ibrany petentes causam statu in eodem, in quo nunc pendet, per me differri.

Itaque cum propter absenciam litterarum relatoriarum tum eciam propter presentem tumultum et sedicionem tocius regni prorogavi causam ipsam ad festum beati Michaelis archangeli nunc venturum ipse quoque magister Stephanus Ibrany suam causam cum filiis Kanthor ad festa omnium sanctorum distulit, volunt enim — ut fertur — ut sedes legati ad aliquod tempus propter presentem tumultum cesset, sub hac enim condicione prorogavi, ut modo, quo meliori possunt, nobiscum concordabit. Dictus Iohannes Apagy mediavit se et dixit, quod non erit amplius superinde litigandus.

Condam Thomas Pethenyehazy obligabatur michi florenis quinquaginta in auro, sed condam soror nostra ignoro, si decem et octo vel viginti michi ex illis ***niam miserat bene domino David Wayay fratri nostro constat d(ominacio) vestra pro [de]bitis iuris et pro expensis, quos superinde fecimus, accipiat XXXVI florenos in puro auro alias habere nolo,

39: 91—97 *alia manu*

40: 9 *post facturus del. fig* || 12 *post me del. distuli* || 23 *post decem del. vel* || 24 *lac. 5 litterarum*

sine tamen debitis d(ominacionis) vestre de dote et [re]bus paraaffernalibus d(ominaciones) vestre videant *** conquestus contra fratrem Demetrium ***ba expedivi, quas d(ominacioni) vestre remisi.

30 Barnabas Wamos concanonicus vester sollici[tat] negocium suum apud omnes dominos mirum nondum, omnem enim iacturam suam impu[tat] d(ominacioni) vestre et conqueritur de eadem, omnibus dicit, quod toto posse suo vult se ipsum contra d(ominacionem) vestram in omnem eventum tutari.

35 Preterea scribit michi d(ominacio) v(estra), quod ipse haberem litteras expeditorias super solucione dotis de Waya. Reducatur in memoriam d(ominacionis) vestre, quod licet ego habebam, tamen sunt iam duo anni et ultra cum ego per obitum prioris domini mei domino ***cabam propter securiorem conservacionem earundem in domo dominorum de capitulo

40 hic Bude d(ominacioni) vestre restitui, eadem habere facultatem perquirat in ladulis suis, alie enim littere, que apud me sunt *** hee littere super possessione Petherd et alie causales d(ominacionis) vestre contra Wanchody, Mathe Arthandy, Sigismundum Thorday necnon littere contra Chasy domine Katherine et alie causales, tamen octave nunc non celebra-

Aug. 13 buntur, dilatatum est ad vigesimum diem festi beati Iacobi apostoli nunc venturi.

Ceterum ignoro, quid erit faciendum, dominus meus prepositus iturus est peregrinacionis causa ad Loretum et alia loca sancta, unde — ut

Nov. 1 arbitrator — ad festa omnium sanctorum non redibit, sigillum regium ubi

50 relinquetur, ignoro.
Ceterum scribit michi d(ominacio) vestra, quod misisset centum denarios pro excipienda bulla sive conquestus tamen expensas, quas d(ominacio) vestra huic Benedicto familiari suo dederat, propter viarum discrimina — prout ipse michi retulit — exposuisset, assignavit michi denarios L.
55 Litteras autem ipsas a pessimis Italis redemi omnibus computatis florenis II minus denariis X.

Preterea scripseram d(ominacioni) vestre proxime pro uno bono adlescente, ut michi eadem quereretur, qui esset bonus et de nobili genere, ut possem tute res vel pocius reculas meas interim committe[re], quesivit
60 d(ominacio) vestra necne, ignoro, rursus eadem peto, ne obliviscatur.

Nova habemus communia cum d(ominacionibus) vestris et — ut reor — hic peiora quam illic, hys enim proximis diebus non erat eciam in plateis tutum ambulare.

Reliquum est, quod si d(ominacio) vestra personaliter descendere ad
65 Waya pro nostro communi negocio non poterit, saltem det informacionem domino David fratri nostro, quid sit facturus ad futuras octavas festi beati Iacobi. D(ominacio) vestra, si celebrabuntur, invigilet, quoniam fortasis propter absenciam domini mei domini prepositi, nescio ubi ego tunc constituar, tamen si ero hic Bude, invigilabo, d(ominacionem) quoque
70 vestram superinde certam reddo. Reliquum est, quod d(ominacionem) vestram felicissime valere opto!

Bude die Dominico post ascensionis Domini 1514.

Franciscus Wayay etc.

28 lac. 3 litterarum || 29 lac. 1 litterae || 38 lac. 3 litterarum || 41 lac. 3 litterarum || 62 post non del. licebat | erat supra scr. || 70 post reddo del. bo

In dorso: Ad manus venerabilis domini Emerici de Waya canonici ecclesie
75 Waradiensis domini et fratris mei observandissimi Waradini presententur.

1514 Maii 29 — Buda

41

Vladislaus II rex Hungariae comitatu de Valkó mandat, ut per singula capita contra cruciferos insurgere et Emerico Perényi palatino Hungariae adhaerere debeant.

In charta scriptae sigillo sub textu consignatae esse videntur litterae.

Sign. Archivum Croatiae (ante: Archivum Hungariae Nationale: DL 32759, ubi copiam earundem litterarum photographiam invenire potes, antierius: Acta publica f. 31 no 46).

Ed. *Epistolae*, no 40. — *Documente* II/3, no 150. — *Történelmi Tár* 5 (1904), p. 220.
Ann. Litteras in Archivo Croatiae reperire non potuimus.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris comiti ac vicecomiti et iudicibus ac toti univesitati nobilium tam possessionatorum quam eciam unius sessionis comitatus de Walko salutem et gratiam!

5 Planum est iam et apertum ad quantam temeritatem et insolencias rustici et populares in toto hoc fere regno nostro sub nomine cruciate progressi sunt quove malignitatis animo insurrexerunt domos nobilium evertentes et conflagrantes bona eorum diripientes et insuper personas quoque ipsorum, — ubi possunt et valent — misere interficientes, pro
10 quorum malefactis reprimendis volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatinus per singula capita vestra una cum omnibus familiaribus vestris meliori — quo poterit — numero insurgere ac vos movere et quo fidelis noster spectabilis et magnificus Emericus de Peren comes perpetuus Abbwywariensis ac regni nostri Hungarie
15 palatinus, cui superinde nunciavimus, vos cum presentibus requisierit, mox ire et proficisci et quicquid idem dominus palatinus in hys faciendum vobis dicet, facere et exequi modis omnibus debeatis et teneamini, quo huius modi temeritas popularium extingatur. Aliud igitur nullo modo
facere presumatis!

20 Datum Bude feria secunda proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: 1514 de cruciferis.

Vladislaus II rex Hungariae dominis cuiusdam comitatus mandat, ut statim insurgant et ad eum confluant.

In libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 208 r.

Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Ann. Mandatum istud, si ad res tempore insurrectionis gestas pertineat, post litteras regis die 29 Maii anno 1514 editas, quarum mentio hic fit (v. no 41), datum esse censemus.

Wladislaus etc. fidelibus nostris universis et singulis dominis prelati-
baronibus, nobiles et alterius cuiusvis status et condicionis possessio-
natis hominibus sed et predialibus quibuscunque ubivis in comitatu t(ali)
constitutis et existentibus presentes nostras visuris, lecturis seu auditoris
5 salutem et graciam!

Proximis his diebus scripseramus vobis, ut per singula capita vestra
insurgere et cum fidele nostro spectabile et magnifico Emerico etc. una
ad nos venire citissime deberetis, nunc autem quoniam summa necessitas
exigit, ut quam citissime recta t(huius) veritatis eius t.

10 Propterea misimus hunc t(alem), ut celerimo cursu inter vos cum pre-
sentibus nostris litteris percurrat et omnes vos levet atque igitur ad
nos citissime venire faciat.

Volumus igitur et fidelitati vestre harum serie firmissime sub nota per-
petue infidelitatis et amissionis omnium honorum et rerum vestrarum
15 committimus et mandamus, quatenus statim visis presentibus per sin-
gula capita vestra insurgere et ad nos dies et noctes confluere debeatis,
ut hinc possumus Dei et vestrum ac aliorum fidelium nostrorum auxilio
hostium vires, que ad istas partes congregatae sunt, comprimere et
extinguere, quibus extinctis et profligatis facile postea reliquias earun-
20 dem superare potuimus. Nam alioquin nisi citissime veneritis, omnium
bona et hereditates tanquam infidelium aliis conferemus, res vero mobiles
eciam illis dividemus et in medium illorum distribui et confiscari faciemus,
qui venerint et in tanto omni periculo eiusdem mandatis nostris parcerint
prout lacios vos per prefatum hominem nostrum vobis nunciavimus,
25 cuius dictis in hoc fidem adhibere et ea, que t cause nostri t dixerit,
facere et exequi citissime debeatis et teneamini et aliud, prout bona et
res vitam denique vestram amittere cupitis, in his nulla ratione facere
presumatis presentibus perlectis etc.

42: 9 recte: huc ad nos veniat is cf. no 71 versus 27 || 11 vos supra scr. || 24 recte:
lacios post inser.

Praelati et barones ceterique nobiles et proceres Hungariae a Bartholomaeo duce de Münsterberg auxilium contra insurgentes rusticos petunt.

In charta scripta esse copia eiusdem temporis simplex ex copia photographica videtur. Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwartzberg, Historica no 3608.

Reg. Palacký, *Geschichte von Böhmen* V/2, p. 302 (Germanice).

Illustrissime princeps domine et amice nobis honorandissime salutem et amicitiam paratam!

Quoniam preter omnium opinionem et expectationem in regno nostro Hungarie tanta multitudo rusticorum nostrorum ita repentina insurrexit, ut nulla ratione neque regia maiestas dominus noster graciousissimus neque nos ita subito viribus ipsorum resistere possumus et cum tanta quidem rabie et furore agunt, ut quod neque auditum neque in historiis lectum antea est, adeo quod totam nobilitatem una cum universis dominis delere et penitus extirpare parant, parant et nituntur et quia sub uno principe et uno domino sumus mutuaque amicitia et benivolencia semper usu sumus — intelligimus autem illud dominationem vestram paratas gentes habere — idcirco rogamus tandem, ut regie maiestati et huic regno in hoc exilio extremo una cum eisdem gentibus opitulari et auxilio oportuno adesse velit, †tale enim extremum et perniciosissimum et detestabile et ab omnibus formidandum†.

Nos una cum regia maiestate — quantum possumus — congregabimur, sed quia contra tantam multitudinem ita subito cum sua maiestate non sufficimus, quapropter rogamus d(ominationem) v(estram), velit sue maiestati et huic regno hoc tempore succurrere. Propter⟨ea⟩, si unquam aliquis casus contigerit, in quo d(ominacio) v(estra) auxilio egerit, nos vice versa d(ominacioni) v(estre) succurremus et parem vicem respondere volumus, quam et feliciter valere optamus.

Datum Bude feria IIII proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem M^o V^o XIII^o.

25

Praelati et barones ceterique
nobiles et proceres regni
Hungarie nunc aput regiam maiestatem
constituti etc.

Titulus: Illustrissimo principi domino Bartholomeo duci de Minsterberg et domino in Comoca domino nobis honorando.

43: 11 post illud del. p || 13 post gentibus del. aliquid || 14 forte exsilium om.

Cassoviensis civitas Bartphensibus a se nobiles, qui cum famulis suis rusticos insurrectos fugerant, in civitate immissos esse et se mandatum regis de tumultu praestolari respondit.

In charta 21 × 23,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit.
Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4431.

Wnseren fruntlychenn grueß bevor.

Erßame weyße herren, wnser gunstige frundt wnd nachbaren!

Noch dem wñß ewer wülden schreybt wnd pyett, das wyr yecz yn dem lawff wnd auffrür de creuczyger ewer wülden schryftlich wnder-
5 rychten sullen, wnd rottgeben, wye sich ewer wülden kegen den edel-
lewten halten wnd ercheygenn sult; thue wyr ewer wülden czw wyssen,
das wyr dy edellewte hye wmylgend yn wnsere statt eyn gelassen haben,
wnd synt bey wñß myt weyp wnd myt kynderen, wnd wyr leben myt
10 yen fruntlich, als wyr alleczeyt gethan haben, wye wol sy wñß auch
angelangt haben wnd gebetten yen beystandt czw than. Habe wyr yen
czw gesagt alßo weýt, alls wyr durch bryeff kónyglycher maiestet wnder-
weyset wurden seyn, wen byß auff dysen tag habe wyr keyne bryeffe
entphanen.

Do myt spar Got ewer wülden, yn gesundt.

15 Gegeben czw Cascha, am mytwoch vor penthecosten anno 1514.

Rychter wnd rattmannen
der statt Casscha

In dorso: Den erßamen weyßen herren rychter wnd rattmannen der statt
Bartpha, wnserenn gunstygen frundenn wnd nachbarenn.

*Franciscus Bagoly campi ductor cruciferorum a Michaele Kakukk iudice civi-
tatis Cassoviae quaerit, cur cruciferis iussu regni, papae et Thomae cardinalis
Strigoniensis congregatis minentur et idem insurgere infidelibus iudicem ac cives
Cassovienses hortatur.*

A in charta 21 × 22,5 cm.

Sigilli fragmentum viridi cerae impressi anularis, quod olim litteras clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzbachiana, no 936.

Ed. Századok 6 (1872), p. 440.

B in charta 21 × 28 cm aqua maculata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4430.

Serviceia promptissima debito cum honore! Egregie domine semperque
colende!

En intellexi ex relatibus certorum proborumque hominum, quod me
minaretis. Profecto ignoro propter quam causam mihi minas nunciatis,

44: 12 post dysen del. aliquid

⁵ quia minime contra vos commiserim. Ideo velim scire certissime a vestra dominacione, cur me cum meis amicis et cruciferis, imo ex voluntate tocius regni ac voluntate sanctissimi pape necnon reverendissimi archiepiscopi domini Thome de Strigonia congregatis minas nunciatis. Quum non mihi necessario contingeret omnes cum meis amicis et cruciferis,
¹⁰ hinc illinc ambulare et — ut verius dicam — discurrere, nisi mihi commissum a reverendissimo domino archiepiscopo non esset ac preceptum eius nullo modo molior frangere, sed preceptis eius omni conatu volo obtemperare ac satisfacere. Ideo magis vellem, quod non talia denunciaretis et contra fideles servos sancte crucis minas mitteretis, imo pocius
¹⁵ decens et honestum esset, uti et vos cum totis viribus vestris contra perfidissimos Christiane sanguinis sicientes insurgeretis et regnum hunc protegeretis. Insuper velim scire et intelligere, si vestre egregietates volunt adiuvere regnum hunc, an contra hunc regnum insurgere et preceptis sanctissime pape non obedire, an obtemperare vultis. Ideo magis
²⁰ conveniret, quod hii, qui incolunt egregias ac liberas urbes ac civitates, protegere hunc regnum conarentur, quam destructioni huius regni gaudere. Ceterum, si liberis civitatibus meis cum amicis ac cruciferis necessario essem ac protegere oporteret, certo scitote et presentibus testor, quod omni conatu eos adiuvere vellem et volo et cum omni fidelitate
²⁵ hunc regnum protegere volo.

Ex Gonch feria quarta ante octavam ascensionis Domini anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto etc.

Franciscus Bagol
campi ductor cruciferorum

³⁰ *In dorso:* Egregio domino Michaeli Kachwk iudici civitatis Cassoviensis omnes cum eius civibus honestissime presentetur.

1514 Maii 31 — Cassovia

46

Civitas Cassovia Francisco Bagoly de Liszka respondit se cruciferis non minatam esse et Thomae Bakócz cardinalis Strigoniensis litteris, quibus cruciata revocata sit, appellatis admonet cruciferos, ut ad propria discedant.

In charta 21 × 30 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 282.

Ed. Századok 6 (1872), p. 441. — Történelmi Tár 5 (1904), p. 164.

Provide vir nobis dilecte!

Accepimus literas tuas et tuorum sequacium nobis transmissas, quibus scribis nos tibi et consociis tuis minas imposuisse. Scito nos neque tibi neque cuiquam alteri minatos esse. Nos eciam hactenus nunquam habiti
⁵ sumus neque in posterum inveniemur apostolicis mandatis aut regno restitisse aut non optemperasse. Et si que apostolice bulle vel litere nobis

45: 6 immo *ubique* B || 8 nunciatis B || 13 optemperare *ubique* B | ac]et B | -nunciaretis B || 16 *recte*: Christiani || 18 *recte*: regnum hoc *ubique* || 26 Gwncz B | Domini² om. B || 27 1514 B || 30 Kakuk B

allate fuissent, aliter quam vos in his negociis procedere sciremus. Istud tamen nobis evidenter constat et binas literas reverendissimi domini Thome archiepiscopi Strigoniensis etc. accepimus et vidimus, in quibus
¹⁰ singulis universisque ecclesiarum parochialium plebanis et eorum vices gerentibus ubivis locorum constitutis ac denique tam spiritualibus quam secularibus rectoribus sub pena excommunicationis de facto incurrenda mandat, ut cruciatam in his superioribus huius regni partibus et aliis quibuscumque in locis preterquam in civitatibus Buda et Pescht promulgatam et proclamatam revocent, retractent et nullam esse declarent,
¹⁵ qui si admonicionibus et mandatis his non paruerint et a talibus congregacionibus et conventiculis non cessaverint, publice in eorum ecclesiis excommunicatos denuncient — et si opus fuerit — etiam adversus eos brachium seculare adhibeatur.

²⁰ Quare nos fideliter vobis consulere cupientes vos per presentes admonitos esse volumus, ut pacifice et tranquille ab invicem separemini et quilibet vestrum ad sua propria facta et habitacula revertatur, ne vos periculum vite et bonorum vestrorum amissionem incurratis. Quod autem scribis te cum sociis tuis, si opus est, velle protegere et tutari regnum et
²⁵ liberar civitates, scias igitur nos semper maiori fidelitate regno et sacre corone — ut omnibus palam est — astitisse, quam tu aut tui sequaces, aliter enim regnum et civitates tutari et defendi debent, quam tu arbitraris. Habes igitur mentem nostram, quod si consiliis nostris acquiescere cum tuis sociis volueris, bene et consulte factum censebitur; alioquin vos
³⁰ non lateat, quod magnates huius regni et presertim in his partibus contra vos expedicionem parant armaque movere intendunt. Si vero vos, qui iam inique et perniciose per sacerdotes et monachos, quibus nulla fuit autoritas cruciatam promulgandi et cruces distribuendi, seducti estis et formidine dominorum vestrorum ad sedes proprias remeare non aude-
³⁵ tis, nos viam et modum in hac re inveniemus iuxta facultatem nostram ne impediamini, si nostro consilio uti volueritis.

Datum Cassovie feria quarta ante festum pentecosten anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Iudex et iurati cives civitatis Cassoviensis

⁴⁰ *In dorso:* Providis Francisco Bagol de Lyszka ac suis sequacibus, amicis nobis dilectis.

1514 Maii 31 — Buda

47

Albertus Rendl vicecamerarius Henrico de Riesenburk se ipsum cum Vladislao II rege Hungariae timore tremoreque affectum in arce Budensi propter multas novasque atrocitates cruciferorum longe et late enarratas sedere scribit.

In charta scripta esse videtur copia eiusdem temporis simplex ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica no 3608 b.

Reg. Palacký, *Geschichte von Böhmen* V/2, p. 302 (Germanice).

Urozený pane Jindřiše, příteli můj milý, od starodávna přiezeň a upřímnú lásku!

Toto jistě vězte, že po vašem odjezdu divně se mele, že my s Čížkem v strachu sedíme v Budíně s králem J^oM^u, nebo sedláci nemale ale ochotně **Maii 24** dobývají teď nyní místa dobrého a tvrže dobili feria IIII po vašem odjezdu. A bylo na tom místě drahně lidí, několiko tisíc; pan patryšdban s svým houfem, čemacký biskup na kuol vstrčen, jakýs malý Raffazy Petr, ten dával L M^o aby jej živili, mušel před se; Lukáč, kterež najznamenitější byl po patryšdbanovi a vostatek čistých mužův, najznamenitějších mužův, zbito několiko M^o, budiž bohu žel, a patryšdban ten ¹⁰ jedva do jakés chalupy utekl, ještě o něm nevědie, zuostal-li jest živ čili zabit; již táhnú městečko od městečka, ves ode vsi, pálie, berú, bijí, na kuolí vstrkají, pod se lid podmaňují, aby k nim přistupovali, a kto nechce, zabíjejí, krále sobě zvolili, biskupy sobě zvolili, probošty a jiná ¹⁵ jména uherských pánuov patryšdbána, a mají peněz dosti i slyším, že svému králi potreby, stuól i kredenz a mají stříbra dosti i vzali v té porážce v jakýms klášteře a v tom místě za třicet sto tisíc, budiž toho bohu lito; mějte se dobře.

Datum Bude feria IIII post ascensionem Domini anno etc. V^o XIII^o.

circa 1514 Maii 31

48

Matthias Künisch capellanus Georgio marchioni Brandenburgensi de pugna ad Nagylak refert.

In charta scriptae et sine sigillo subscriptioneque esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1052/4.

Ann. Relationem hanc circa litteras alias die 31 Maii anno 1514 emissas (v. no 47), quae de eisdem factis ac haec relatio referunt, datam esse credimus.

Mag ewer furstlich gnod merckenn, ob wyr vntreulich dy weyl dy knecht woltenn gehandelt habenn.

Zo wyr dem Czekell Georgenn siben her phan abgeschlagenn vnd geschoffenn habenn. Vorderlich des Bathorj Istwans phan den guldenen, ⁵ den ym konielich maiestat zu der hauptmannschafft der vntern tail diß landts hoth gebenn, den haben wyr drey tag mit andern ym schloß gehabt, wan der Czekell Georg heth yn ym zu Nadlag abgeschlagen.

Worlich wer der wayda ym an drey tagen nicht zu hilff komen, sy hettenn Temeßwar gewaltig gewonnen. Zo her doch wol drithalb tausent ¹⁰ man doryn gehabt hat zu der werhe. Ich geschweig, wie selb vierzehenn; ewer gnaden gedenck an muglikayth etc.

Thomas Kecskés de Aszaló et Laurentius Mészáros de Megyaszó principes cruciferorum nominibus Leonis X papae, Vladislai II regis Hungariae et Thomae Bakócz cardinalis Strigoniensis indulgentias in bulla eiusdem papae expeditionem cruciatam publicanti expressas summam promulgant.

In charta 22×32 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 293 (ante: Collectio Schwartzbachiana, no 925).

Ed. *Századok* 6 (1872), p. 440.

Ann. Litteras has post publicationem et ante revocationem expeditionis cruciatæ datas esse habemus, attamen qua die, nescimus.

Ex divina providencia Leo papa decimus serenissimusque princeps divina gracia rex Wladislaus regni Hungarie, Bohemie, Sclavonie, Croacie necnon reverendissimus in Christo pater et dominus Thomas archiepiscopus Strigoniensis cardinalisque Romane curie necnon patriarcha Constantinopolitanus universis et singulis utriusque sexus hominibus significamus et notum facimus ac in memoriam conducimus de bello cruciferorum, quod nos ex voluntate omnipotentis Dei movere volumus.

Ut qui eos iuvaverint, absolvantur a pena et a culpa.

10 Insuper quicumque homo bona intencione adversus perfidissimos Thurcos decertare velit causa tocius Christiane sedis vel hominem mitteret in persona sua, tunc isti ambo absolvantur a pena et a culpa.

Deinde qui auxilium prestabunt eis equo aut curru aut arma vel pecunia, tales omnes absolvantur similiter a pena et a culpa.

15 †Ac de bulla, que dabitur eis Bude a reverendissimo domino Thoma archiepiscopo Strigoniensi, que durabit sine fine in filios filiorum posterorumque eorum nemo contradicens sub pena excommunicationis†. Si autem aliqui Christianorum intencionem habuerint ad prefata opera misericordie et eos aut pater aut mater vel uxor aut aliqui cognatorum uno dicto vel uno verbo attraxerint a proposito eorum, sunt excommunicati tanquam membra dyaboli et non possunt absolvi, nisi a solo papa.

Qui vero sunt pauperes et istas indulgentias optant, iuvantes secundum vim et integre consequuntur et absolvantur a pena et a culpa.

25 Ac si aliqui questores venerint et velint vi exigere aut accipere pecuniam iniuste ab eis mutuo, tota conventus eorum consurgat adversus eos et si omnes interemerint, nullum detrimentum patientur.

Qui autem post duxerint victualia et alia, in nullo loco teneantur thesaurionum persolvere et unius ovi valorem male aut sine precio accipere, sed omnia persolventur.

30 Licet ut honestarum mulierum esset data auctoritas eundi causa Dei omnipotentis, ut cruciferorum camisas lavarent et alia similia cura adhiberent aut qui essent vulnerati, curarent, sed non est licitum.

Principes cruciferorum Thomas
Keczkés de Azalo, Laurentius
Mezaros de Megyazo

Ignotus belliger cruciferorum Michaellem Hetelei castellanum castrum Tokaj nominati rogat, ut cruciferos in carcerem inclusos vivos teneat, dum ipse belliger eos iudicabit.

In charta 22 × 23 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 299.

Ed. Századok 6 (1872), p. 442.

Ann. Litterae istae ante expeditionem cruciatam ob excessus cruciferorum hic etiam dictos revocatam datae esse videntur.

Servicia accomodatissima debita cum diligencia! Egregie domine nobisque colende!

Intelleximus ex relatibus nonnullorum, quatinus de fratribus nostris seu cruciferis ausu temerario necasti ac interfecisti et insuper ex eis aliquos tenes carceratos. Ceterum significamus tenore presencium, quod si contingenter aliquis ex fratribus nostris quid mali fecisset, non oportuisset ex eis quemquam necare tua potestate et eos carcerare, sed tenuisses eos ad aliquos dies et iusticiam omnimode administrassemus et de tua opprobria satisfacissemus. Bene de hac re consuleas et cogites, quod contra mandatum sanctissimi pape necnon reverendissimi domini archiepiscopi ac contra totum regnum seu fidem Christianam talia facere ausus es, quod est contra Deum et contra fidem Christianam.

Ideo rogamus, quatinus quos tenes carceratos, eos minime perdere properes, sed eos teneas aliquos ad dies, de hac re iusticiam facere volumus. Quia si eos perdidideris, Deus altissimus ac sancta crux, cuius signum triumphale gerimus in pectore, adiuverit, de qua nullatenus diffidimus nos fratres seu cruciferos quousque unum ex nobis manserit, minime eos relinquemus, sed de opprobriis eorum ulciscemur et omnia bona tua seu possessiones devastabimus et funditus delebimus.

Ex Patak.

Belliger cruciferorum.

In dorso: Egregio domino Michaeli Heteley necnon castellano castrum Thokaj presentetur.

1514 Maio et Iulio mensibus

51

Iohannes Cuspinianus ad dies fastorum de insurrectis rusticis annotat.

Ed. *Mitteilungen des Instituts für Österreichische Geschichtsforschung* 30 (1909), p. 311
Ann. Iohannes Cuspinianus eorundem ad dies fastorum ac Hieronymus Hradessin annotare videtur (v. no 18).

MAIUS Isto mense surrexit quedam incondita multitudo rusticorum cruce signati in Hungaria et fecerunt inauditam crudelitatem.

IULIUS Hoc die captus est Zeckel Georgius capitaneus cruciatorum in Hungaria et occisus.

50: 9 recte: tuis opprobriis cf. vers. 18 || 22 post Michaeli del. de

51: 2 recte: signatorum

Vladislaus II rex Hungariae comitatus Sárosiensi mandat, ut per singula capita contra cruciferos insurgere et Stephano Báthory comiti Temesiensi adhaerere debeant.

In charta 22×23 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 295 (ante: Collectio Schwartzbachiana, no 925).

Ed. *Történelmi Társ* 3 (1902), p. 157.

Ann. cf. no 41.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris comiti et vicecomiti et iudicibus ac toti universitati nobilium tam possessionatorum quam etiam unius sessionis comitatus de Saros salutem et graciam!

⁵ Planum est iam et apertum ad quantam temeritatem et insolencias rustici et populares in toto hoc fere regno nostro sub nomine cruciate progressi sunt, quove malignitatis animo insurrexerunt domos nobilium evertentes et conflagrantes, bona ipsorum diripientes et insuper personas quoque ipsorum — ubi possunt et valent — misere interficientes.

¹⁰ Pro quorum malefactis reprimendis volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus per singula capita vestra una cum omnibus familiaribus et gentibus vestris maiori — quo fieri poterit — numero insurgere ac vos movere et quo fidelis noster magnificus Stephanus de Bathor comes Themesiensis etc. cui superinde ¹⁵ nunciavimus, iusserit vosque cum presentibus requisierit, mox ire et proficisci et quidquid idem comes Themesiensis in hys vobis faciendi dicet, facere et exequi modis omnibus debeatis et teneamini, quo huius modi temeritas popularium extingatur. Aliud nullo modo facere presummatis!

²⁰ Datum Bude feria quinta proxima ante festum penthecostes anno Domini M^o quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Georgius Szatmári episcopus Quinque Ecclesiarum civitati Cassoviensi cruciatam expeditionem revocatam esse et suspensam respondit.

In charta 21×21 cm lacerata, manca aquaque maculata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi anularis, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzbachiana, no 990.

Ed. *Új Magyar Múzeum* 6 (1856), p. 582. — *Történelmi Társ* 1894, p. 184.

Prudentes ac circumspecti domini et amici nobis honorandi!

Consulitis nos, quo in statu sit ipsa cruciata et qualiter se habeat quantumque eidem adherere debeatis? Sciatis itaque quod eadem cru-

ciata nunc est revocata et suspensa, prout ex litteris reverendissimi domini
5 cardinalis Strigoniensis legati apostolici, quas et nos vidimus et cum
presentibus vobis mittimus, plene intelligere potestis.

Propterea isti, qui sub specie et nomine cruciate tot tantaque mala
perpetrant, preter omnem auctoritatem, robur atque veritatem agunt
ac pro se falso nescimus quo maligno spiritu ducti nomine cruce signa-
10 torum usurpant ac propria temeritate et insolencia agunt.

Quid igitur ac quantum de huius modi cruciata credatis atque teneatis,
intelligetis ex huius modi litteris eiusdem domini reverendissimi legati
apostolici sub suo sigillo emanatis.

Ex Buda in octava ascensionis Domini anno eiusdem 1514.

15 Georgius episcopus
Quinque Ecclesiensis etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis
Cassoviensis dominis et amicis [honorandis].

1514 Iunii 1

54

Inhibitio boum a cruciferis abactorum et Cassoviae reperorum.

In libro ex charta 21 × 32 cm confecto.

Annotatio eiusdem temporis in Libro inhibitionum Cassoviae purificata.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, III/2 purificata 4 fol. 314.

Arestum nobilis Briccii de Myndzenth. Feria quinta ante pentecosten
nobilis Briceius de Myndzenth fecit arestum super quattuor boves sibi
per cruciferos violenter adeptos et receptos et apud Iohannem Lanionem
hic in civitate reptos usque ad examen iuris.

1514 Iunii 3 — Buda

55

*Vladislaus II rex Hungariae omnibus mandat, ne Mykolas aulicus regius ad
Georgium Székely iturus impediatur.*

In charta 29 × 22 cm restaurata.

Sigilli vestigium rubrae cerae scripto sub textu impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 32585.

Ed. *Történelmi Tár* 5 (1904), p. 221.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
universis et singulis dominis prelatibus, baronibus, comitibus, castellanis,
nobilibus ipsorumque officialibus, item civitatibus, oppidis et villis
earundemque rectoribus, iudicibus et villicis ac alterius eciam cuiusvis
5 status et condicionis hominibus et quibusvis subditis nostris ubivis in
hoc regno nostro constitutis presentes visuris salutem et gratiam!

Misimus hunc fidelem nostrum nobilem Mykolas aulicum nostrum
presencium ostensorem ad Georgium Zekel, qui nunc contra nos et hoc
regnum nostrum insurrexit, qui quidem aulicus noster, ut tucius et

¹⁰ securius ire et redire possit, volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus dum prefatus homo noster presencium — ut prefetur — ostensor ad vos aut bona et possessiones vestras vel vestri in medium pervenerit, eundem ubique libere, pacifice absque ullo impedimento et perturbacione tam in eundo quam redeundo dimittere et dimitti facere modis omnibus debeatis et teneamini. Et aliud nullo modo facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restitutus!

Datum Bude in vigilia festi pentecostes anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

²⁰ *Dextra supra*: Commissio propria domini regis.

1514 Iunii 4 — Buda

56

Vladislaus II rex Hungariae comitatus Sárosiensi et Vito Fladnycer libero domino de Szalónak mandat, ut insurgant et ad civitatem Pest vel ad Stephanum Báthory congreantur.

A in charta 29 × 21,5 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4432.

B in charta 31,5 × 21 cm aqua maculata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4432.

C in charta 31 × 21 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47079 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis et antierius: Collectio Nicolai Jankovich).

Ed. *Diplomatarium Sárosiense*, p. 22. — *Katona, Historia XVIII*, p. 726.

D Reg. *Iványi, Acta memorabilia*, no 143 (ex archivo familiae Batthyány, Memorabilia 52a).

Ann. Mandatum regis ad Vitum Fladnycer, quod non superest, potest tamen cognosci tenore tenus ex regesto a Béla Iványi confecto, idem fuisse videtur nobis ac si mandatum ad comitatum Sárosiensem, sicut et regia unius eiusdemque tenoris mandata die 15 Iunii anno 1514 ad Vitum et comitatum Abaújváriensem sunt data (v. no 71).

ABC

D

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.
fidelibus nostris comiti ac vice- | <Egregie fidelis nobis dilecte!>
comitibus et universitati nobilium
tam scilicet possessionatorum quam
unius sessionis comitatus de Sáros
salutem et gratiam!

Non est necesse, ut litteris vobis perscribamus, quantas insolencias, enormitates et horrenda facta rustici et populares sub nomine cruciate insurgentes faciunt. Sunt enim talia et tam horrenda, ut nemo satis

¹⁰ explicare poterit. Quare necessarium est, ut citissime tanto malo occurratur.

Quemadmodum igitur in aliis litteris nostris vobis scripsimus ita et presentibus sub pena perpetue infidelitatis ac amissionis omnium bono-

56: 7 literis A || 8 enormitates B | cruciate]cruciferorum A || 10 quare]quarum B | occurratur]succuratur corr. C

rum vestrorum committimus et mandamus, quatenus statim visis presentibus per singula capita et cum maiore numero gencium — quo poteritis — insurgere ac dies et noctes huc ad Pesth in campo una cum aliis fidelibus nostris, quibus scilicet scripsimus, congregari modis omnibus debeatis et teneamini.

Nam nos quoque omnes copias et vires nostras tam externas quam internas eo congregari faciemus, ut sic in unum uniti, quo magis necessarium videbitur, inde vos movere et contra tales malefactores proficisci eosdemque dissipare et extirpare valeamus.

Si vero interea fidelis noster magnificus Stephanus de Bathor comes Themesiensis generalis capitaneus parcium regni nostri inferiorum, cui superinde scripsimus, castra metaret et vos propterea requisierit, ad eundem congregari debeatis, si vero subito castra metari non posset presentesque nostre littere ad vos non pervenerint, vos — ut premisimus — profecionem et insurreccionem vestram maturare et festinantissime ad locum predictum convenire debeatis.

Esto etiam quod interim in illo comitatu insurgerent, eo non curato omnino venire debeatis. Nam consulcius nobis videtur, ut — ubi maior pars predictorum malefactorum congregata est — contra illos proficiscamur et illis Dei auxilio dissipatis aut etiam profligatis facilius postea reliquias illorum extinguere poterimus.

Non expectetis igitur in hoc alia mandata nostra, nam hostes nostri et vestri per varia tormenta homines et gentes levare faciunt. Videatis igitur ne vos proprie saluti vestre desitis, sed — ut prediximus — dies ac noctes huc venire festinetis et aliud pena sub premissa nulla ratione facere presumatis!

Datum Bude in festo pentecostes anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: <Egregio Vito Fladnyczer libero domino de Zolonok familiari nostro fideli nobis dilecto.>

1514 Iunii 6 — Buda

57

Vladislaus II rex Hungariae civitati Cassoviae mandat, ut ducentos pedites et instrumenta bellica pro reprimendis cruciferis ad Iohannem Bebek capitaneum mittat.

In charta 30 × 21,5 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 919.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes ac circumspecti fideles nobis dilecti!

Quanta mala et quantas enormitates atque spolia, cedes et incendia

15 huic B || 21 discipare AB || 24 preterea A || 32 discipatis B || 37 ac]et A | festi[n]jetis B || 38 presummatis AB || 39 penthecostes AC | pente[cos]tes B | M^o C

rustici, qui sub nomine cruciferorum insurrexerunt, quotidie perpetrent,
⁵ credimus vos iam satis pro comperto habere. Ad reprimendos et cohercendos tales malefactores scripsimus universis dominis tam prelati quam baronibus et nobilibus per universum regnum, ut insurgant. Intelleximus autem cum certis gentibus iam contra illos fidelem nostrum magnificum Iohannem Bebek insurrexisse.

¹⁰ Idcirco fidelitati eciam vestre serie presencium strictissime committimus et mandamus, quatenus visis presentibus ducentos pedites, aut si tot disponere non potestis, tot, quot poteritis, celerrime ordinare atque una cum dictis peditibus aliqua instrumenta bellica sive bombardas ad castrorum usum apta ad prefatum Iohannem Bebek, quem certis comitatibus capitaneum prefecimus, modis omnibus mittere et destinare debeatis et teneamini. Aliud in hoc nulla ratione facere presumatis!

Datum Bude feria tertia proxima post festum penthecostes anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

²⁰ *In dorso:* Prudentibus ac circumspectis iudici et iuratis ceterisque universis civibus civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis dilectis.

1514 Iunii 6 — Buda

58

Vladislaus II rex Hungariae Damiano Dóczy de Nagylucse mandat, ne montanis civitatibus regis iniurias inferat nec per eas occasio insurgendi praebeat.

In charta 22×30 cm perforata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Neosoliensis; Archivum civitatis Neosolii, f. 72 no 32.

Comm. Wenzel, *Bányavárosok* (passim).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro egregio Damiano de Nagdluche salutem et gratiam!

Sepius iam nobis et quidem per modum gravis querele una cum fratre tuo Francisco Dóczy cubiculario nostro supplicastis contra cives et
⁵ montanistas nostros de Breznawania et aliarum civitatum nostrarum montanarum de iniuriis vobis per eos illatis, e contrario iidem cives similiter vehementissime adversus vos nobis conquesti sunt.

Quibus quidem mutuis querelis vestris finem eciam imponere staueramus prefigentes vobis terminum ad revisionem huius modi mutuarum
¹⁰ querelarum, verum — ut intelligimus — vos ab oppressionibus eorum civium manus vestras continere nolentes assiduisque eos adhuc molestiis afficientes et turbantes irritatis et provocatis ipsos contra vos neque eciam ad plura nostra mandata captivos illos cives nostros dimittere curastis, ex quibus iam duo ibidem in carceribus vestris pre dira capti-
¹⁵ vitate et tam diuturna detencione extincti sunt, quod certe hoc tempore potissimum periculoso, quo rustici et populares ubique contra dominos eorum et nobilitatem insurgunt, presertim tam iniuste et violenter facere non deberetis.

²⁰ Timendum enim est, ne tociens et tam diriter populi illi exacerbati tumultuose insurgant et postmodum multa mala non solum contra vos, sed

universitatem nobilium illarum parciū perpetrent. Nam alioquin eciam absque occasione aliqua nunc satis ad insurgendum propensi sunt et faciles, hoc autem pacto et talibus oppressionibus provocati magnam insurgendi habebunt occasionem et materiam.

²⁵ Itaque rursus et iterum vobis firmissime committimus et mandamus, ut ulter[ior]a mandata nostra supra vos non expectetis, neve occasionem ipsius insurgendi prebeat, sed in pace et quiete cum eis vivatis et maneatis captivosque illos mox visis presentibus dimittatis et quieto animo revisionem inter vos fieri expectetis et in nullo ipsos preter veterum consuetudinem aggravare audeatis, nam multa presertim hoc tempore evenire possent, que ne fiant, cum eisdem in bona pace et tranquillitate vivatis et aliud — in quantum indignacionem nostram gravissimam evitare vultis — in hoc nulla racione facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restituti!

³⁰
³⁵ Datum Bude feria tertia proxima post festum penthecostes anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

1514 Iunii 6 — Patak

59

Antonius Pálóci Michaelem Kakukk iudicem Cassoviensem rogat, ut optata castellano eius referente faciat.

In charta 21 × 15,5 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 931.

Prudens et circumspecte amice nobis dilecte!

Misimus erga vos hunc egregium Franciscum Kalnay castellanum castrī nostri Wyhel in certis nostris negociis ore tenus referentem. Ideo vos tanquam amicum dilectum rogamus, quatinus quitquid idem ⁵ nomine nostro dixerit, dictis suis fidem indubiam prestare velitis. Et iterum rogamus, ut optata nostra in petitis nostris facere velitis et iterum vobis recompensare volumus.

Ex nostro castro Pathak feria tertia post festum penthecostes 1514.

10
Anthonius de Palocz
etc.

In dorso: Prudenti et circumspecto Michaeli Kakwk iudici civitatis Cassoviensis amico nobis dilecto.

Nicolaus Thuróczy vicevavoda Transilvaniae civitatem Cibiniensem certam facit bullam cruciatae expeditionis ad partes Transilvanias devenisse, Iohannem Zapolyai vavodam venire et de novis cruciferorum rebus.

In charta scriptae et sigillo anulari consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum civitatis Cibinii, materia IV no 178. Ed. Székely oklevéltár V, no 927.

Prudentes et circumspecti domini amici nobis honorandi!

Ex scriptis d(ominacionum) vestrarum intelleximus, quantam curam et diligenciam cum omni sollicitudine in exequendis scriptis nostris habuerint, pro quibus eisdem grates refferimus. Non enim nobis, sed domino

5 nostro graciousissimo in eo curarunt obtemperare salutique patrie et rei publice providerunt. Rogamus easdem, velint deinceps quoque operam adhibere, qua via et modo precaveri posset, ne ipsa prava generacio in visceribus harum parcium generetur.

Quantum autem d(ominaciones) vestre litteris eorum commemorant

10 bullas apostolicas apud easdem nondum visas, eramus revera edocti per nobiles fugitivos parcium Hungarie; ipsas bullas per guardianum Waradiensem fore introductas, verum exopt neque nos potuimus intelligere illas in lucem devenisse et utinam lateant in eternum. Ex altera parte iam

15 certi sumus bullas ipsas apostolicas per quempiam manibus vicecamerariorum de Wyzakna assignatas has ad partes devenisse, quas illi insano consilio guardiano de Zazwaros exhibuerant et simul publicare preceperant. Inhibuimus tamen ipsos vicecamerarios sub capitum ipsorum amissione, ne illis per amplius procedant.

Quantum autem de reditu domini nostri graciousissimi et sua felici via

20 d(ominaciones) vestre poterunt ex hominibus illius expedicionis, qui iam dietim d(ominaciones) vestras attingent et presertim ex domino Paulo Thomory singula clarius intelligere. Nos quidem certi sumus hodie suam d(ominacionem) viam Waskapw ingredi et — ut speramus — die crastina hic hospitari. Quanta autem sit cura sue d(ominacionis) ad ignominiosam

25 gentem cruciatorum — ut ita nominentur — d(ominaciones) vestre intelligent ex litteris sue d(ominacionis), quas die hesterna hinc dimisimus d(ominacionibus) vestris presentandas. Non diffidimus suam d(ominacionem) sano tocius regni et omnium trium nacionum consilio debitam cunctis rebus imponere provisionem.

30 Nova autem ex parte cruciatorum ea habemus, quod gens ipsa talionis actorum suorum multum sit timida et dummodo quis illos de gracia posset assecurare, essent parati — ut aiunt — condescendere, feruntur quoque non pauci ex ipsis fugitive hinc inde dispergi, quamvis Georgius Zekel ductor ipsorum semper instet loco talium plures vi compellere.

35 Certa pars ipsarum gencium divagatur nunc inter alpes in partibus Keresbanya, sed — prout edocemur — bona tantummodo domini comitis Themesiensis devastare velle. Plures habemus homines in illis partibus pro rei veritate experienda, qua intellecta officium nostrum non negli-

gemus. Frater dominus episcopus Chanadiensis, qui dicebatur cum eodem
40 palo affixus, fertur vivere, illo namque cum domino episcopo crucifixus
fuit filius domini Iohannis Thornally magistri curie domini nostri gra-
ciosissimi in servicio domini comitis Themesiensis existentis, in quo
nullum est dubium. D(ominaciones) vestras bene valere optamus!
Ex Dewa feria quarta post penthecosten 1514.

45 Nicolaus Thwroczy
vicewayvoda Transsilvanus etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis dominis magistro civium, iudicibus
ac iuratis senioribus et consulibus civitatis Cibiniensis etc. amicis nobis
honorandis.

1514 Iunii 7 — Somoskő

61

*Sigismundus Losonczy civitatem Cassoviensem petit, ut castellano eius pulveres
propter disturbia necessarios emere concedat.*

In charta 21 × 16,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum anulare, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillo-
rum no 16).

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 932.

Prudentes ac circumspecti domini et amici nobis honorandi!

Bene constat et v(estris) d(ominacionibus) instancia disturbia quam ino-
pinata et quam celleriter suborta extiterint. Unde — ut percepimus —
castrum nostrum Zalanch pulveribus ingeniorum indigeret, quapropter
5 eciam castellanus noster eiusdem castri pro ipsis pulveribus emendis ad
civitatem v(estrarum) d(ominacionum) intromiserat, pulveres tamen dati
sunt minime, ex quo per v(estras) d(ominaciones) erant extradari inhibiti.

Ideo petimus presentibus v(estras) d(ominaciones), quatenus velint
eedem cum tribus aut duobus centenariis pulveres preffato nostro castella-
10 no emere et ad dictum castrum nostrum importari intuitu nostre amicicie
concedere et nos omni amicicia et bona vicinitate v(estris) d(ominacionibus)
regraciarum studebimus, nam et alias ipsum nostrum castrum cum civitate
v(estrarum) d(ominacionum) parili fidelitate divis huius regni regibus sem-
per servierunt. Secus igitur ne faciant, v(estras) d(ominaciones) petimus.

15 Ex castro nostro Somoskew feria quarta ante festum Sancte Trinitatis
anno Domini 1514.

Sigismundus
de Lossoncz etc.

In dorso: Prudentibus ac circumspectis dominis iudici et iuratis civibus
20 civitatis Kassoviensis etc. dominis et amicis nobis honorandis.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae comitatum Szolnok Interiorem certum facit a se propter cruciferos diaetam dilatatam esse et mandat eisdem, ut ad oppidum Enyed vocatum conveniant, dum vicecomites domi tumultum incitantes requirant et puniant.

In charta aqua maculata esse copia eiusdem temporis simplex scripta videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 341.

Ed. *Documente XV/1*, no 411.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 584 (Germanice).

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Zepusiensis waywoda Transsilvanus et Siculorum comes etc. egregiis et nobilibus comitibus vel vicecomitibus necnon iudicibus et universitati nobilium comitatus Zolnok Interioris.

5 Scripseramus vobis diebus elapsis mediantibus aliis litteris nostris,
 10 quatinus die Dominico post festum Sancte Trinitatis per singula capita
 ad civitatem Megyes convenire deberetis. Verum exost gens crucife-
 15 rorum cum vulgo sibi adherenti adepta et capta civitate et castro Lyppa
 ambitione ducta iter suum per ambas partes decursus fluvii Maros ad
 20 has partes dietim continuare, insuper oppida quoque Keresbanya et
 Abrudbanya attigerunt et intrare festinant, verendum igitur erit, ne per
 longam consultacionem huic regno periculum eveniat.

Quare — ut talibus debito modo una nobiscum occurrere valeamus —
 eandem dietam postponentes vos requirimus et regia in persona sub nota
 15 infidelitatis vobis firmissime mandamus, quatenus acceptis presentibus
 mox per singula capita equites et pedites more exercituali insurgere et
 de iobagionibus eciam vestris decimam partem levare ac mora omni
 postposita ad oppidum Enyed convenire et infra prescriptam diem Domi-
 20 nicam post <festum> Trinitatis ibidem constitui debeatis et teneamini,
 ut inde ad singulas partes, quo pro defensione regni erit providendum,
 providere valeamus.

Insuper et vobis comitibus nostris committimus, quatenus vicecomites
 vestri domi remaneant dietimque per comitatum procedant et quos-
 25 cumque nobiles vel ignobiles aliquem tumultum vulgi vel insurreccionem
 incitantem reperierint, tales tam per detencionem personarum quam
 eciam alia oportuna remedia eciam si necessarium fuerit, per mortis
 supplicia gravissime punire debeant et teneantur caventes tamen ne
 quempiam sub amissione capitum taxare presumant. Secus non facturi
 presentibus perlectis exhibenti restitutis!

30 Datum in oppido Dewa feria sexta proxima post festum penthecostes
 anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Brassoviensi mandat, ut contra cruciferos 400 equites totidemque peditum ad oppidum Enyed vocatum mittant.

In charta scriptae, sigillo sub textu impresso consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Collectio „Fronius“, vol. 1 no 117.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis wayuoda Transsilvanus et Siculorum comes etc. prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis consulibus civitatis Brassoviensis et terre Barcza salutem cum favore!

5 Scripseramus vobis diebus elapsis mediantibus aliis litteris nostris, quatenus ad congregationem generalem universitatis regnicolarum harum
 10m. 18 parcium Transsilvanarum pro die Dominico proximo post festum Sancte Trinitatis in civitate Meggyes indictam certos ex vobis cum plena facultate et informacione transmittersse deberetis, verum intollerabilibus actis
 10 gencium cruce signatorum et illis adherencium supervenientibus, qui capta et optenta civitate Lyppa et castro eiusdem ambicione ducti in utraque parte decursus fluvii Maros necnon per partes Keresbanya et Abrudbanya ad has partes intermoverunt et iam opida Kaproncza, Bwch et utrasque Banya iam fatas attigerunt, cogimur factum huius
 15 modi congregacionis immutare et rebus harum parcium alio modo providere et cum huius modi pericula statum publicum harum parcium concernere dinoscuntur.

Requirimus vos et nichilominus regia in persona sub nota infidelitatis firmissime committimus, quatenus habita presencium noticia et non
 20 pensatis in presenciarum vestris libertatum prerogativis sine omni dilacione equites 400, pedites vero similiter 400 ordinare illosque bene ordinatos festinantissime movere et presertim infra diem Dominicum prescriptum post festum Sancte Trinitatis erga nos ad opidum Enyed transmittersse debeatis et teneamini secus, in quantum saluti patrie et proprie
 25 providere cupitis, nullatenus facturi.

Ex Dewa feria sexta ante <festum> Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Franciscus Várday episcopus Transilvanus ad civitatem Cibiniensem litteras Stephani Telegdi mittit et scribit, quae pericula sint Transilvaniae cruciferi, quibus resistendum esse hortatur.

In charta scriptae, sigillo scidaque tecto anulari consignatae, quod litteras olim clausit, esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum civitatis Cibinii, materia V no 180. Ed. *Studii* 8 (1955), vol. 5—6 p. 98.

Prudentes ac circumspecti viri amici honorandi!

Scripseramus ad dominum Stephanum de Thelegd, secundum quod in litteris vestris a nobis optastis. Quid respondit, potestis intelligere ex

63: 21 post equites del. quod || 24 proprie]proprio corr.

litteris suis hys reclusis. Consilium nostrum est: caveatis, ne in excusa-
5 tionem suam negligentiam vestram allegare possit vosque fuisse in causa,
quod munus legationis exequi non potuisset utcumque potestis ordinare
et expensas et cuppas.

Præterea credimus vos non ignorare, quæ et qualia pericula a cruciatis
illata sunt decreveruntque in hoc regnum Transilvanię penetrare, quibus,
10 ut resistatur et ab hoc regno excludantur, scripsit ad nos dominus
vayvoda indixisse nobilibus huius regni, <ut> parent et instruant se ad
resistendum tantis periculis.

Hortamur vos quoque si vultis optatisque rem publicam salvam fore,
sitis parati maiore ac fortiore manu quam potestis. Quod si non feceritis,
15 timendum est in tale periculum devenire totum hoc regnum, a quo
nescimus quis eliberare poterit. Consulatis inter vos et sitis bene parati!

Data ex castro nostro Gyalw feria sexta proxima post penthecostes
anno Domini 1514.

Franciscus de Varda
20 electus Transilvanus etc.

In dorso: Prudentibus ac circumspectis viris magistro civium coeterisque
consulibus civitatis Cibiniensis amicis honorandis.

1514 Iunii 10 — Déva

65

*Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Brassoviensi mandat, ut
contra cruciferos instrumenta bellica ad eum statim mittant.*

In charta scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex
copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Collectio „Fro-
nius”, vol. 1 no 118.

Prudentes et circumspecti amici nobis dilecti!

Non latere iam vos arbitramur, quantis per sacrilegas cruciferorum
machinationes totum hoc regnum ferveat languoribus et in periculis,
ob quorum fraudulentas emoliciones Deo nobis auxiliante contraire et
5 illis resistere volumus, ne et hoc regnum Transsilvanum per ipsorum falsa
seduccionem simili sedicioni et periculo incurrat. Volumus idcirco et vobis
harum serie regia in persona firmissime committimus et mandamus,
quatenus agnitis presentibus omni mora seposita duo ingenia bellica
puta tharaczk et hoffyncza simul cum omnibus attinenciis et indigenciis
10 bene prompti et dispositi, tandem tarpais, quanto plures fieri poterit,
simul cum ipsis peditibus ad nos mittere et dirigere modis omnibus
debeatis et teneamini et secus nullo modo facturi.

Ex Dewa sabbato proximo ante festum Trinitatis anno 1514.

Iohannes comes et
15 wayvoda Transsilvanus etc.

65: 4 recte: emoliciones || 5 recte: ipsos

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis consulibus civitatis Brassoviensis etc. amicis nobis dilectis.

1514 Iunii 11 — Buda

66

Vladislaus II rex Hungariae Damiano ac Francisco Dóczy de Nagylucse mandat, ut montanistas ab ipsis in carcerem inclusos dimittant, ne ceteri montanistae cum rusticis insurgentibus se coniungant.

In charta 32×23 cm (v. in tabula exemplarium no 5).

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 30875 (ante: Neoregistrata Acta f. 1660 no 25).
Reg. Wenzel, *Bányavárosok*, p. 69.

Comm. op. cit. (passim).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarię et Bohemię etc. Egregii fideles nobis dilecti !

Scripseramus antea etiam et mandaveramus vobis, ut illos montanistas de Breznabanya, quos apud vos captos in carceribus haberetis, modis omnibus ex illa captivitate eliberare atque ipsos libere dimittere deberetis. Intelleximus, quod non modo mandato illi nostro paruissetis, verum insuper in tam dira ac acerba captivitate eos tenuissetis, ut duos ex ipsis iam in carceribus vestris obierint. Propter hoc autem omnes montaniste commoti relictis montanarum laboribus contra vos insurgere volunt. Ex quorum insurrectione non mediocre et nobis et universo huic regno, si labores dimittent, damnum et periculum etiam si cum rusticis et hominibus popularibus, qui ad extinguendam universam nobilitatem insurrexerunt, se ipsos coniunxerint, evenire poterit. Quod si fecerint — prout arbitramur ipsos de facili facturos — universa bona et capita etiam vestra ad recumpensationem tot damnorum et satisfactionem talium periculorum, quę exinde subsequerentur, non sufficient.

Pro eliberacione igitur illorum captivorum misimus ad vos fidelem nostrum egregium Paulum litteratum de Warda alias vicethezaurarium nostrum et idcirco fidelitati vestrę serie presentium strictissime committimus et mandamus, quatenus visis his litteris nostris dictos captivos e vestigio eliberare ac pacifice dimittere in omnem eventum debeatis et teneamini. Nam alioquin, si huic nostro mandato non parueritis, certi estote, quod commisimus eidem Paulo litterato, prout per presentes etiam committimus, uti bona vestra universa pro nobis occupare debeat et non solum occupari faciemus, verum alteri etiam tanquam talium infidelium bona, qui tales tumultus concitant, conferemus. Reliqua autem hidem Paulus litteratus vobis dicet, cuius verbis non solum fidem adhibere, sed ea, quę dicturus erit etiam facere et adimplere modis omnibus debeatis aliud in premissis nulla ratione facturi !

Datę Bude in festo Sanctę et Individuę Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: Egregiis Damiano de Naghlwche ac Francisco Dochy de eadem Naghlwche cubiculario nostro fidelibus nobis dilectis.

Vladislaus II rex Hungariae civitati Cassoviensi iterum mandat, ut omni ope et auxilio reprimendi rusticos insurgentes nobilibus comitatuum partium regni superiorum medio Stephano Perényi adsit.

In charta 29,5 × 21 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 920.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti!

Quemadmodum proximis aliis nostris vobis mandavimus, ita et presentibus striccius committimus et mandamus, aliud habere nullo modo volentes, quatenus statim visis presentibus dominis et nobilibus comitatuum illarum parciis superiorum, quibus ut presentem insurreccionem popularium reprimant et dissipent et per litteras et eciam medio fidelis nostri magnifici Stephani de Peren cubicularii nostri mandavimus, omni ope et auxilio adesse et assistere et eciam ingenia necessaria levioris vecture, si opus erit et sine armis ipsi populares resedere noluerint, ad id accomodare debeatis. Sicuti hec lacius idem Stephanus Pereny nostro nomine vobis referet; cuius dictis fidem indubiam in hiis prestare debeatis. Et aliud nullo modo facere presumatis!

Datum Bude feria tertia proxima ante festum sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ac toti consulatui civitatis nostre Cassoviensis fidelibus nobis dilectis.

Vladislaus II rex Hungariae civitatibus Bartphensi et Eperiesinensi mandat, ut omni ope et auxilio reprimendi rusticos insurgentes nobilibus comitatuum partium regni superiorum medio Stephano Perényi adsint.

Ba in charta 29,5 × 22 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4436.

Ed. *Epistolae* I, no 42. — *Katona, Historia XVIII*, p. 728. — *Diplomatarium Sárosiense*, p. 24. — *Documente II/3*, no 151.

Bb in charta 29 × 21,5 cm aqua maculata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4436.

E in charta 29 × 23,5 cm aqua maculata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini, no 881.

B

E

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti!

Notum est iam vobis, quali quoque malignitatis animo populares et rustici sub nomine cruciate in hoc regno nostro insurrexerunt, qui
 5 ubique multa et horrenda mala atque latrocinia committunt domos nobilium evertentes et bona ipsorum diripientes, personas vero eorum, ubi possunt, turpissima nece interimentes. Quorum malicia cum in dies magis ac magis augeri videatur, eisdem omnino resistendum statuimus et commisimus per litteras omnibus dominis et comitatibus parcium
 10 illarum superiorum, ut per singula capita ipsorum insurgant et totis viribus maioribusque, quo fieri poterit, copiis, ipsis popularibus, si ad mandata nostra resedere et ad propria reverti noluerint, resistent et eos reprimant. Ad quos quidem dominos et comitatus misimus cum ipsis litteris nostris fidelem nostrum magnificum Stephanum de Peren cubicularium nostrum, ut ipse eos citissime ad insurgendum moveat, qui vobis
 15 quoque nonnulla de hys rebus nostro nomine est dicturus.

Volumus igitur et fidelitati vestre harum serie strictissime committimus et mandamus, quatinus statim visis presentibus vos quoque eisdem dominis et nobilibus omni ope et auxilio opportuno ad reprimendum ipsos popu-
 20 lares adesse et assistere et eciam ingenia et tormenta bellica eisdem nobilibus ad dissipandum ipsos populares dare et ministrare et tandem cum eisdem dominis et nobilibus una, quibus — ut ad nos post dissipacionem ipsorum popularium veniant — iussimus, ad nos eiusce modi gentes vestras mittere debeatis, prout hec lacius idem Stephanus Pereny nostro
 25 nomine est vobis dicturus, cui fidem in hys indubiam prestatis et aliud nullo modo facere presumatis!

Datum Bude feria tertia proxima post festum Sancte et Individue Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

30 *In dorso:* Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus

ac

| et toti

consulatui civitatis nostre

Barthwa

| Eperyes

35 fidelibus nobis dilectis.

68: 3 iam om. E | quali supra scr. E || 7 cum supra scr. BaE || 8 eysdem Bb || 18 quatenus Bb | eysdem Bb || 19 oportuno B || 20 eysdem Bb || 22 dominis et om. Bb || 26 presumatis Bb || 30 prudentibus — dilectis om. Bb | et²ac E

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Cibiniensi committit, ut ei ad arcem Szászváros dictam bellica instrumenta mittant.

In charta scriptae, sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum civitatis Cibinii, materia V no 170.

Ed. *Studia* 8 (1955), vol. 5—6 p. 99. — *Archiv des Vereins* 15 (1879), p. 85.

Prudentes et circumspecti amici nobis dilecti!

Cum nos Deo volente iam hic in Zazwaros essemus constituti perscrutantes de ingeniis et pulveribus in arce existentibus, retulerunt nobis ingeniis ipsis et pulveribus ac aliis machinamentis ad conservacionem
⁵ domus huius modi, arx ista penitus nuda et vacua foret, profecto mirati sumus sedque ut vos — prout nobis datur intelligi — et alias arces eiusce modi pulveribus et aliis indigentes providetis.

Requirimus vos et nichilominus regia <in> persona committimus, quatinus acceptis presentibus, quanto cicius fieri poterit, huc ad arcem istam
¹⁰ pulveres et alias necessitates mittatis, quoniam vivimus in hac potissimum presente tempestate inordinate arx ista est, nam et primum ante alias hanc fortuna tangit et eam ob rem secus non faciatis!

Ex Zazwaros predicta feria quarta post <festum> Trinitatis anno 1514.

¹⁵ Iohannes comes et wayvoda Transsilvanus etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis magistro civium ceterisque iuratis, consulibus civitatis Cybiniensis etc. amicis nobis dilectis.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Brassoviensi committit, ut ad eundem cum gentibus proficiscantur.

In charta scriptae, sigillo sub textu impresso consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Collectio „Fronius”, vol. 1 no 114.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis wayvodaque Transsilvanus et Siculorum comes prudentibus et circumspectis iudici iuratisque civibus et consulibus civitatis Brassoviensis salutem et favorem!

⁵ Sciatis, quod nos iam in nostro itinere sumus et ob hoc volumus nichilominus que vobis harum serie regia in persona firmiter committimus, quatenus agnitis presentibus vos quidem una cum gentibus vestris moveri et vos soli pociores primum ad nos properare, gentes vero vestras ad locum deputatum post vos venire faciatis et sicut prioribus litteris
¹⁰ nostris vobis scripseramus, eadem ingenia erga vos habita una cum suis

cunctis attinenciis in sortem expensarum tocius Saxonie movere et ad nos adducere debeatis et teneamini secus non facturi!

Datum in opido Borberek in profesto corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

1514 Iunii 15 — Buda

71

Vladislaus II rex Hungariae Vito Fladnyczer libero domino de Szalónak et comitatui Abaujváriensi mandat, ut recta via mutato superiore mandato ad eum regem citissime confluant.

A in charta 29 × 22 cm perforata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 101886 (ante: Archivum familiae Batthyány Körmendiense, Senioratus, Styriaca no 16).

B in charta 21,5 × 28 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 301 (ante: Collectio Schwartzenbachiana, no 925).

Ed. *Századok* 6 (1872), p. 443. — *Történelmi Tár* 3 (1902), p. 158.

A

B

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

Egregie fid[elis] nobis dilecte!

fidelibus nostris egregiis et nobilibus universitati nobilium tam possessionatorum quam unius sessionis atque eciam quibuscumque predialibus comitatus Abawyvariensis salutem et gratiam!

Pluribus iam litteris nostris per hos dies vobis scripsimus et mandavimus, ut pro tanto incendio in hoc regno extinguendo et tantis malis repri-

10 mendis

una cum omnibus gentibus et viribus vestris

per singula capita

citissime insurgere deberetis, verum vos neglecta eciam propria salute vestra non considerantes insuper, quod non solum de bonis, sed eciam

15

de vita vestra agitur, tepidi et tardi in eo hucusque fuistis. Licet autem per alias nostras ita vobis commiseramus, ut ad fidelem nostrum spectabilem et magnificum Emericum de Peren perpetuum comitem et palatinum huius regni nostri

magnificum Stephanum de Bathor comitem nostrum Themesiensem et generalem capitaneum parcium

20

etc. iretis et cum eodem pariter — quo necesse fuerit — proficisceremini, tamen nunc extrema necessitas ita exigit, ut quam citissime

vos moveatis

insurgatis

25

una cum ipsis gentibus vestris

71: 15 hucusque in eo **B**

recta veniatis. Fidelitati igitur vestre sub nota perpetue infidelitatis et amissione omnium bonorum et rerumstrarum harum serie committimus et mandamus, quatinus statim visis presentibus non expectatoque iam tandem ulteriori nostro mandato in tanta rerum necessitate

30 una cum omnibus

per singula

— ut prefertur —

viribus et gentibus vestris in ma-
iori, quo fieri poterit, numero

capita vestra

Jun. 18 more exercituancium insurgere et ad nos huc dies et noctes venire ac confluere debeatis ita, quod a proxima die Dominica per octavam omnino hic in campo constituamini, ut hinc possimus Dei et vestro ac aliorum fidelium nostrorum auxilio hostium vires, que ad istas partes in magno numero congregatae sunt, comprimere et extinguere, quibus extinctis et profligatis facile postea reliquias eorundem superare poterimus.

40

Si qui vero in serviciis dominorum et aliorum quorumcumque fuerint aut propter fragilitatem sexus vel etatis insurgere et exercituare non possent, volumus sub pena premissa, ut nihilominus ratione personarum suarum alios homines disponere atque in medium vestri mittere debeant.

45

Quapropter citissime insurgatis et veniatis, nam alioquin — nisi citissime veneritis — omnia bona et hereditates vestras tanquam infidelium aliis conferemus, res vero mobiles etiam illis dividemus et in medium illorum distribui et confiscari faciemus, qui venerint et in tanto omnium periculo eiusce modi mandatis nostris paruerint. Aliud igitur prout bona et res, vitam denique vestram amittere non cupitis, in his nulla ratione

55 facere presumatis!

Datum Bude in festo sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

60 *In dorso:* Egregio Vito Fladnyczer libero domino de Zolonok familiari nostro fideli nobis dilecto.

34 et²]ac B || 35 confluere]concurrere B || 39 post eorundem del. aliquid B || 51 aliis om. B | illis om. B | et]eciam B || 54 hys B

Betinus de Comitibus Thomae Bakócz legati auditor ad Maximilianum Mariam Sfortiam ducem Mediolani causas et res ab insurgentibus rusticis gestas scribit.

In charta 22,5 × 30,5 cm.

Sigillum ceræ impressum scidaque tectum anulare uti ex copia photographica videri potest.

Sign. Archivum Publicum Mediolanense: Archivio Ducale-Sforzesco P. E. Ungheria cart. 649, 1514.

Ed. *Magyar Történelmi Társ* 13 (1867), p. 250.

Illustrissime ac excellentissime princeps et domine domine mi observandissime! Post humilem commendationem etc.

Post serenissimi Matthiæ Hungariæ etc. regis obitum barones et alii regni nobiles, qui continuis pugnis sub illo rege bellicosissimo diu vacaverant, usque ad hæc tempora tranquillitati seu ocio operam dederunt et ut thesaurus cumularent, modo sub pretextu defensionis castrorum finitimorum, ne a Turcis occuparentur, modo aliis quesitis coloribus rusticos et vassallos suos diversis vectigalibus onerarunt et alia intolerabilia damna et graves iacturas eis intulerunt. Hinc est, quod populi isti propterea indignati nihil aliud expectabant, ut huius modi iugum excuterent deponerentque ac in libertatem proclamarent, quam occasionem sive facultatem impune et sine suspitione aliqua conveniendi seu congregandi. Et ut a fide dignis percepi, Bohemi seismatici socios criminis querentes superioribus temporibus zizanias inter ipsos sic indignatos seminare non erubuerunt, ut errores suos reciperent et ut melius eos deciperent in animarum eorum periculum tria eisdem suadere non abhoruerunt.

Primum, quod tempore, quo Bohemie regnum ab apostolica sede defecit, ipsi semper in eorum bellis victores extiterunt.

Secundum: nunquam morbo epidimiæ laborarunt.

Tertium: grandines sive tempestates eorum fruges destruentes nunquam habuerunt et per consequens neque penuriam passi sunt aliquam.

Quæ omnia aliquando habuerunt perpessique sunt et ulterius a decimis, vectigalibus aliisque oneribus immunes extiterunt et his diabolicis instigationibus regnum hoc Hungariæ inficere eorum pereque conati sunt. Sed — ut dixi — istis conveniendi facultas antea concessa est nunquam.

Supervenit postea reverendissimus dominus cardinalis Strigoniensis, quem serenissimus d(ominus) n(oster) ad preces Wladislai Hungariæ regis serenissimi suum et apostolicæ sedis legatum de latere ad regna ista Hungariæ, Bohemiæ Poloniæque etc. destinavit, qui immediate sanctam cruciatam contra Turcas Christiani nominis hostes publicavit et omnibus contra ipsos Turcas euntibus seu mittentibus plenariam omnium peccatorum suorum remissionem concessit.

Quo factum est, ut quibusdam usque ad summam mille a d(ominatione) sua reverendissima vivifica divaque cruce signatis.

Illico rustici et populares in diversis huius regni provinciis et partibus insurrexerunt et cruce propria auctoritate insigniti sunt et in tanta multitudine congregati auctoritatique sunt, ut regi serenissimo et denique toti regno timorem incutiant.

Nam rustici predicti libertatem vindicare, iniurias ulcisci eorumque decreta exequi cupientes prelatos, clericos et ceteros ipsius regni proceres suppressere et destruere et arma, que contra Turcas converti moverique debebant, in Christianos volvere ceperunt et ut hec et alia commodius
45 perpetrare valeant, quendam Georgium ex nobili familia ortum militemque strenuum in eorum regem sive ducem delegerunt, sub quo — quotquot nobiles comprehenderunt — trucidarunt, palo affixerunt diversisque tormentis cruciarunt, uxores et filias etiam presentibus maritis et patribus violarunt, bona dirripuerunt, domos destruxerunt incenduntque et inter cetera quendam reverendum episcopum Cenadiensem
50 de nobili genere natum et regni prelatum captum palo affixere.

Nam tyrannus ille habet ultra summam peditum viginti milium, qui eum secuntur ipsiusque mandatis ad unguem obtemperant et iam cervices contra dominos erexerunt et modo oppidum unum diripiunt, modo aliud occupant et omnia ad libitum eorum prefecti faciunt perque regnum
55 nemine hucusque contradicente vagantur.

Rex vero serenissimus nonnullos equites obviam misit et Bohemiam quoque misit pro peditibus, quia hic pedites non inveniuntur. Nam dicunt nolle etiam eis pollicito contributoque stipendio cum fratribus
60 pugnare et si vellent non rex in ipsis secure potest confidere.

Rex vero Polonie bellum atrox cum Moscovitis habet et propterea huic regi serenissimo germanoque suo presidium sine magna difficultate prestare minime poterit. Et reverendissimus legatus istos maledictos anatematizavit. Turcarum imperator equites omnes, quos in confinibus
65 habet, Constantinopolim ad se vocavit. Nam nepos quidam suus ex fratre primogenito trucidato et Sophi gener in Asia sibi bellum movit. Et ideo Altissimus omnipotens sua solita clementia regnum hoc in istis temporum difficultatibus piissimus suis oculis prospexit, quia sive Turci invasissent regnum harum discordiarum tempore sive illorum cruciferos
70 dux ab ipsis Turcis presidia invocasset et profecto de regno ipso valde dubitandum esset.

Hęc sunt que in Hungarię regno impresentiarum occurrunt et que ex debito indeficientis meę erga excellentiam v(estram) servitutis his meis
75 eidem litteris significare proposui, ut etiam cognoscat in Hungarię regno fidum habere subditum suumque, dum spiritus hos reget artus, servitorem devotissimum.

Nam ego Papiensis sum et genitor meus insignis memorie Francisci Sfortię eiusdem excellentie v(estre) avi paterni in istoque inclyto Mediolani ducatu predecessoris familiaris fuit fidissimus et sub umbra illustrissimę
80 domus familieque Sfortiadum semper viximus et ego, postquam parentes et duo fratres mei tanquam preclarissime Sfortiadum familie servitores notissimi in primo ultimoque ad Italiam Gallorum accessu trucidati sunt et ut supra scripsi etiam dum mihi vita manebit sub eadem umbra devotioneque vivere omnino intendo.

Et postquam sanctissimus d(ominus) n(oster) ad supradicta regna, ut hoc onus legationis cruciatę susciperem, cum eodem reverendissimo domino legato me destinavit et donec hic moram traxero, illustrissimam
85 d(ominationem) v(estram) de his, quę in dies hic agentur, certiolem reddere conabor. Interim ipsi humiliter supplico, ut si aliquid hic pro
90 ea efficere possum, iubeat meque et meos ipsius excellentie v(estre)

clientes perpetuos commendatos habere dignetur e illustrissima d(omina-
tione) v(estra), cui me humiliter commendo et que diu felix valeat!

Datum Budę XV Iunii MDXIII.

E(iusdem) excellentię v(estre)

⁹⁵ humilis servitor Betinus de Comitibus prothonotarius apostolicus, i(uris)
u(triusque) doctor

Papiensis, reverendissimi cardinalis Strigoniensis Hungarie etc. legati
auditor

In dorso: Illustrissimo ac excellentissimo principi et domino domino
¹⁰⁰ Maximiliano Marię Sfortię vicecomiti duci Mediolani domino meo obser-
vandissimo etc.

1514 Iunii 16 — Szentlőrinc

73

*Comitatus Nógrádiensis, Hontensis, Pestiensis et Hevesiensis comitatum
Abakjváriensem recensitis duorum mensium rebus rogant, ut traicientibus flu-
vium Ticiam cruciferis per singula capita insurgant et ad oppidum Hatvan
vocatam concurrant.*

In charta 21,5 × 30,5 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum II, no 296 (ante: Collectio Schwartz-
bachiana, no 925).

Ed. Századok 6 (1872), p. 444.

Egregii et nobiles viri domini et amici nobis honorandi!

Quot homicidia, quot stupra et adulteria quotque cedes et incendia
per maledictos sceleratissimosque crucifixores illos, qui se se cruciferos
appellabant, sed crucis potius Christi persecutores fuerant, iam hoc in
⁵ regno patrata sint et illata, d(ominaciones) vestre — credimus — non
ignorant. Rusticana enim sevicia sub nomine cruciate vel — ut rectius
dicam — cruciatorum ductu illius Georgii Zekel publici predonis et tanti
mali capituli adeo efferbuit, ut ultra Ticiam a flumine Morosii usque Wara-
dinum et Debreczen omnes fere nobiles exterminavit et hoc idem etiam
¹⁰ de nobis factum fuisset, nisi miserator et misericors Dominus nostre
miserie compaciens cruento certamine de illis victoriam nobis et trium-
phum iam pridem ante oppidum Paztoh prestitisset. Duobus enim prope
iam mensibus in campo versati sumus et ubicumque locorum malefac-
tores ipsos multiplicari vel aggregari intelleximus, mox illuc divertentes
¹⁵ aut profligavimus aut dissipavimus ita, ut terram inter Danubium et
Ticiam existentem a Zegedino usque superiores regni partes pacatam
esse existimabamus nec aliquid adversum nos per rusticos iam moliri
audiebamus.

Verum hac ebdomada nos adversa acerbaque nova tetigerunt, quod
²⁰ scilicet duo castra rusticana sub nomine ipsorum crucifixorum vel
cruciatorum Ticiam trayecissent unumque prope Warkon penes Ticiam
et alterum iuxta oppidum Hewes metatum et locatum extitisset nostros
fines et partes simili clade afficere et depopulari nobilesque cunctos

73: 8 ut supra scr. || 20 post ipsorum del. cruciferorum

exterminare satagentes. Et quia secundum poeticum verbum: „tunc tua
25 res agitur, paries cum proximus ardet,” miramur igitur vehementer et
vix mirari sufficimus, cur d(ominaciones) vestre audita tanta fratrum
suorum et nostra calamitate succurrere nobis et cum hoc sibi ipsis non
festinant nec advertunt. Putantne d(ominaciones) vestre se se salvos per-
30 manere, si nos periclitabimur? Quod Deus avertat! Revera nec d(omina-
ciones) vestre nec ceteri nobiles ac domini huius regni se precavebunt aut
salvos preservabunt, hostis enim eius est intencionis et animi, ut nullum
penitus nobilem vel dominum hoc in regno relinquat, sed post se se
successive pariter omnes cum generatione et posteritate nostra deleat.
Quod Deus ipse gloriosus procul amoveat!

35 Quapropter d(ominaciones) vestras instantissime rogitamus, velint omni
prorsus mora posthabita bello se se precingere et per singula capita
maiori — quo poterit fieri — gencium copia insurgere et ad proximum
Jun. 24 festum nativitatis beati Iohannis Baptiste ad oppidum Hatwan venire
et inde adversus hostium nostrorum cuneos et castra progredi illorumque
40 rabiem et furorem favente nobis altissimo Deo reprimere dissipareque
et eos eradicare queamus, aliter enim brevi actum erit de nobis et omnibus
vobis, flamma namque incendii huius nobiles Byhoriensis, Bekes, Zarand,
Orodiensis, Chanadiensis et Themesiensis comitatuum iam absumpsit,
que et in Hewesiensi, Zolnock Exteriori ac Pestiensis comitatibus pariter
45 ardere hac ebdomada cepit et si istos quoque absumpserit, nullum penitus
dubium, quin vestrum quoque comitatum propediem succendet et simili
incendio peruret. Pro Deo igitur d(ominaciones) vestre festinent, ne perea-
mus, nam periculum est in mora! Si autem illi destructi comitatus pre-
dicti citissime matureque rebus et factis eorum providissent nec capita
50 nec res ipsorum amisissent neque uxores ac filias suas ludibrio dedissent,
sed quia non providerunt, cum omnibus thesauris et bonis capitibusque
eorum perierunt. Ne igitur et nobis similiter eveniat, subvenire festinetis
iterum et iterum rogamus. Quas et felicissime valere optamus!

Ex castris exercitus regii et nostri prope villam Zentlörynecz metatis
55 in crastino festi sacratissimi corporis Christi anno eiusdem M^o quingente-
simo decimo quarto.

Universitas nobilium Newgradiensis, Honthensis,
Pesthiensis et Hewesiensis comitatum

In dorso: Egregiis et nobilibus universitati nobilium comitatus Abawy-
60 wariensis dominis et amicis honorandis.

Comitatus Nógrádiensis, Hontensis, Pestiensis et Hevesiensis civitates Cremniciensem, Semneciensem et Neosoliensem recensitis duorum mensium rebus rogant, ut civitates armis ad profligandos cruciferos necessariis succurrant.

In charta 22×23,5 cm restaurata.

Sigillum scida tectum anulare, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47080 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Prudentes et circumspecti viri fratres et amici nobis honorandi!

Quanto in periculo miserabile regnum istud impresenciarum versatur, quanta deinde homicidia, stupra, adulteria, cedes et incendia maledicti crucifixo-
 5 crucis pocius Christi persecutores fuerant, hoc in regno et presertim ultra fluvium Ticie patnaverunt et intulerunt, d(ominaciones) v(estras) adivisive pariter et intellexisse credimus. Contra quos per duos iam prope menses in campo et castris exercitua-
 10 libus egimus et Deo nobis propicio magnam illorum partem ante opidum Pazthoh iam pridem profligavimus, aliqua deinde castra et conventicula eorum discipavimus et dissolvimus.

Nunc tamen cum equis fatigatis et viribus ac sumptibus exhaustis nos et equos nostros paululum reficere stauissemus, acerbum quoddam novum nos tetigit, quod videlicet duo castra rusticana sub nomine ipso-
 15 rum crucifixorum seu cruciatorum aggregata Ticiam traieicissent ad nostrasque partes venissent et unum illorum prope Warkon, alterum vero penes opidum Hewes metatum extitisset nos quoque simili clade afficere et deinde eciam alia loca depopulari satagentes.

Ad quorum quidem rusticorum et crucifixorum rabiem sedandam pro-
 20 terviamque ipsorum domandam et virtutem ac exercitum eorum contendum alieno quoque auxilio summe indigemus. Et quia eciam d(ominaciones) v(estras) membra sacre corone regni huius esse scimus, propterea easdem instantissime petimus, velint tam ipsorum propriam quam eciam
 25 nostram salutem et pacem pre oculis habere atque aliquo certo pixidiorum numero nobis iuxta facultatis eorum exigenciam subvenire et citissime succurrere, nam aliter brevi de nobis et vobis, quod Deus aver-
 30 tat, actum erit.

Secus igitur ne fecerint, iterum rogamus, quas et felicissime valere optamus!

Ex castris exercitus regii prope villam Sancti Laurentii metatis in
 30 crastino festi sacratissimi corporis Christi anno eiusdem 1514.

Universitas nobilium Newgradiensis, Honthensis, Pestiensis et Hewesiensis comitatum etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudicibus ac iuratis civibus ceterisque inhabitatoribus civitatum montanarum Cremneciensis, Seb-
 35 niciensis et Bistriciensis etc. fratribus et amicis nobis honorandis.

Comites camerarum salium civitatem Bistriciensem rogant, ut secundum mandatum Iohannis Zapolyai latrones insurgentes et capitaneum etiam eorum nomine Albertum detineant.

In charta scriptae, sigillo scida tecto anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 342.

Ed. *Studii* 8 (1955), vol. 5—6 p. 100.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 585 (Germanice).

Providi ac circumspecti nobis dilecti!

Non dubitamus vestras a(micicias) non audire famam hanc in tota Hungaria ortam ac etiam confluenciam latronum. Nunc autem spectabilis et magnificus Iohannes de Sapolia waywoda Transsilvanus precipit et mandat nobis firmissime ac etiam littere sue magnificencie sunt allate ad nos et etiam ad vestras a(micicias), ut — ubi inveniri poteritis — hos latrones insurgentes ac etiam divagantes capitaneum ipsorum Albertum nomine extunc rogamus vestras a(micicias), ut detineri velitis usque ad scitum sue magnificencie aut ad nostrum scitum. Quia si aliter contigerit et magnificus wayvoda rescierit, vestre a(micicie) maximum dampnum et scandalum patientur. Hunc autem presencium ostensorem tardare ne velitis et per eundem rem veram et certitudinaliter nobis cognitam significetis vestris in litteris. Aliud ne facere audeatis!

Datum Thorde Dominica post festum sacratissimi corporis Christi anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Stephanus Josa et Benedictus
Dersy comittes camerarum salium etc.

In dorso: Provido et circumspectis iudici <iuratisque> de Bistricia amicis nobis dilectis.

Hedvigis relicta Stephani Zapolyai civitati Kesmarkino committit, ut illos, qui populum ad insurrectionem incitant, detineant interimantque.

In charta 22×15 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum anulare, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus Poprádiensis: Archivum civitatis Késmárkini, Acta 16 (1514).

Ed. *Századok* 6 (1872), p. 445.

Hedvigis illustris condam domini Stephani de Zapolya comitis et palatini relicta etc. Prudentes et circumspecti nobis sincere dilecti!

Intelligimus varios sive seculares sive spirituales homines sint, qui populum communem nomine crucis ad insurgendum incitant, qui potius

75: 8 post usque del. ad ve

76: 3 recte: esse

⁵ gaudent depredacionibus et discordiis quam paci Christiane religionis et tranquillitati.

Committimus itaque vobis firmissime, ut quoscumque tales intellexeritis sive religiosi sacerdotes sint sive seculares fuerint, omnes detineri faciatis et debeatis et truculenta morte interimi permittatis sive sint tales

¹⁰ vestre dicioni et dominio subiecti sive non secus nulla ratione facturi.

Ex arce nostra Thrinchiniensi proximo die Dominico post festum sacratissimi corporis Christi anno eiusdem 1514.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis nostre Kezmark etc. nobis sincere dilectis.

1514 Iunii 19 — Enyed

77

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae universos Transilvanos certos facit a se civitati Bistriciensi potestatem castigandi eos, qui se ipsos cruciferos dicunt, datam esse.

In charta scriptae, sigillo sub textu impresso consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum civitatis Cibinii, materia IV no 186. Ed. *Archiv des Vereins* 4 (1859), vol. 3 p. 76. — *Documente* II/3, no 165.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis wayvoda Transsilvanus et Sicularum comes universis et singulis cuiuslibet status et condicionis hominibus parcium istarum Transsilvanarum ubilibet constitutis et existentibus presentes visuris salutem et favorem!

⁵ Non dubitamus ex vulgari fama iam ad vos pervenisse, quomodo gens illa cruciata exorta foret, quam maiestas regia non vult in regno Hungarie per amplius esse, sed neque hys in partibus Transsilvanis quovispiam exoriri posset, unde maiestas sua serenissima mandat nobis pro huius rei evitacione providere velle.

¹⁰ Propterea nos prudentibus et circumspectis iudici et iuratis ceterisque civibus civitatis Byztriciensis plenariam auctoritatem et potestatem in hac parte dedimus et contulimus, ut ipsi tales omnes et singulos utriusque status et condicionis homines, qui scilicet cruciatos se dicerent aut velle se fieri affirmarent, extunc illos mox et in continenti captivare

¹⁵ atque detinere captosque et detentos decolandi aut excoriandi, assandi et horribili — quo poterint — tormento occidendi, puniendi, castigandi et exterminandi plenariam et omnimodam haberent et habeant potestatis facultatem premissa regia simul et nostra auctoritatibus presentibus ipsis — ut premittitur — in hac parte attributis, presentibus perlectis

²⁰ exhibenti restitutis.

Datum in oppido Enyed feria secunda proxima post festum sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

Leutsoviensis civitas Bartphenses de copiis militum iussu regis contra cruciferos mittendis consulit.

In charta 21,5 × 18 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4439.

Namhafftige, weyße herren vnt erhafftige frewntht vnß hat der Bebeck geschriben gepittend das wyr ym folck sallen aus richten wider dy creucziger; welche meynung, wyr vorstehen, het ewr wüden auch schreibet. Haben wyr dem boten keyn anthwort wellen geben pys auff⁵ zeyn widerfart.

Hyrumb piten wyr ewr wüden unß ewr meynnung wellet lassen wissen, dan' awff zolchen briff an koniglichen mayestat mandat vnß vnbezweme duncket was zu thwn. Zo aber ewr nambhaften wüden willen ist, kan Epperies ader anderwo zu samen zu kwmen, auff das¹⁰ wyr von dißen sachen, wy wyrs vorbas halten sollen, handelten. Wellen wyr awff eyn benwmbenen tag von ewr wüden kwmen.

Do mit wyr ewr nambhaft wüden Got pefelchen.

Geben yn der Leutschaw, montag nach corporis Christi 1514.

Richter vnd ratman
der Stat Leutschaw

15

In dorso: Denn namhafftenn, weyßenn herren richter vnd r[atmannen] der stat Barthpha, iren erhafftigen frund[en].

ante 1514 Iunii 21 — Cegléd

79

Georgius Székely capitaneus cruciferorum propositis poenis spiritualibus ac saecularibus universas civitates, oppida villasque praesertim comitatum Pestensis et Szolnok Exterioris provocat, ut se cruciferis adiungant.

In charta 21 × 20,5 cm restaurata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4443.

Ed. *Analecta Scepusii* IV, p. 35. — *Epistolae* I, no 41. — *Tudományos Gyűjtemény* 4 (1820), vol. 10 p. 42. — *Katona, Historia XVIII*, p. 720. — *Documente* II/3, no 149. — *Márki, Dósa*, p. 180 (Hungarice et ibidem p. 181 enumerantur editiones linguarum Germanicae atque Hungaricae). — *Geréb, Paraszháborúk* p. 155 (Hungarice).

Ann. Litteras istas ante diem 21 Iunii 1514, qua die litterarum Georgii Székely ad castra prope Szikszó metata missarum mentio fit (v. no 84), datas esse creditur [v. *Valóság* 15 (1972), vol. 11 p. 29].

Georgius Zeckel strenuus miles benedictae gentis cruciferorum princeps et supremus capitaneus regis Hungariae tantummodo subditus et non dominorum universis et singulis civitatibus et oppidis et villis intra ambitum regni Hungariae et praesertim in comitatibus Pesth et Zolnak⁵ Exteriori[bus] existentibus constitutis salutem!

Noveritis, quod infideles nobiles adversus et contra nos et omnem comitivam cruciferorum ad presentem expeditionem sancte congregationis violenta manu insurrexerunt {ut} sic persequi, molestare et turbare volentes.

- 10 Quocirca vobis sub excommunicationis et eterne dampnationis pena et etiam sub omnium bonorum et capitum ammissione mandamus et committimus quam strictissime, quatenus mox statim visis presentibus procul omni mora et excusacionis subterfugio venire, volare et se se transferre in oppidum Czegled debeatis et astricti sitis, ut sic sancta turma
15 et benedictum conventiculum vires et manus predictorum infidelium et maledictorum nobilium cohercere et refrenare et compescere valeat.

Que si feceritis, bene quidem, alias in penam prescriptam incurretis nec de hoc contenti erimus, dum vos omnes in furca portarum vestrarum ante edes vestras suspendemus et suspendi faciemus et ad cuspidem trahi
20 faciemus et bona vestra in dampnum devastando et dilapidando vertemus cum domorum vestrarum destructione, uxorum et puerorum interempcione.

Ex Czegled etc.

In dorso: Nicolai Báthory episcopi (1474—1507) Vaciensis epitaphium, cuius textus est editus in Budai, Polgári Lexicon (Pest 1866²) I, p. 98 et Katholikus Szemle 16 (1902), p. 240.

1514 Iunii 21 — Buda

80

Vladislaus II rex Hungariae civitati Soproniensi mandat, ut Iudaeos a cruciferis et aliis tueatur.

In charta 29,5 × 22 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum no 2 Comitatum Jaurinensis Soproniensisque: DL 2539.

Ed. Kohn, *A zsidók története* I, p. 458. — *Monumenta Iudaica* I, no 238.

Reg. *Sopron története* I/6, no 279 (Hungarice).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis magistro civium ac iudici et iuratis ceterisque civibus et toti communitati civitatis nostre Soproniensis salutem et gratiam!

- 5 Quia nos Iudeos in ipsa civitate nostra residentes in nostram regiam recepimus proteccionem et tutelam specialem viceque et in persona nostre maiestatis vestre commisimus tuicioni et proteccioni, volumus ideo et fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus acceptis presentibus prescriptos Iudeos in dicta civitate nostra Soproniensi commorantes tam contra cruciferos quam alios quoscunque illegitimos impetitores tueri, protegere et indempniter manu tenere debeatis
10 et teneamini nostre maiestatis in persona et auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

- 15 Datum Bude feria quarta proxima post festum sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Stephanus Perényi cubicularius regius civitatem Cassoviensem rogat, ut ipsa ex litteris regis praefectis gentium suarum specificet, quis capitaneus militum Cassoviensium sit: ipse aut Iohannes Bebek.

In charta 22×24,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum anulare, quod litteras olim clausit. Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 930.

Egregii domini amique et vicini nobis honorandi! Post salutem.

Credimus iam vestras d(ominaciones) litteras regie maiestatis per nos eisdem missas bene vidisse et cernisse sensumque earundem intellexisse satis lucide. Dominus Iohannes Bebek diversas faciet intimaciones ad
 5 gentes vestrarum d(ominacionum), ut ipsum sequere deberent ut belli ductorem ipsorum. Licet sua maiestas cum nobis litteras suas, ut vobis dirigeremus, presentavit, haud de hoc quicquam ipsa sua maiestas nobis retullit, ut huius modi gentes vestre, quem audire deberet, utrum ipsum dominum Iohannem Bebek aut nos.

10 Propterea rogamus vestras d(ominaciones) ut amicos et vicinos carissimos, quatinus velitis sententiam faciendam litterarum regalium prefectibus seu capitaneis vestrarum gentium litteris vestris mediantibus specificare, quem etiam capitaneum ceu belli ductorem specialem inter nos eadem sua maiestas elegit coram vestris gentibus fore.

15 Ex Sykzo feria quarta proxima ante festum nativitatis beati Iohannis Baptiste anno Domini 1514.

Stephanus de Peren
regius cubicularius

In dorso: Egregiis dominis iudici et iuratis civibus ac toti consulatui
 20 civitatis Cassoviensis etc. amicis et vicinis nobis honorandis.

Stephanus Rozgonyi iudicem civitatis Bartphae rogat, ut ei purgatorem armorum mittat.

In charta 21,5×17 cm.

Sigillum viridi cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit. Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4440.

Prudens et circumspecte nobis sincere dilecte!

Rogamus te presentibus, quod mondatores armorum aliis fegwerthyzthythoth nobis quam primum et citissime infra mitteretis, quod a
 vo(bi)s bono et quidem grato reciperemus animo ipsique in dampnum non
 5 succederet hicque tardare non faciemus, nisi arma nostra erga nos recti-

81: 8 recte: deberent || 11 recte: prefectis || 13 specificare supra scr. || 14 post maiestas del. maiestas | recte: elegerit

82: 2 recte: armorum alias || 4 grato supra scr.

ficare et aliquantulum reformare <possit>, ubi prout defecciones in ea essent. Ceterum ostensoris verbis presencium omnibus tanquam nostris indubiam fidem prestare rogamus creditivam.

Ex castro nostro Czyczwa in profesto decem milijum militum anno
10 Domini 1514.

Stephanus de
Rozgon etc.

In dorso: Prudenti et circumspecto iudici civitatis Bartpha sincere nobis dilecto.

1514 Iunii 21 — Szikszó

83

Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis revocatis superioribus litteris suis civitatem suam certam facit de cruciferis, quibus cohors militum quadringentorum necato capitaneo se adiunxerunt et dissentire nobiles ad oppidum Szikszó vocatum castra metatos, quisnam dux sit: Stephanus Perényi, an Iohannes Bebek.

In charta 22,5×29 cm.

Sigillum viridi cerae impressum, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 302.

Meyne dinst bevor. Namhafftige, weyße heren.

Wisset nach dem alz ich mit verwilligung des heren hauptmanß Lenhart weilants alz gestern ewer namhafftigen weyßheiten eylende geschryben hab, wy wnß der her Pereny Isthwan entpoten hat, das wyr
5 mit dem folk nindert hin zyhen solden, wen her von kōnlichen maiestet wer erwelt wndt seyne bryff het etc., dy wyr den ewer namhafftigen weyßheiten geschickt haben.

Bys her selber ken Zyxe gwan, wndt auch egentlichen vernommen hab, wy der Bebeck wns gedroet wndt gesprochen hat: so wyr zw ym
10 nicht wolden zyhen, her wold sich mit wns alz mit thvrken schlaen; wndt ander drō wort mer. Hoff ich das solche wnßere bryff ewer namhafftigen weißheiten worden seyn.

Weiter thw ich ewer namhafftigen weißheiten czw wissen, das der Gady Demeter, der ispan hy zw Zixe ist mit vil gutten edellewten, wndt
15 der her Bebeck sy zw ym ken Myskoltz hat lossen ruffen; zunder sy wellen vnter yn nicht zyhen wndt sy haben den Bor Lenhart geschickt, gehet zw kōnlichen maiestet. Der sagt, wy das der Zekel Jorg seer vil volks hatt wndt czwischen den vil meren sayt her. Das der her Bornemissa mit dem volk sich ken Pescht wndt Ofen geßogen hat. Mer
20 sagt her, wy kōnliche maiestet het soldner auff genommen alz bey 400 aussgeclauptes folk wndt sy auff der Thvne hyn ab geschickt het. Gleych alz man sy wold furen in dy wyg war. Also haben sy: sy welt furen auff den Zekel Jorg; do dy soldner das gemerckt haben, haben sy yren hauptman dorschlagen wndt seyn alle zw dem Zekel Jorg getreten.
25 Sagt man, das her hat vyl hwzaren dy schickt herwm, wndt hat vil

83: 16 post geschickt del. aliquid

kôcher, wegen do furt her hynnoch dy selben soldner wnnndt pvxen schôcz wnnndt thut grossen schaden wnnndt yamer. Wy her Debre ein legt hatt, wnnndt was her treybt, mügt yr erforschen von dem Valter von Bartpheld.

³⁰ Ettliche sagen, das wyr also grossen gezevg nicht bedorfft hetten. Auch wisset das dy Zyxyer, alz ich verstendiget var, sey bey wer schwerlich bestendig werden seyn. Dorin bit wyr ain wnterwäysung. Es ist wberall notig.

³⁵ Datum eylendt auss Zyxo am mittwoch ante octavam corporis Christi 1514.

Iohannes Sayczlich etc.

In dorso: Den namhafftigen weyßen heren richter wndt rottmannen der stadt Cassa wnsereu erhafftigen frewnden.

1514 Iunii 21 — Szikszó

84

Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis civitatem suam certiozem facit de rebus in castris metatis ad oppidum Szikszó nominatum gestis et se mandatum civitatis expectare, si quid agendi sit, cuinam ducum adiungatur cum cohorte, quem ne forte Cassoviam reducat.

In charta 22,5 × 32,5 cm.

Sigillum viridi cerae impressum, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 303.

Wnßere willige wndt getrewe dinst bevor!

Wisset namhafftigen, weyßen heren, das der her Pereny Istwan czw wns ken Zyxo kommen ist wnnndt czw den edellewten wndt bryff yn hat gebracht von wegen der crewcziger, das man sy stillen sold, so seyn dy edellewt eynes worden; das sy aber ettliche auß yn zyhen werden mit den heren Pereny Isthwan czw den heren Rozgony Isthwan wnnndt Homonay Janus wnnndt erst mit yn dorauß reden wyll wnnndt sich wntereynig sammeln wnnndt also den eyntrechtlichen hynaphen ken Pesthwertz czyhen wnnndt yn willen hatten, das sy noch alz heut auß haben wolt czyhen von Zyxo.

¹⁰ Also das wyr ganz aleyu weren gebliben, nicht wissende wns czw wem czw halten. Hab ich selber auch geredt mit den heren Pereny Isthwan, der spricht her het gewalt, wnnndt wer von koniclichen maiestet dorczw erwelt, das her wber alles volk der lantheren, edellewt wnnndt ¹⁵ der stet, an stadt koniclichen maiestet seyn sold. Wnnndt wolde seynen boten wnnndt bryff auch czw ewren weyßheiten schicken. Dan weyll ich aber yn batt, das her ewer weyßheiten volk nicht wolde aleyu lassen wnnndt mit den edellewten dorvon czyhen, schickt seyn genod czw wnß den Bathori Janus, wnnndt entpot wns, her merck woll, das es ferlich ²⁰ wnß verlegu wer aleyu wer czw bleyben, ab wyr wolden czyhen bem Gör, so wold her schreyben der frawen, das sy wns sold eyu lossen in das

84: 14 wberjaber corr.

erste schloß wndt wold wns versprechen bey seynem eyde wndt trewen vor volk wndt geczew; wndt sagt: czyh wyr aber czw den Bebek, der Bebek wer also geschickt, so her nwr k'vnd gehalten, das volk wndt
25 den geczew her achtet ser der ander, wndt war ym laydt, das wyr verfürt solden weren. Deren namhafftigen heren hab wyr das yn keynen weg wellen thvn, das wyr jndert eynen seyner schloß wolden hutten.

Danach schicke her wyder czw wns, wndt entpot wns, ab wyr walden, wndt ab es besser wer, das wyr hem kerten, wndt darnoch so
30 her ie den anderen heren geschickt wer, das wyr den auff solden seyn wndt mit den anderen steten hab wyr das hinder ewer weyßheiten willen auch nicht wellen thwn, zunder bitten ewer namhafftige weißheiten, schickt wns eylende wnterwäyßung, sol wyr czw den Bebeck, aber sol wyr wider hem keren. Ich hab genug czw stellen an dem volk,
35 wndt schon nicht der roß auf das, das wyr gar ayledig mügen wissen, was wyr thwn sulle; wa ess seyn selczter, mer der p'vb nycht ser wbertraten. Dy edellewt sagen selber, sy wissen nicht welche stunden das wyr nachten wberfallen weren etc. schickt halt yn der nacht auß. Der Bernald Laslo hat sy aussgespet, der sagt von grossen volk das her hatt.
40 Valete!

Datum auß Zyxo hora 10 feria quarta ante octavam corporis Christi 1514.

Iohannes Sayczlich etc.

Post scriptum: So was aylendig gesche, die edellewt czyhen dorvon.

45 Der Zekel Jorg hatt den tag wndt die stund bryff her ken Zyxo geschickt, das man sy zue czyhen sollen, wndt ym beystatt thvn.

In dorso: Den namhafftigen, weyßen heren richter wndt ratten der stadt Cassa, wñßern erhafftigen heren.

1514 Iunii 22 — Buda

85

Vladislaus II rex Hungariae et Bohemiae baronibus regni Bohemiae singulis auxilium orando res a rusticis insurgentibus gestas scribit.

Ed. Palacký, *Geschichte von Böhmen* V/2, p. 303 (partim, Germanice ex Archivo Publico Trebonensi: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica).

Ann. Litteras originales non invenimus, ideo e citato libro, ubi illae partim in Germanicam linguam translatae sunt, publicamus.

... Wir verlangen von dir mit Fleiß, daß du, da du unsere traurige Noth kennst, mit deinen Freunden und so vielem Volke, als du zusammenzubringen vermagst, bei Tag und Nacht zu uns ziehest, damit wir und unsre Kinder aus dieser Angst und Bangigkeit befreit werden können.
5 Denn heute Nacht lagerte sich das Heer der Kreuzfahrer zwei Meilen vor Ofen, und als die Leute, welche wir gegen sie aussandten, durch das

22 post trewen del. das werden

Thor in Ofen ritten, stachen diejenigen, welche bei den Thoren standen, ihre Pferde mit den Spießen, und die Arbeiter aus allen Weinbergen eilten wieder hinunter, als sie sahen, daß unser Volk hinausziehe. Auch durften
10 wir die ausländischen Hofleute nicht von uns lassen, denn alles, was sich an Gesindel in Ofen und Pest befindet, freut sich, daß die Bauern heranziehen, um ihnen gegen uns und die Unsern zu helfen. Wir sind viel schlimmer daran, als wenn wir belagert würden; wäre das der Fall, so wüßten wir, wer unsre Feinde sind, aber diese essen und trinken unter
15 den Unserigen und die Unsern dürfen mit ihnen nichts anfangen; aber wenn sie die Macht hätten, würden sie gleich über uns und die Unsern herfallen . . .

1514 Iunii 22 — Cremnicium

86

Cremniciensis civitas ad Semnicienses litteras eisdem adiunctas mittunt, per quas certiores reddunt eosdem se Neosoliensi civitati consentire, urgentibus laboribus ne unum quidem hominem extra civitatem mittere posse et citissimum responsum opperiuntur, ut de sententia civitatis Semniciensis certos Neosolienses faciant.

In charta 22×29 cm perforata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus de Sancta Cruce iuxta Garam Filiale: Archivum civitatis Semnicii, no 493.

Namhaftten weysß herren vnd sundere freunth, nach vnnsern willigen dynsten vnd freunthlichem grueß!

Schick wyr do hieryn eczlich brieff, wellicher lautt vnd maynung euer namhafte herrschaffen wol vernemen wyrt vnd ist auff sollich schreiben
5 vnser maynung gleich wye dy maynung der herren von dem Newensol. Dann wyr sunst kaum genuegsam volk zu der arbett [yezt] haben vnd zu vnserer notturfft. Vnd haben vnß selbst genuegsam fuer zesehen yn dyse[m la]uffen. Dorumb waß ewer herrschafften maynung yst, bitten wyr, wollet vnß dy selb schriftlich lassen wissen, do myt wyr weytter
10 den herren auß dem Newensol nach yrem begeren ewer maynung yn dyser sach muegen zuwissen thuen. Domyt, waß ewer namhaften herrschaffen lieb yst.

Auß der Cremnycz, donerstag in octava corporis Christi anno eiusdem 1514.

15

Richter vnd ratt
der statt C[remnycz]

Regestrum familiarium, qui ad Iohannem Bornemissza contra cruciferos proficiscuntur.

In chartis 26×20 et 20,5×10,5 cm aqua maculatis.

Regestrum simplex.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Poseniensis privatum, capsula 56 f. 4 no 23.

1514

Nomina familiarium d(omini) reverendissimi proficiscencium ad d(omi-
num) Bornemyzam, quibus salaria solvimus ad mensem unum et medium:

	Benedictus Thompa habuit	ad equos	6	florenos	18
	eidem pro subsidio dedi			florenos	10
5	Ambrosius Dereczky habuit	ad equos	5	florenos	15
	Demetrius Nandory	equum	1	florenos	3
	Ambrosius Gereles	equos	4	florenos	12
	Iohannes Kerekgyartha	equos	3	florenos	9
	Bartholomeus Zarka	equos	3	florenos	9
10	Blasius Farkas	equos	4	florenos	12
	Nicolaus Condy	equos	4	florenos	12
	Stephanus Isthok	equos	3	florenos	9
	eidem ad emendam cassidem seu				
	galeam			florenum	1
15	Mathias Horwath	equos	2	florenos	6
	Valentinus Bathkay	equos	3	florenos	9
	Georgius Was	equos	2	florenos	6
	Oswaldus Zadory	equum	1	florenos	3
	Laurencius Racz	equum	1	florenos	3
20	Michael Marcus	equos	2	florenos	6
	Nicolaus Pandy	equos	2	florenos	6
	Ambrosius Barthos	equos	2	florenos	6
	Leustachius	equos	4	florenos	12
	Paulus Banycz	equos	3	florenos	9
25	Petrus Sabaczy	equum	1	florenos	3
	Thomas Yo tricesimator	equos	4	florenos	12
	Czobor Gaspar			florenos	25
	servitoribus 2 Petri Thompa	ad equos	2	florenos	4
	eidem Petro Thompa eunti ad				
30	castra pro expensis			florenum	1
	servitoribus 4 ^{or} domini Czobor				
	Gaspar	ad equos	4	florenos	4
	22 Iunii Andreę, Czomody	ad equos	3	florenos	6
	22 Iunii Petro Iwan de Zerda	ad equum	1	florenos	2

87: 23 post hunc versum del. Albertus Kawassy equos 6 florenos 12 || 28 post hunc versum del. Barnabas Nemes de Zentyhwan equos 5 florenos 15

35	27 Iunii huzaronibus, quos con-				
	duxit d(ominus) Iohannes Paxy	ad equos	12	florenos	24
	Salaria mensualia hys dedi 28 Iunii				
	d(omino) Iohanni Paxy	ad equos	10	florenos	30
	d(omino) G(eorgio) Drenczeny	ad equos	8	florenos	24
40	Petro Czatho	ad equos	6	florenos	18
	Francisco Lengeldy	ad equos	6	florenos	18
	Paulo Kermendy	ad equos	4	florenos	9

1514 Iunii 26 — Buda

88

Vladislaus II rex Hungariae civitatibus Bartphensi, Cassoviensi et Eperiesiensi mandat, ut ex superiore mandato usque non exsecuto gentes suas ad ipsum regem mittant.

A in libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis, ms. 78, fol. 68.

Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

B in charta 29,5×22 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4441.

Ed. *Epistolae* I, no 43. — *Documente* II/3, no 152.

C in charta 29,5×22 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Collectio Schwartzenbachiana, no 921.

E in charta 29×21,5 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini, no 883.

Ann. Exceptis titulis **BCE** exemplaria inter se haud differunt (eg. tamen inter exemplaria solum **C** scribit „t” loco litterae „c” aliorum exemplarium), idcirco textus eorum aequae publicamus, quae autem in **A** ac **BCE** exemplaribus differunt ab aliis, ima in pagina annotamus.

B

C

E

Wladislaus Dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti!

Scripseramus vobis et mandaveramus proximis aliis nostris, ut cum dominis partium illarum, quos una cum omnibus viribus et gentibus eorum in presenti rerum nostrarum et regni nostri extrema pene necessitate ad nos accersiri iussimus, gentes similiter vestras dare et mittere deberetis, id quod vos nondum estis executi.

Nunc rursus et iterum eisdem strictissime mandavimus, ut ex quo hostium vires in dies augentur et indicibilia mala perpetrant nobilesque

39 cf. Nagy, *Magyarország családai III*, p. 282.

88:1 Dei — etc. om. **A** || 3 [et ma]ndaveramus **E** | cum]penes corr. **A** || 4 dominis]dominos corr. **A** | post quos del. nos **A** | post eorum del. ad **A** || 6 similiter in marg. **A** | post deberetis del. in quo vos hucusque — ut intelligimus — tardi et negligentes extitissetis, sed neque eis ipsi domini paratos se se ad veniendum prestiterunt, quibus **A** || 7 id — executi supra scr. **A** | exequenti **BC** || 8 eisdem supra scr. **A** || 9 nobilesque]subditosque corr. **A**

¹⁰ nostros opprimunt et interficiunt, omni mora postposita cum omnibus gentibus et viribus eorum pluribus, quo poterunt, huc ad nos veniant. Si tamen tale esset periculum et in tantum malefactores illi essent istie congregati, ut absque gravi et extremo periculo partium illarum easdem partes relinquere non possent, in tali casu contra eosdem malefactores
¹⁵ una cum omnibus comitatibus atque etiam civitatibus illarum partium superiorum proficisci eosdemque profligare et dissipare debeant, quibus profligatis seu dissipatis citissime ad nos venire debeant.

Itaque rursus et iterum fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, ut gentes — quanto plures poteritis — citissime
²⁰ ordinare et una cum ingeniis et rebus bellicis easdem una cum prefatis dominis ad nos mittere debeatis. Si tamen casus — ut prefertur — ita se offerret, ut ibidem contra malefactores proficiscendum eisdem dominis videretur, quod tamen non putamus, nam in multis partibus tam circa Debrew quam hic prope Gwbach adeo profligati sunt, ut ubique
²⁵ locorum dispersi sint et iam fugiant. Extunc in eo casu omnino huius modi gentes vestras una cum ingeniis et rebus ipsis bellicis penes ipsos dominos ad resistendum eisdem malefactoribus citissime mittere debeatis.

Speramus tamen — ut diximus — adeo necessarium non fore, quando-
³⁰ quidem vires ipsorum hostium in dies franguntur et debilitantur, sed potius opus est, ut ubi maior pars ipsorum hostium existit et magis sevit, contra eos proficiscamur et capita eorum contundamus. Idecirco si prefati domini cum gentibus ipsorum huc ad nos venerint, vos quoque gentes vestras cum ingeniis cum eisdem huc ad nos mittere debeatis. Et aliud
³⁵ facere non presumatis!

Datum Bude feria secunda proxima post festum nativitatis beati Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.
Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: Prudentibus et circumspicis iudici et iuratis ceterisque civibus
⁴⁰ ac toti consulatui et communitati civitatis nostre
 Barthffa | Cassoviensis | Eperyes
 fidelibus nobis dilectis.

10 nostros]vestros A | post omni del. aliquid A | posthabita ABE || 15 post cum del. dominis aliis A | post omnibus del. et A || 16 debeant supra scr. A || 17 seu dissipatis] tandem corr. A | venire debeant]veniant B || 20 post easdem del. aliquid A || 21 post debeatis del. in casu vero A || 23 videretur]videbr corr. A || 24 Guoba[ch] A || 25 post dispersi del. sunt A || 31 hostium om. BC || 32 iccirco ABE | post idcirco del. una cum ipsis dominis huius modi gentes vestras cum ingeniis — ut prefertur — rebusque bellicis necessariis festinantissime (una vox legi non potest) ad nos mittere debeatis A | si — presumatis in marg. A || 35 post presumatis add. et aliud iam tandem nullo modo nullaque ratione facere presumatis A || 36 a Bude usque ad finem om. A || 39 ceterisque om. E || 40 et communitati om. C

Emericus Perényi palatinus Hungariae Gabrielem Bodófalvi alias Thelegdi portionem suam in possessione Fehéregyház vocata habitam saevitia crucigerorum compulsum capitulo ecclesiae Budensis pro quadraginta florenis vendidisse testatur.

In charta 29,5 × 33,5 cm.

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 7).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis privatum, capsula 67 f. 1 no 1.

Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nobilis Gabriel de Thelegd filius egregii quondam Francisci litterati de Bodofalwa ex nobili domina Katherina filia olim Iohannis Thelegdy de Zombor procreatus pro se personaliter et pro prefata domina Katherina matre sua cum procuratoriis litteris capituli ecclesie Waradiensis coram nobis constitutus onera et quelibet gravamina Ladislai, Nicolai et Andree fratrum necnon puellarum Katherine et Frusine sororum suarum carnalium aliorum eciam quorumlibet fratrum proximorum et consanguineorum suorum in subscriptis super se et cunctas hereditates suas atque bona assumens proposuit et sponte confessus est in hunc modum, quod quia ipsum ad presens quamobrem videlicet incrudescente hac inmanium et sceleratissimorum rusticanorum populorum crucigerorum huius regni sevicia crudelitateque et in omnem fere nobilitatem animadversione domum suam et eorum quippe rabiem nunc affugere compulsus est, magna admodum et incomparabilis pariter cum dicta domina genitrice sua urgeret necessitas, tum igitur ex eo, tum eciam quia honorabile capitulum ecclesie Budensis prenominato quondam Francisco litterato patri suo imprimis ac deinde eciam sibi singulari semper dileccione et amicitia affuisset, complacencias eciam non mediocres et beneficia placidissima necessitatis sue tempore in eum contulisset et exhibuisset exhibereque non dubitaret eciam inposterum.

Ob hoc idem Gabriel de Thelegd bona ac matura in se deliberacione prehabita totalem porcionem suam et dicte domine Katherine matris sue possessionariam utputa tres sessiones eorum iobagionales unam videlicet populosam et alias duas desertas per ipsos scilicet hactenus tentas et possessas et quidquid eciam preterea si forte tandem iuri ipsorum legitime unquam appropriari posset, in possessione Feyereghaz vocata in comitatu Chanadiensi existenti habitas simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis et generaliter quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato capitulo ecclesie Budensis tum pro suarum et parentum eciam eorum animarum salute et refrigerio in perpetuam elemosinam tum eciam pro quadraginta florenis auri puri Hungaricalibus

40 veri et iusti ponderis per ipsum scilicet capitulum de precio possessionis
Borosjenyew sibi datis ac ab eodem capitulo iam levatis et plenarie per-
ceptis dedisset, vendidisset et perpetuo iure ascripsisset, immo pro se
— ut premissum est — personaliter et pro dicta domina Katherina geni-
45 trice sua virtute procuratoria prenarrata dedit, vendidit et ascripsit
coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pari-
ter et habendas nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem idem
Gabriel de Thelegd porcionibus ipsorum possessionariis in pretactis sibi
ipsi ac dicte domine matri sue ac ceteris fratribus ipsorumque heredibus
50 et successoribus per amplius reservans, sed quamlibet iurisdictionem et
iuris proprietatem earundem in iam fatum capitulum ecclesie Budensis
transtulit pleno cum effectu.

Assumens nichilominus memoratus Gabriel de Thelegd annotatum
capitulum ecclesie Budensis perpetuis semper temporibus in pacifico
dominio predictarum porcionum et iurium possessionariorum contra
55 quoslibet impetitores causidicosque et actores tueri, protegere et con-
servare propriis eorum laboribus et expensis tali sub obligamine, quod
si quando temporum in successu prenominati Gabriel de Thelegd et
domina Katherina mater eiusdem prenotatum capitulum ecclesie Budensis
in dominio prescriptarum porcionum et iurium possessionariorum suo
60 modo conservare nollent, non possent aut non curarent seu quoquo modo
negligerent, extunc idem capitulum ecclesie Budensis solum vigore pre-
sencium mediante mox in dominium aliarum porcionum eorum posses-
sionariorum prenotatis scilicet porcionibus possessionariis in fructuosi-
tate et valore equivalencium ubilibet et in quibuscumque comitatibus
65 huius regni existencium introeundi easdemque simili iure perpetuo pro
se occupandi fructusque et quaslibet utilitates earundem percipiendi
et imperpetuum tenendi et conservandi plenam atque omnimodam ha-
beret potestatis facultatem. Ad que omnia premissa et quevis premissor-
um singula sepe fatus Gabriel de Thelegd se personali sua coram nobis
70 astans, dictam vero dominam Katherinam matrem suam virtute pro-
curatoria premissa sponte obligavit similiter coram nobis. In cuius rei
memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras patentes
duximus concedendas.

Datum Bude feria tertia proxima post festum nativitatis beati Iohan-
75 nis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.
Dextra subter: Ellyewelgy.
In dorso: Fassa Gabrielis de Bodoffalwa super certis sessionibus in pos-
sessione Feyereghaz capitulum solum concernens.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Bistriciensi mandat, ut illuc res familiasque nobilium, qui regnum defendunt, intromittant.

In charta scriptae, sigillo scida tecto anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 343.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 586 (Germanice).

Prudentes et circumspecti amici dilecti!

Ex relatibus egregii Mathei Jankauffy et aliorum nonnullorum nobilium accepimus, qualiter vos bona et res, uxores scilicet et filios eorundem in civitatem vestram intromittere noluissetis, sed nec velletis de
⁵ presenti. Constat enim vobis, ut nobiles illi omnes nobiscum una in defensione huius regni existunt occupati.

Propterea requirentes vos et nichilominus regia in persona harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus agnitis presentibus res et bona ipsorum nobilium, uxores etenim et filios, qui scilicet illo ingredi
¹⁰ voluerint, intromittere et ibidem pacifice tenere et tractare debeatis et teneamini secus nullo modo facturi.

Ex Alba Gywla in festo beati Ladislai regis anno 1514.

Iohannes comes et
 wayvoda Transsilvanus etc.

¹⁵ *In dorso:* Prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis civibus civitatis Bystriciensis etc. amicis nobis dilectis.

Leo X papa Petrum Bergnanum ad Vladislaum II regem Hungariae mittit.

Ed. *Epistolarum Leonis X* lib. VIII, no 29.

Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 9999 (ex Bibliotheca Vaticana; cod. 3364 fol. 162).

Vladislao regi Pannoniae. Petrum Bergnanum familiarem meum mitto ad te cum mandatis iis de rebus, quas ab ipso cognosces. Quaeque mihi pro mea in te benevolentia magnae curae sunt, eius verbis omnem fidem habebis etc. Valebis nosque diliges!

⁵ Datum quinto Calendas Iulias <pontificatus> anno secundo Roma.

*Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Bistriciensi committit, ut
sua ingenia ad eundem vaivodam mittant.*

In charta scriptae, sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae
esse videntur ex copia photographica litterae.
Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum Saxonum Nationale, 5—169.

Prudentes et circumspecti amici dilecti!

Qualitercunque est, ut littere nostre erga vos pervenire non potuerunt,
tamen scripseramus vobis, ut ingenia ipsa erga nos mittere deberetis.
Nunc iterum rursus requirimus vos et nichilominus harum serie regia in
5 persona firmissime committimus et mandamus, quatinus statim agnitis
presentibus omni difficultate seposita tria ingenia videlicet hoffynca,
Iul.2-8 taraczka et ztrwbnyca cum omnibus attinenciis et necessitatibus ad diem
Dominicum ita, quod ad feriam secundam orto sole ubicunque fuerimus
per equos vestros erga nos mittere et dirigere debeatis et teneamini et
10 secus sub amissione capitis et bonorum vestrorum facere non presuma-
tis nam sciatis, quod iam de aliis civitatibus ingenia ipsa totaliter apud
nos sunt constituta, ex parte vero gencium — prout nobis supplicastis —
ad vota vestra faciemus vobis relacionem. Secus in premissis ne faciatis!

Ex Zazsebes in profesto beatorum Petri et Pauli apostolorum anno
15 1514.

Iohannes comes et
wayvoda Transsilvanus etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis civibus
civitatis Bystriensis etc. amicis nobis dilectis.

*Iohannes Podmaniczky cubicularius regius ad Philippum Móre oratorem
Hungariae Venetiis delegatum nobiles praevalere contra rusticos et copias
auxiliares propius accedere scribit.*

Excerptum in litteris Bernardini Prosperi oratoris Ferrariae die 19 Iulii anno eodem
Venetiis datis (v. no 132).

Sign. Archivum Publicum Mutinense: Notizie intorno al regno d'Ungheria da lettere di
Bernardino Prosperi oratore ducale a Venezia 1514. 72—l. 19.

Reg. Óvári, Oklevélmásolatok, no 1062.

Hoc unum est, quod ubique prevalent nostri nobiles contra istos ru-
sticos et spero in brevi bonum finem, licet magna et multa strages et
plusquam credetur facta est tam inter nobiles quam inter rusticos et
credo ex utraque parte ceciderunt usque ad XX^m hominum. Ioannes
5 Bornemysa castellanus castri Budensis cum equis 1200 sub castro Dem-
bro prope Agriam tribus milliaribus Ungaricis debellavit ex istis cruci-
feris VII^m. Iterum prope Pesth in villa Gubach 1500.

92: 3 post ipsa del. ad || 6 post seposita del. aliquid || 11 post ipsa del. omnia

Comes Georgius Sopusiensis 25 Iunii intravit Budam cum 5000 millitum numero ad deffensionem et mandatum regis. Expectatur dux Texeniensis, item et dux Fecheth cum millitibus et multi alii.

1514 Iunii 29 — Szászsebes

94

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Cibiniensi mandat, ut ad gentes castra metatas victualia portent et copias militum domi relictas mittant.

In charta scriptae, sigillo sub textu consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Cibiniense: Archivum civitatis Cibinii, materia IV no 176. Ed. *Studii* 8 (1955), vol. 5—6 p. 99.

Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis waywoda Transilvanus et Siculorum comes etc. prudentibus et circumspcctis magistro civium ceterisque iuratis, consulibus civitatis Cybiniensis salutem et favorem!

⁵ Quoniam peroptime vobis iam constare poterit nos gentes parcium istarum Transilvanarum movisse itaque castra metasse, ubi victualibus gentes ipse haud mediocriter indigere videntur, quapropter requirimus vos et nichilominus harum serie regia in persona firmissime committimus et mandamus, quatenus agnitis presentibus omnia victualia tam ¹⁰ equis videlicet quam hominibus competencia cum ea parte gencium, que domi est relicta, ad loca castra metata ultra scilicet Zazwaros defferri et dirigere debeatis et teneamini assecurantes nos omnes et singulos presentibus litteris nostris, ut nichil penitus absque pecuniis et condigno precio aufferri faciemus, sed pro omnibus persolvi committimus, nam ¹⁵ alioquin cogemur gentes ipsas, ne fame morirentur, ad villas et oppida vestra exmittere. Secus igitur nulla ratione facere presumatis!

Datum in civitate Zazsebes in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum anno 1514.

1514 Iunii 29 — Claudiopolis

95

Leonardus Barlabássy de Héderfája vicevaivoda Transilvaniae a civitate Bistriciensi revocatis litteris superioribus et rumore cruciferorum petit, ut instrumenta bellica ad castrum Görgény nominatum mittant.

In charta scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 344. Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 587 (Germanice).

Leonardus Barrabasy de Hederfaya vicewayda Transilvanus et Siculorum vicecomes univcrsis et singulis circumspcctibus alterius cuiusvis status et condicionis hominibus presenciam noticiam habituris debitam reverenciam cum honore!

95: 2 recte: circumspcctis || 3 recte: presencium

⁵ Quoniam nos certis et racionabilibus de causis misimus litteras utque audistis rumorem cruciferorum, quare petimus de presenti huius imper-sona domini graciosi verum eciam committimus, quatinus velitis ad castrum Gewrgen dare seu disponere pulveres quadridas duas adpertinentes bumbardis, terciam vero pixidi, de quibus nunc castrum nimium
¹⁰ indiget. Si feceritis, extunc nobis in similibus complacebimus, post de-
scensum dominus wayuoda Transsilvanus vobis in omnibus impendebit in eis <aliud> nulla racione facturi. Tandem quidquid presens dixerit, fidem creditivam adhibere velitis.

Datum in civitate Colosvar in festo beatorum Petri et Pauli aposto-
¹⁵ lorum anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.
In dorso: Circumspecto Fabiano ac eorum vicegerenti et discretis viris existentibus Bistriciensibus nobis dilectis et amicis presentetur.

1514 Iunii 29 — Fogaras

96

*Paulus Tomori ad civitatem Brassoviensem litteras Iohannis Zapolyai vaivodae Transilvani mittit scribitque se ad vada Danubii Georgio Székely obviare destina-
tum.*

In charta aqua maculata scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Collectio „Fronius”, vol. I no 120.

Nobiles et prudentes domini et amici honorandissimi!

Has litteras domini wayvode ex confidencia erga v(estrarum) d(ominaciones) aperui, quia ac nocte est missa ad me et in aliis litteris committit et petit caritative me, ut ista littera sue m(agnifice) d(ominacionis) nulla hora pau-
⁵ sare debeat, sed citissime erga v(estrarum) d(ominaciones) transmittere de-
beam. Idcirco me eciam festinare commisit, quia — prout intelligo —
ero vel iam sum deputatus ad vada Danubii circa castrum Haram, ne
ille latro affugiat Turciam. Littere domini wayvode heri de sero sunt
emanate et miror de oratore d(ominacionum) v(estrarum), quo evenit.
¹⁰ Ex castro Fogaras nocte diei festi beatorum Petri et Pauli apostolorum
1514.

Paulus Thomory
amicus vester <manu> propria

In dorso: Nobilibus et prudentibus viris iudici et iuratis civibus civitatis
¹⁵ Brassoviensis dominis et amicis honorandis.

¹⁰ post nobis del. aliquid || ¹⁶ recte: eius vicesgerenti
96: 4 me supra scr. || 7 castrum supra scr.

Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis civitatem Bartphensem de damnis cruciferorum imprimis de abactis equis certiozem reddidit.

In charta 22 × 19,5 cm.

Sigillum viridi ceræ impressum anulare scidaque tectum.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4442.

Meyn groß wnnndt dinst bevor. Namhafftige, weyße heren, meyne gunstige wnnndt erhafftige heren wnnndt gvnner!

Ewer würden sal wissen, das dy heren wnnndt edellewtt wns geclagt wnnndt erczelt haben, wy dy pvben dy sich den crewcziger nennen wnnndt⁵ dy vorhafftigen crewcziger nicht seyn, vil gutten heren wnnndt edellewten yre hewßer nicht aleyn berawbt haben, zunder auch vorbrent wnnndt wber das all yr fych, roß wnnndt stutten weg getriben haben wnnndt sulch fych wnnndt roß om eyn leycht gelt gegeben worden ist.

Ist myr befolen alles fych wnnndt roß in allen dreysigsten czw vorhal-¹⁰ den. Hab ich dorumme allen meynen dinern noch meynen heren befolen, wo man yndert sulche getribene roß vindt czw vorfangen. Des halben thw ichs ewer namhaftigen würden czw wissen alz wnßerenn gunstigen heren wnnndt frewnden, wen es ist schwer das vill gwter lewt von sulchen leychtfertigen pvben solden czw schaden kommen.

Dem her Tharczay Miclos hatt man alle seyne stutten wegk getriben¹⁵ wnnndt seyn czechen hab ich auch hyn auff geschickt. Do mit alles guttes.

Datum auß Cassa am tag der heyligen czwelffboten Petri et Pauli 1514.

Iohannes Scheweczlich etc.

In dorso: Den namhafftigen wnnndt weißen heren richter wnnndt rott-²⁰ mannen der stadt Bartpha, seynen erhafftigen heren wnnndt gvnner.

Civitas Cremniciensis ad civitatem Semniciensem milites in cruciferos condu- cendi causa litteras mittit.

In charta 21 × 29 cm manca.

Sigilli fragmentum rubrae ceræ impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus de Sancta Cruce iuxta Garam Filiale: Archivum civitatis Semnicii, no 246.

Namhafften, weysß herren vnd sundere freunth.

Nach vnseren willigen dynsten vnd freuntlichem grueß, schick wyr hyeryn ewer namhaften herrschaften der herren auß dem Newensol brieff, auß wellichem yr wol werdt versteen yr maynung vnd yren willen.

Wann wyr yn zugeschriben haben gehabt, dos wyr nyth yn vermueg-⁵ likait wären frembd volck oder söldner auffzemen vnd zuhalden, als Groff Jörg gepeutth, sunder wyr haben allen den vnsern lassen ansagen yn der statt vnd yn dörfferen, doß yderman nach dem pesten beraitt sey all stund, so eß nott geschehe auff zeseyn. Vnd auff der maynung¹⁰ pleyben auch dy herren auß dem Newensol. Vnß düncket auch nyth

von nōtten seyn dem Groff Jörgen der sachen halben antwort zethuen
oder zeschreiben, sunder eß yst eyynn genuegen doß wyr als dy gehar-
samenn vnß wellen zuberaitten vnd bewornnen auff sōllich seyner gna-
den gepott nach vnserem pesten vermuegen. Got geb doß eß nyth noth
15 geschehe.

Ewer namhaften herrschaften wel nyth vnwillig seyn auff eweren
potten, doß er so lang auß gepliben yst. Wann wyr yn wider seyner willen
auffgeholtten vnd ynß Newsol myt ewerem brieff eylund geschickt haben
von fuerder roß wegen.

20 Do myt waß eweren namhaften herrschaften lieb yst.

Auß der Cremnycz, freitag negst nach Petrij vnd Paulj, im jahr Christi
1514.

Richter vnd ratt
der statt Cremnycz

25 *Post scriptum.*: Ob ewer namhafte herrschaften newzeitung wūrd haben
durch eweren potten, den yr als wyr versteen, hynab ken Ofen geschickt
habt, bitten wyr, yr wōllet dy selbigen myt vnß taillen.

1514 Iunii 30 — Oenipontum

99

*Ignotus ignoto Hungaricam insurrexisse plebem, qui — dum Thomas Bakócz
cardinalis Strigoniensis eis excommunicationem minabatur — inter se iurarent
vel mori vel praelatos baronesque regni puniri et eosdem sub rege electo quendam
episcopum et nonnullos dominos interemisse, regem Hungariae ad partes plebis
se inclinasse et eum rerum odium in praelatos transtulisse scribit.*

A in charta scripta esse copia simplex videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Generale de Septimania: Estado Francia, Legajo K 1482.

B in charta scripta esse copia simplex videtur ex copia photographica.

Sign. Bibliotheca Academiae Regalis Historicae: Colección de Salazar y Castro, K-33
fol. 188—189.

Ann. Quia utrasque litteras simplices copias esse et inter se se orthographia dialectove
atque una describendi culpa differre vidimus, ideo solum copiae A signatae textum
publicare censuimus.

A XXX de Iunio de DXIII en Alespruch.

Muy caro, como mayor hermano: haviendos escrito, tanto menos hay
que dezir esperando a saber si estays en Leon; Corrando me escribe que
quiere yr a Roma y si hasta aqui no os he escrito por esta causa, esta sera
5 por buena usanca y solo para deziros de las cosas de Ungria: son cosas
terribles de pueblos levantados contra los prelados y barones y nobles
sobre la cruzada que el cardenal Estrigonense ha dado al pueblo de Un-
gria contra el Turco un anno ha, despues que los perlados han llevado
las tallas sobre el pueblo muchas vezes, segun se dize, de veynte annos
10 aca y luego que han recabado los dineros para hazer la guerra al Turco,
han hecho acordio y guardadose los dineros; y sabed que en Ungria los
prelados gobiernan todo el reyno y han los dineros en su mano, mas que
el rey.

99: 13 *post rey del.* agora ha

Agora es venido que el pueblo se ha rehunido hasta cinquenta mil
15 hombres para yr contra los Turcos y tras esto el cardenal de Astrigonia
ha hecho acordio con el Turco, haviendosse tomado el dinero como por
el passado; y viendo tanto pueblo alcado el cardenal ha entrado en temor,
y como primero havia dado la cruzada, ha hecho defenderles de no separ-
tir antes tornarse a casa, so pena de escomunión papal, de que los pueblos
20 se han indignado y jurado de morir juntamente y castigar a los perlados
que tanto tiempo han puesto las tallas para hazer la guerra contra el
Turco y nunca lo han puesto en effecto. De manera que se estiman del
pueblo cient mil hombres juntamente levantados y han hecho un rey
entre ellos, nombrado Melchior Vanbosor, por la gracia de Dios rey de
25 la bendita gente, crucifero etc, amigo y subdito del rey de Ungria, mas
no de los sennores perlados y barones y nobles, y hazen mucho mal donde
pueden; y segunt sabemos han muerto asaz gentiles hombres y un obispo
de Tisquinada han empalado y toda su gente con el, y si pudiessen haver
todos los otros obispos, harian como d'este; de manera que los perlados
30 fuyen y no saben que remedio, porque el rey de Ungria se estima que se
entiende con el pueblo, porque dize que los ecclesiasticos de qualque
año aca han tenido el gobierno y los dineros en Ungria; el rey por en-
tretenerse con ellos, siendo venido el rey de Bohemia, ha dexado hazerles
y governarse de perlados y agora respondeles, es a saber: dize a los per-
35 lados quando les reprehenden, que meta remedio en estas cosas; que ellos
han recebido el dinero de las tallas y que el hasta aqui ha seydo un pobre
rey y que por esso ellos de aquel dinero hagan la guerra: en lo qual muestra
tener inteligencia con el pueblo. Ciertamente estas son cosas espantables
y ahunque en algun lugar por estas partes los pueblos casi por todo se
40 levantan contra su sennor, Dios ponga buena paz y amor entre Christia-
nos.

1514 Iulii 1 — Leutsovia

100

*Civitas Leutsoviensis Eperiesinenses quaerit, ut una cum Bartphensi Cibi-
niensique civitatibus mandatum milites mittendi in cruciferos regium peragant.*

In charta 21,5×19,5 cm aqua maculata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque teeti, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini, no 884.

Freunthlichen gruß vnd gutwillikeit zw vor!

Namhaftigen herren, koniglicher maiestat briff vnß durch ewer wür-
den boten vberantwort. Wyr haben vornumen, welcher gleichen vn-
gezweyuelt ewer namhaftige würden auch hatht. Mogen wyr keyn ande-
5 ren rett noch wege doryn erfindenn, dan das zw lang zey volk auß zu
richten, vnd zo wyr schon schickten, mocht erflagen werden.

Furderlich alleyn zihend ist noch vnser meynnung vnd vor nemen
dem rot vnd bedunckenn des herren Perenj Isthwann noch zu folgen,
awff das wyr vnvorezuglich nach laut vnßers briffs von den herren vom
10 Czeben ewer würden geschickt nochfolgen vnd ken hoff czugen. Zo aber
ewer würden vnd der herren von Bartpha meynnung anders wer, pitten

139

wyr vnß das wollet lassen wissen, auff vnßer gelt. Domit wyr ewer namhaftige wörden Got pefelhen.

Gegeben yn der Leutschaw in vigilia visitacionis Marie 1514.

15

Richter vnd rotmann
der stat Leutschaw

In dorso: Denen namhaftigenn, weysen herren richter vnd rotman der stat Epperies jren erhafftigen frundenn.

1514 Iulii 1

101

Civitas Eperiesinensis acceptis regis litteris scribunt ad Bartphenses, ut milites in cruciferos mittendi causa una cum ceteris partium Hungariae superiorum civitatibus consulant, quare ad Leutsoviensem et Cibiniensem civitates etiam litteras miserunt.

In charta 21,5 × 20 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Districtus Barthphensis: Archivum civitatis Barthphae, no 4445.

Namhaftigen vnd vorsichtigen herrenn, besonders annemen frwnd vnd nochparn!

Wyr fwgen ewer namhaftigkeiten zu wissen, das vnd vns kkönliche prieff auf a newes erlanget haben auf das rischte volch außzwrichten etc.; Bo zwayfelt vns nicht, ewer namhaftigkeiten mandat, das wyr euch⁵ wberantwort haben, auch dyße meynung begreifende ist, vnd swleher außrichtung des volches mit nicht werden mwgen seyn vortragen.

Darwmb vnß meynung wer alsofer als vnd ewer namhaftigkeit gut dencht, das ewer namhaftigkeit wold geruchen zwshrayben den erberen¹⁰ steten, das sy sich auf a mittel stelle y ee y besser zw sammen fwgten, dorauß zw handelnn auf das was do geschen sold eyntrechtig zwischen vns allen geschen möchte.

Wentworwmb den namhaftigen herrenn auß der Lewtscha wyr auch als hewt eyn kköniglich gebot hanooh geschickt haben, den herrenn¹⁵ vom Cziben ist auch eynes worden.

Geben am obent der besuchung Marie, im yar 1514.

Richter vnd rathmannen
der stadt Epperies

In dorso: Denn namhaftigen vnd vorsichtenn herrenn richter vnd rathmannen der stadt Bartpha, vnseren annemen frwnden vnd nachparenn.²⁰

Regestrum summae pecuniae contra cruciferos a Brassoviensibus exactae.

Ed. *Quellen der Stadt Kronstadt* I, p. 203 (ex Archivo Publico Brassoviensi: Archivum civitatis Brassoviae).

Iul. 2 Item ipso die visitationis gloriosissimae virginis Mariae levatae sunt de singulis capitibus utpote civibus, inhabitatoribus ac universis incolis pro stipendiariis conducendis contra cruciferos etc. asperae 25, in hac siquidem exactione praesentaverunt quartalia ut infra: Katherinae
 5 florenos 197, corporis Christi florenos 259 asperas 33, Porticae florenos 238, Petri florenos 175.

Item ipso die visitationis gloriosissimae virginis Mariae dedimus stipendiariis equitibus, quos contra cruciferos iussu spectabilis et magnifici domini waywodae Transsilvanensis conduxeramus, florenos 444.

Iul. 19 Item feria quarta ante festum beatae Mariae Magdalenae iterum dedimus stipendiariis pedestribus florenos 191 asperos 49.

Iul. 20 Item feria quinta ante festum beatae Mariae Magdalenae iterum levatae sunt de singulis capitibus asperae 12, ubi quartalia praesentaverunt — ut infra sequitur: Katherinae florenos 93 asperas 37, Corporis
 15 Christi florenos 116 asperas 20, Porticae florenos 111 asperas 24, Petri florenos 77 asperas 25.

Item was man off dy pwxenn wyder dy krewcziger gegeben hat.

1514 Iulii 2 — Roma

103

Petrus Landus orator Venetiae Roma inter alia refert de insurgentibus rusticis et eorum gestis.

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacei di Roma, 1514 no 180.

Reg. Óvári, Oklevélmásolatok, no 1061.

... Continuo poi sua b(eatitudine) haver lettere de Hungaria del mese passato, per le qual era avisato che quelli populi erano sublevati contra li prelati et nobeli et erano piu de 50^m et havevano facto uno capo nominato d(omino) Zorzi Cheler et havevano preso el vescovo Egozadino
 5 et morto et impallato per modo che quel regno era in grande combustio et el re voleva mandar a tor boemi ...

Rome II Iulii MDXIII.

P(etrus) Landus orator

Vladislaus II rex Hungariae Leoni X papae recensitis novis cruciferorum rebus depingit, quo in statu sit Hungaria, quae et intestina insurrectione et exteris regnum invasuris adeo cruciatur, ut in extremum, nisi papa subsidio succurrat regno, excidium sit casura.

In libro ex charta 22 × 30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 155 v-157 r.

Ed. *Marczali, Világtörténet VI*, p. 642 (Hungarice).

Facs. ibidem (partim).

Comm. *Századok 32* (1898), p. 494.

Beatissime pater et domine domine graciousissime mi clementissime!
Post devotam mei ad oscula pedum sanctitatis vestre commendacionem!

Atrox et funestum vixque ullo seculo auditum facinus s(anctitati) vestre
referre cogor, pater beatissime, cuius immanitas eo videtur detestabilior,
5 quod a pietatis ac religionis fontibus initium incrementumque suscepit.
Quum enim sanctitas vestra adversus perniciosissimum hostem, qui magis
in dies magisque invalescit, universorum criminum abolicionem, quam
cruciatam vocant, in hoc meo regno nuper promulgare iussisset, ut eo
quisque cupidius ad publicum incendium velud extinguendum securius-
10 que ob hanc divine gratie largitatem accurreret eoque adminiculo teteri-
rimi hostis impetus ac progressus arceri facilius et frangi possent. Proh
durissima sors!

Inauspicatique conatus hac preposita sub crucis nomine impunitate
repente a rusticana plebe, que in agris degebat, inopinata procella et
15 tempestas erupit, adiecta bubulcorum caprariorumque et id generis
pastorum violentissima manu, quorum in hoc regno ob fecundam ube-
remque planiciem ingens versatur multitudo, hy omnes iactantes, ut
est plebs novarum rerum semper studiosa, ideo ea moliri, ut a servitute
in libertatem se se vendicarent, re autem ipsa licenciam liberius cras-
20 sandi facultatemque idoneam nacti in universam nobilitatem violenter
insurrexere passimque nobiles nichil tale opinantes incautos improvidos-
que, crudelissime impugnarunt domos, villas et quicquid eorum erat
ferro flammaque sine ullo delectu longe ac late devastantes. Qui vero
in ipsorum potestatem devenerunt per miseros corporis cruciatus duris-
25 sima nece occubuere.

Pudet me in medium referre tantam seviciam carnificinamque, cum
nichil quidem teterius, nichil durius, nichil fedius, nichil magis abhomi-
nandum ne a Turcis quidem contingere potuisset, nulle quippe historie
nulla veterum annalium monumenta, sed ne tragedias quidem facinus
30 eque horrendum ac formidabile prodidisse existimo. Quid enim loquar!
Raptus mulierum spurcissimamque libidinem ac alia permulta, que sine
oracionis obscenitate narrari nequeunt, hy enim quasi Tartareis perciti
ea perpetrarunt, que omnis posteritas obstupescet pleraque nobilitate
inauditis suppliciis extincta, virginibus ac matronis per omnem libidinis
35 intemperanciam spurcissime sunt abusi probatissimasque matres fami-

104: In primordio: Ad summum pontificem pro subsidio peccuniarum || 14 post
et del. pastorum || 18 plebs cf. *Sallustius, De coniuratione Catilinae 18,4; 37,1; 48,1*

lias viris eciam presentibus misereque spectantibus summa cum turpitudine sue inservire libidini coegerunt.

Nec minus hec debachancium furia in ipsum clerum execrabili sevicia detonuit, nam episcopum Chanadiensem hominem veteris insignisque
40 prosapie licet ab omni eo tumultu prorsus alienum nequissimi sicarii per insidias interceptum post exquisitissima tormenta palo affixum crudelissime mori coegerunt. Itidem pluribus aliis religiosis viris intulerunt nullum penitus discrimen habentes aut religionis aut honestatis, sed veluti tocius humanitatis expertes nichil aliud struunt, nichil machi-
45 nantur, quam univere nobilitati atque optimo cuique pestem, perniciem, exicium. Quibus certe nichil flagiciosius, nichil indignius dici vel excogitari potest, captos enim continuo tormentis excarnificant, decoriant, palis verubusque affigunt per acerbissimas membrorum omnium seccion-

50 nes. Qui cum nullis nec admonicionibus nec minis nec racionibus ad sanitatem redire vellent, coacti fuimus novam vim impetumque inhibere, sed nec facile fuit quonam pacto id tutissime agi posset explicare, hanc quippe provinciam nobilitati demandare nequivi, cum eorum quisque a domestico hoste circumventus de capite et vita periclitaretur intraque
55 privatos parietes exicium formidaret nec quem domi hostem quemve amicum haberet, satis exploratum foret essetque non parva ipsorum pars extincta, plebi vero popularibusque confidendum minime videbatur, cum universa fere multitudo in tantum facinus unanimi voto conspirasset.

Unde opus fuit ad hos pestiferos conatus reprimendos externum militem ex alienis provinciis accersire, per quem de tam nepharia impiorum
60 hominum diritate immanitateque debitum supplicium sumeretur. Et iam plurimi ex hac colluvie ac sentina siccariorum fusi fugatique dignum factis premium retulerunt. Reliquos vero qui adhuc passim latrocinantur, meo milite propinquante non tam de prelio consulturos arbitror,
65 quam de fuga, sed profecto licet res eo devenerit, ut in homines tam sontes tantisque flagiciis coinquinatos animadvertere sit necesse. Ipsorum tamen strages quendam veluti orumnarum cumulum extremamque perniciem huic regno diuturna egrotacione laboranti est allatura hee nanque regiones eciam antea ob assiduas hostium predas ac incursiones colonis atque agricolis non parum exinanite sunt. Nichilominus in
70 hanc usque diem oppida et castra hostium fimbis exposita solum agricolorum tributis exaccionibusque adversus tantam vim et impetum Turcorum premunivi.

Ex eaque dumtaxat peccunia, que in subsidium ab eisdem ministrabatur, tantam belli molem, licet egre hactenus sustinui, nunc accedente
75 hac nobilitatis et rusticitatis ingenti cede regnum hoc in magnam vastitatem ac solitudinem est redactum. Quo fit, ut non qui militet neque qui consuetum subsidium contribuat, existit et s(anctitatis) quoque vestre subsidio, quod ex huius modi cruciata consequi sperabam, sum frustratus.
80 Sicque castra finitima et ipsum iam tandem totum regnum extremo periculo positum est et relictum. Quum nec qui — ut premisi — contribuat nec qui pugnet, superest omni itaque et interna et externa ope desti-

44 post expertes del. cuique || 51 inhibere]prohibere corr. || 65 post fuga del. reliquos vero || 71 post hostium del. finibu | recte: finibus

tutus id solum superest, ut ad sanctitatis vestre presidium, beatissime pater, confugiam, in quo uno posita est nostre religionis salus et tutela
85 eius, in quam est muneris, pontifex maxime, ut quo magis animadvertit, in quantis periculis insidiisque versamur eo magis ad nos levandos fovendosque excitetur. Quibus si quid gravius acciderit, quod immortalis Deus prohibeat, actum erit de hac septemtrionali Europa. In Europe vero pernicie nonne tota corruet religio Christiana?

90 Iam iam igitur tempus instat, ut s(anctitas) vestra peccuniarum subsidium et quidem quam celerrime ad huius regni propugnaculum custodiamque subministret, cum rerum omnium hic egeni et inopes, nichil satis firmi munitique habeamus. Nam mercenario et externo milite ad
95 presidia imponenda opus est, qui sine ingenti peccuniarum vi ali non possunt. Quod si non mature provisum fuerit, nichil erit opus bellum diuturnum expavescere ad primam enim incursionem, adeo meum omne robur prorsus elanguit, hec omnia, Deus tam infaustum omen avertat, in dicionem potestatemque truculentissimi thyrani concedent. In sanctitatis igitur vestre peccuniarum subsidio et eo quidem celerrimo omnem
100 spem rationemque salutis huius regni video esse positam atque locatam. Reliquorum enim, a quibus nos maxime iuvare oportuit vel cunctatione vel negligencia eas res Turcorum evasit, ut non modo illos opprimere, sed ne reprimere quidem aut ad temporis punctum sustinere sine sanctitatis vestre presidio valeam. Miseram profecto atque infelicem nostre
105 religionis hanc sortem spectant perinde atque in theatri ludo Christiani principes nec ad nos vel minima in re levandos se se accingunt.

Non pretermittat itaque vestra s(anctitas) hoc regnum et rerum olim gestarum gloria nobilissimum et de reliqua universa Christianitate quam optime meritum rebus insuper omnibus, que ad victum uberrimum vel
110 ad omnem urbanitatis cultum spectant, sua fertilitate affluentiaque insigne in extremum excidium duci michique et huic regno quam primum aliquod peccuniarum subsidium ordinare et mittere dignetur, faciat, ut omnes intelligant, statum universe Pannonie sui unius presidii, opibus, facultatibus muniri, defendi et sustentari vestram esse sanctitatem
115 populi omnes nationesque predicent, que huius regni dignitatem atque salutem a teterrima Turcorum et abhominabili servitute ab acerbissimoque interitu liberarit.

Valeat sanctitas vestra cum universo suo sanctissimo senatu ad multos annos felicissime et mei ac regnorum meorum tot insperatis calamitatibus afflictorum pro eius, qui nos sanguine suo redemit, ipsamque in tam
120 sublimem locum collocavit, amoris singularem curam gerere velit.

Datum Bude tercia die Iulii anno 1514.

Dextra supra in pagina prima: Balbus etc.

*Petrus Landus orator Venetiae Roma inter alia refert Leonem X papam de-
crevisse, ut Laurentius Campeggius episcopus Feltrensis nuntius in Hungariam
vaderet insurrectionem sedaturus.*

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae
esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 182.

Serenissime princeps et excellentissimi domini domini colendissimi ! . . .

El reverendissimo cardinal Grimani mi ha dicto la s(antita) de n(ostra)
s(ignoria) questa matina in concistorio haver deliberato chel electo Fel-
trensese nuntio suo apresso l imperador vadi in Hungaria per sedar quelli
5 tumulti et sil fusse bisogno levar la cruciata che lo faci et che essendo
aricorda per qual che uno di reverendissimi cardinali che sua b(eatitudine)
non removesse el nuntio suo senza consentimente et consiglio del impe-
rator, sua santita non lo volse fare per non dar magiore auctorita al im-
perator . . .

10 Romę die III Iulii MDXIII

P(etrus) Landus orator

*Capitulum ecclesiae Wratislawiensis deliberat de ope ferenda regi Hungariae
contra cruciferos.*

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest.

Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislawiensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 282v—283r.
Ed. *Acta Capituli Wratislawiensis*, no 788.

. . . Comparuit dominus Dominicus notarius et nuncius reverendissimi
domini episcopi et oblatis imprimis credenciarum litteris cepit recensere
et declarare per longum sermonem calamitatem et oppressionem, quibus
rex et regnum Hungarie implicaretur et hoc propter magnam summam
5 stipendiatorum et militum, qui cruceiferi nominantur et dicto regno mag-
nam vim intulissent et inferrent. Et propterea reverendissimus dominus
episcopus in proxima dieta ducali Grotkoviensi volens se conformare ce-
teris ducibus Slesie et satisfacere voluntati regie maiestatis consensissent
in certam summam militum per suam p(aternitatem) salariandam et te-
10 nendam, qui una cum stipendiatis aliorum dominorum ducum et civi-
Iul. 25 tatum ad proximum festum sancti Iacobi essent ituri Budam versus ad
defendendam regiam maiestatem. Et propter instans periculum non
potuisset sua p(aternitas) tam subito requirere consilium dominorum
capituli pro tali consensu etc. Peteret igitur sua p(aternitas), ut domini
15 capitulum velint sue p(aternitati) pro congregacione huius modi stipen-
diatorum succurrere cum XII equitibus ad unum quartale per capitulum
salariandis etc.

106: 5 et² supra scr. || 10 ante qui del. aliquid

20 Quo semoto et dominis desuper deliberantibus pensarunt, quod capitulum exnunc eget defensione domini episcopi et suorum vasallorum contra duce[m] Georgium occasione steure per ipsum subditis capituli impositae quodque talis calamitas eque inferretur spiritualibus sicuti secularibus in regno Hungariae degentibus.

25 Propterea illis et aliis respectibus attentis placuit unanimiter dominis, ut detur domino episcopo tanta summa pecuniarum loco muneris, pro qua sua p(aternitas) per se poterit conducere et tenere aliquot milites, ut sic evitetur mala sequela et precaveatur, ne capitulum cogi possit ad cavendum illis militibus de periculis per ipsos expectandis, ut in talibus fieri consuevisset.

30 Deinde domino Dominico revocato oblata fuit sibi dominum archidiaconum presidentem summa C^{tum} et XX^{ti} florenorum etc. Dominus Dominicus obtulit se illa scribere domino episcopo et speraret suam p(aternitatem) in eadem summa fore contentam . . .

1514 Iulii 4 — Roma

107

Leo X papa Bernardum nuntium suum Stephano Báthory mittit, ut nomine eius remedia occurrendi scandalis in Hungaria ortis communicet.

In membrana 45 × 12 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi anularis, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22626.

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 222.

Leo papa X. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem ! Mittimus ad te dilectum filium Bernardum cantorem ecclesiae Agriensis familiarem cubicularium et nuncium nostrum ad obviandum quidem quantum nobis Dominus dederit eis scandalis, quae in isto nobili regno sunt
5 orta nobis gravia admodum et nostris consiliis sanctis atque piis contraria, ut tecum nostrum eius rei dolorem necnon remedia, quae nobis opportuna videntur, nostro nomine communicet, quare hortamur te, ut in his, quae tibi nostro nomine referet, plenam fidem adhibere eumque
10 preterea in suis etiam occurrentiis nostro presertim intuitu commendatum habere velis, quod erit nobis valde gratum.

Datum Romae apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris die IIII Iulii MDXIII pontificatus nostri anno secundo.

Dextra subter: Ia(cobus) Sadoletus.

15 *In dorso:* Dilecto filio nobili viro Stephano de Bathor comiti Themiensi.

Ladislavus de Sternberk cancellarius Bohemiae summus certiozem facit quendam amicum suum de rebus cruciferorum novis.

In charta scripta copia eiusdem temporis simplex esse videtur ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica no 3613.

Reg. Palacký, *Geschichte von Böhmen* V/2, p. 303 (Germanice).

Službu svú vzkazuji, urozený pane, pane a strajče můj milý. Věděti vám dávám, že já ještě v Praze jsem a již jsem najmen desetkrát se strožil pryč a vždycky mi jest přišlo psaní od J^oM^{ti} a zvláště, co se tažení do Uher dotýče, pak již se já k tomu strojím, abych jel; jedno očekávám z 5 Pražan a jiných měst, neb se k tomu mají, aby také své vypravili. Kníže ten jest přijel od J^oM^{ti} a co na něm rozumím, žeť není řádu, neb jest mi pravil, že mají lidu na sto tisíc a ten jistý hajtman jich Czakl Greg posílá ves ode vsi kól krvavý a hrozí jim, kteří k němu nechtějí přistúpiti, že jim tím kolem chce platiti. Pak lidé se toho obávají, strachem k němu 10 běží. A vybral Segedin a Varadin, a to znamenitý statek a zboží vzal neb v Uhřích bohatějších lidí není jako v těch dva městečkách a poslal k hajtmanu, který jest na Tenešváru dobrý, že by ho chtěl na milost přijíti. A on mu hned klieče poslal a vzkázal mu, aby přijel, když ráčí, že ho chce pustiti. A on táhl s vojskem k němu; pak jsú mostové upřímí 15 a dluzí k zámku; když plný most lidí byl, kázal a napravil všěcka děla a kázal zapáliti; tak mi kníže pravil, ač oni praví o mnoho tisícech, ale že jest jistá pravda, že jest jich více než tisíc zastřelil, pak on se jest rozhněval. I obehnal jej pak, co z toho bude, dále toho nevím. Druhé pravil, že páni uherští měli bitvu, páni měli tři tisíce koní a voni měli vokolo 20 V M. Tak rozumím, byť Pavlíčka nebulo, žeť by s těžkem byli bitvu neprohráli. A tak že jest jen den udělal sobě mužsky a rozumně, neb když přitáhli na ně, hned křižovníci vytáhli na ně z voza a Pavlíček vida, že se slabie tepú, vzav někto nemnoho koní k sobě i zaskočil již od voza i zkrík na ně, aby se pamatovali a bili před se, že jest jim král J^oM^t na 25 divadla neposlal, tak že oni teprv počeli se bít, vobránili neb bitvu vyhráli, že by byla Pešta i Budín pryč a že všěcky brány stály odevřený, i že jest pán náš velikým nebezpečenství. A z té příčiny sněm jest polo- 22 žen tím spíše a má býti na svatú Maří Magdalénu.

Pane strýče můj milý, teď vám posílám přípisy, kteréž král ráčil psáti 30 panu mincemajstrovi z Rendlovy kanceláři, tu račte porozuměti, co ten člověk šikuje a k čemu se to psaní trefuje. A také vám posílám přípis listu, kterýž král J^oM^t mně psáti ráčil a odpověď dáti máme. Psaní, které sem já J^oM^{ti} psal, co se Samsona dotýče, jeden den sou oba listy z Budína vyšly, pak trefily se jeden k druhému, toho račte povážiti. 35 A psal jsem panu mincemajstrovi, aby se o to velmi nestaral, než měl se k tomu mužsky a nedal jse ustrašiti, neb sic jináče těch lotrů nezbude. A že má dosti přátel, že mu v té věci budú radní a pomocní, ostatek jsem Johannesovi poručil, aby vás zpravil. A s tím dajž pán bůh nám se spolu dáti ve zdraví shledati, jestli vůle jeho svaté milosti. 40 Dán na svatého Prokopa v Pražě.

Ladslav
Šternberka etc.

*Ignotus ignoto scribit Bartholomaeum ducem de Münsterberg Pestino adveniss-
a Vladislao II Hungariae rege missum, ut civitates copias duorum milium pedie
tum ac ducentorum equitum regi auxiliandas daturae essent.*

In charta scripta copia eiusdem temporis simplex esse videtur ex copia photographica.
Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica
no 3612.

Službu svú vzkazují, urozený pane, pane milostivý vaší M^{ti} oznamují,
že kníže Bartoloměj nyní od krále J^oM^{ti} přijel v poselství s listem věří-
cím, žádaje toho, aby stav městcký králi J^oM^{ti} bez meškání vypravil
na pomoc dva tisíce pěších a 200 koní do Budína. A tu velikú nebezpeč-
nost i ouzkost, kterouž J^oM^t královská i dědicové J^oM^{ti} trpí, oznamuje a
upřímo že mocí a s strachem chce k tomu přivésti, aby lid sebrán byl od
stavu městckého. Jestliže to pro dobré krále J^oM^{ti} dělá, zle není, neb jistě
každému věrnému takové ouzkosti pána svého litovati náleží etc. Ale
já se domnívám toho, že pod tím litováním pána našeho něco jiného
obmejšlí. A z příčin rozličných, a zvláště poněvadž tomu rozumí, že V M^t
páni již společně, kteří u Hory sjezd míti se ráčili, zajedno ste a na
tom mezi vašimi milostmi jest zůstane, že sněm obecní v brzkém času
položen býti má tak, jakž já rozumím, on tomu sněmu rád by překazil
všemi obyčejí. A protož, kdyby kníže měl tím lidem vládnúti, jakož
praví, že J^oM^t královská jemu všechny poručiti jest ráčil, kteráž on k
tomu obsělá slovem královským, páni i rytířstvo, jest strach, aby něco
předse nevzal proti někomu, k komuž by on nelibost měl. V této zemi
leda se válka zdvihla a mohlo by i to bejtí, jakož V M^t znáti ráčí, kteráž
i nyní listové od J^oM^{ti} krále vycházejí, že by psáno bylo na toho neb
na onoho, táhněte, ten se nám protiví a působil naše zlé etc. A tomu
by žádnej protiviti se nesměl. I protož zdá mně se za potřebné, aby VM^t
tou věcí prodlévati neráčila a tu věc na konec a na místo přezvědětí,
jestliže není taková znamenitá potřeba, aby král J^oM^t ráčil k Pražanóm
a stavu městckému psáti, aby ta věc zanechána byla až do sněmu. A tu
když bychom se všickni tři stavové sjeli společně na tom, abychom zu-
stali, kterak bychom z takové nouze ouzkosti panóm našim skutečně
pomohli. Neb jistě, bude-li takové roztržení v tomto království, chtíc
pánu svému a království uherskému pomoci, jest strach, abychom o
toto české nepřišli. A to račte věděti, že města mají se sjeti na den svaté
ml. 13 panny Margety a o to se smluviti nakonec a na místo. A protož nechce
dlouhého prátahu, neb i to račte věděti, že ti, kteří s knížetem v radách
bývají, sněmu, kterýž by držán býti měl, velmi se protiví. A tak jest
tomu rozuměti, že by neradi, aby se co dobrého zjednálo, než mělo-li by
zjednáno býti, raději by rozvedli. Neb to račte věděti, že jest se to od
35 jednoho zatajiti nemohlo, když jest přišla novina, že sou křižovníci jed-
noho měšténína na kuól vstrčili, pověděl jest tam rovně též, jako zde v
Praze někteří sou vedle biskupův proti králi jako zde vedle pana Lva a
pana z Rožmberka a jiných panův, i protož oni takové tam trestčí a na
koly je vstrkají a potom bude zde rovně též etc. I protož toho všeho

109: 11 post ste¹ del. aliquid || 24 stavu supra scr. || 30 na supra scr.

- ⁴⁰ račte povážiti, snad by již někto rád byl křižovníkem. A zato prosím račte mi V M^t oznámiti, co se V M^{ti} přitom zdá.
Dán v Praze v úterý den svatého Prokopa, léta etc. XIII.

1514 Iulii 7 — Buda

110

Andreas praepositus Csázmensis ad capitulum Zagradiense scribit, quorsum sint profecti tam cruciferorum quam nobilium exercitus et quaenam proelia conseruerint.

In charta scriptae et sigillo anulari consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Croatiae: Archivum capituli ecclesiae Zagradiensis privatum, Acta Antiqua, f. 79 no 46.

Reverendi domini domini et patres mihi unice observandi!

Non multis ante diebus dederam ad d(ominaciones) vestras tum meas tum etiam regie maiestatis litteras *** nobili Luce Horwath prediali Chasmensi, si reddiderit incertum mihi est.

- ⁵ Nunc novi, quod scitu dignum esset, nihil est, preterquam quod comes Georgius Scepusiensis paucis ante diebus cum ducentis peditibus pixidariis et totidem equitibus Budam ingressus est. Regia maiestas cum reverendissimis dominis archiepiscopo Strigoniensi et episcopo Quinque Ecclesiensi aliisque nonnullis comitatibus conflarunt ad tria milia peditum pixidariorum et totidem equitum partim levis, partim vero gravis armaturę.

- Hos ductu magnifici Ioannis Bornemyza heri miserat contra quosdam latrunculos spoliatores, qui in comitatu Tholnensi castra metati sunt, inde transmissuri Danubium prope Batham, ubi ex altera parte fluminis in Baya aiunt alios quosdam similes depredatores in magna multitudine castra posuisse.

- Hiis deletis moturi sunt trans Thibiscum contra Georgium Zekel, qui incredibili hominum multitudine castrum Themeswar obsidet quique plus iam sexdecim millibus hominum nobilium et rusticorum partim in expugnacionibus castrorum — quę plurima occupavit — partim vero crudelitate seu feritate sua damnabili extinxit.

- Aderit proximis diebus Kozka quoque ex Bohemia trahens secum quinque millia hominum Bohemorum. Qui et ipsi adversus Georgium Zekel — ut primum applicuerint — recta mittentur. Castra rusticorum quinque iam deleta sunt. Unum ex hiis periculosius, quod erat multisque etiam magnis viris, met(at)um iam esset *** prope Pesth uno miliario tantum un. 22 lo[n]ge], celeriter opera Ioannis Bornemyza in octava corporis Christi [ever]sum est, quod nisi eversisset, vix Bude hactenus constiti[ssemu]s.

- Tanta est enim rabies rusticorum, ut nulli omnino hominum cuiuscumque status, gradus, condicionis et preeminencię existant parcere sciat, sed inaudito mortis supplicio passim omnes, quos comprehendere potest,

110: 3 duo vocabula legi non possunt || 15 post similes del. depredatores || 21 post damnabili del. exting || 26 unicum vocabulum legi non potest || 27 ante in del. e

149

afficiat et consummat. Spes tamen non incerta est opera militum regie maiestatis predictorum brevi omnia quietura.

35 Ceterum rogat reverendissimus dominus d(ominaciones) vestras vehementer velint in continuacione muri circum ecclesiam una cum domino Francisco Keczer, ad quem eciam pro hac ipsa re latissime scripsit solliciti et diligentes esse. Tempora enim periculosissima sunt et timendum vehementer, ne annus futurus adimat, quod anno presenti fieri negligetur.

Restet, ut easdem d(ominaciones) vestras feliciter ad vota valere expectem. Quibus eciam me unice commendatum velim.

40 Budę die Veneris inter octavas visitacionis Marię anno 1514.

E(arundem) r(everendarum) d(ominacionum) v(estrarum)
servitor Andreas
45 d(ecretorum) d(octor)
prepositus Chasmensis

In dorso: Reverendis dominis capitulo ecclesie Zagrabiensis dominis et patribus mihi semper observandis.

1514 Iulii 7

111

Capitulo ecclesie Wratislawiensis praesentatur summa pecuniae pro militibus contra cruciferos expediendis.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest. Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislawiensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 283v.

Ed. *Acta Capituli Wratislawiensis*, no 790.

... Dominus Scheuerlein presentavit in capitulo in sacco lineo C florenos in grossis albis computando pro quolibet floreno XL grossis albis et XX^{ti} florenos Hungaricos in auro per dominum suffraganeum capitulo mutuo datos ad remunerandum dominum episcopum pro expeditione
5 militum versus Hungariam iuxta proximam conclusionem etc.

1514 Iulii 7 — Roma

112

Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert timere papam, ne Bohemi cum plebe Hungariae ad destruendos nobiles inclinentur, neve discordibus Christianis Hungariam invadendi occasio Turcis, neu vicinis exemplum detur.

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 65.

... Delle motioni veramente della plebe di Ungaria contra li prelati et nobili, ne ha sentito et sente per quanto et hozzi et altre fiате ha dimostrato sua santita dispiacere non picciolo et dubita che boemi non

35 post ecclesiam add. L

111: 3 ante per del. qui || 4 post mutuo del. aliquid | datos in marg.

inclinino con questi ungari plebei a distrutione de nobili di quel regno
5 et che poi overo le discordie christiane in quella parte diano occasione
a turchi di moversi contra la Ungaria tutta, overo che questo exempio
di questa plebe non dia animo agli altri popoli barbari et loro vicini solli-
citati forse dalli piu grandi a sollevarsi contra li ecclesiastici prelati
loro . . .

10 Die 7 Iulii.

P(etrus) e(remita)

In dorso: 7 Iulii 1514 registratum 7; frater Petrus Quirinus Camaldu-
lensis ex urbe Roma; serenissimo principi et excellentissimis capitibus X;
lectum consilio X cum additamento.

1514 Iulii 8 — Buda

113

*Vladislaus II rex Hungariae Francisco et Damiano Dóczy de Nagylucse man-
dat, ne montanistis ex mandato regio libertati restituitis propter tributum usque
exigi non solitum fomes discordandi recentior tempore turbato praebeatur.*

In charta 29,5 × 25 cm lacerata aquaque maculata (v. in tabula exemplarium no 6).
Sigilli fragmentum rubrae cereae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum
no 1).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 30876 (ante: Neoregistrata Acta, f. 1660 no 26).
Reg. Wenzel, *Bányavárosok*, p. 70.
Comm. op. cit. (passim).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Egregii fideles
nobis dilecti!

Redeunte ad nos et nobis referente fidele nostro venerabile Paulo de
Warda preposito ecclesie sancti Sigismundi, quem nuper pro eliberacione
5 illorum captivorum montanistarum nostrorum ad vos miseramus, intel-
leximus, qualiter vos iuxta mandatum nostrum et requisicionem ipsius
Pauli prepositi et captivos ipsos libertati restituissetis et vos ad omnia
mandata nostra et concordiam eciam omnem cum montanistis illarum
civitatum nostrarum montanarum habendam promptos et paratos esse
10 obtulissetis. Id quod maiestati nostre gratissimum certe accidit, pro quo
eciam vobis meritas habemus gracias. Tamen quia nunc rursus venerunt
ad nos cives de Breznyabanya conquerentes nobis se iam post reditum
prefati Pauli prepositi ad nos [per] vos in eorum itinere et que *** in
bonis vestris tam [in te]rris quam eciam in aquis opprimi vehementer
15 et ad solucionem quandam tributi, ad quam nusquam alias astricti
fuisse dicuntur, cogi et compelli.

Considerare autem bene potestis, quod id minime ad concordiam mu-
tuam pertinet, ut ex una parte de concordia inter vos et montanistas
ipsos nostros fienda agatur et vos quoque ad omnia mandata nostra
20 omnemque concordiam offeratis, ex alia vero <parte> novis discordiis
fomes et occasio per vos prebeatur et quidem maxime hoc tempore, quo
omnia in hoc regno nostro turbata existunt.

113: 13 lac. 8 litterarum || 21 hoc supra scr.

Eam ob rem volumus et mandamus fidelitati vestre harum serie stric-
tissime, quatinus ab exactione tributi huius modi inconsueti in dictis
25 bonis vestris et aliis quibusvis factis, per que discordie aliquae inter vos
et ipsos cives oriri possent, sive iuste sive iniuste, saltem interea quoad
presens incendium in hoc regno nostro exortum extingatur et tam alie
priores quam eciam iste nove difference inter vos et eosdem montanistas
nostros revideantur, omnino desistere et supersedere debeatis nec quic-
30 quam contra illos violenter ageret seu inchoare interim presumatis,
postquam autem — ut premissum est — pericula presenciam in hoc regno
nostro sedabuntur, quemadmodum vobis medio prefati Pauli prepositi
supplicastis, ad omnium premissorum revisionem et rectificacionem et
magistros prothonotarios et alios, quibus istic opus esse videbitur, li-
35 benter transmittemus.

Volumus tamen ut interea temporis nichil novi in dictos montanistas
sive eciam eosdem cives de Breznyabanya aut alios quospiam eciam co-
lonos vestros attemptare debeatis, nam alioquin certi sitis, quod si per
cives et montanistas ipsos nostros presertim infra premissam revisionem
40 ad nos ultiores querele deferrentur, taliter super hys providebimus, ut
de cetero eciam — si velletis — nullas illis oppressiones nullaque dampna
inferre poteritis. Secus igitur nulla ratione facere presumatis!

Datum Bude sabbato proximo post festum visitacionis beatissime vir-
ginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

45 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

In dorso: Egregiis Francisco Doczy cubiculario nostro et Damiano de
Naghlwche fidelibus nobis dilectis.

ante 1514 Iulii 9

114

Ignotus ignoto de rebus cruciferorum gestis scribit.

Ed. *Történelmi Társulat* 1891, p. 339 (partim).

Ann. Iohanne Karácsonyi, qui has publicavit, testante litterae in scripto manu Bibliotheca
ca Franciscanorum de Gyöngyös, ubi nunc reperiri non potest, *Fragmenta actorum*
capituli dicto erant descriptae.

Post salutem et suam omnimodam commendationem! Honorabilis
pater et domine!

Multas novitates possim dominationi vestre scribere, que fortasse
vestre dominationi magis nota fieri <credo>. Nunc in scribendo propter
5 multa varia negotia domine mee magnifice non possum prolixius cursum
facere. Hoc possum scribere vestre paternitati, quod castra reverendis-
simi domini episcopi Zyrmienensis domini videlicet nostri generosi puta
Banmonostra, Dombo, item Cherewd, Futhak, Thytel, Bechewkereke,
Zeble, Petherwardagya, Karom, Zalonkemen, Lyppa, Solmws, Wyla-
10 goswar, Zekelhyda . . . per Georgium Zekel et eius ravidam plebem ex-
pugnata et subiugata sunt, ut communis fama viget, quamvis a certo
nuncio non auditur. Famuli magnifici domini nostri Iohannis Orzag et
capitulares canonici Zyrimiensis ecclesie per cruciferos aliqui palo affigi,

37 eciam² *supra* scr.

nonnulli autem alia crudeli morte interempti, pauci valentes fuga lapsi
15 vitam suam conservare. Bona ecclesie illius omnino dissipata pariter
in predam redacta sunt; similiter res domini episcopi Zyrimiensis et
canonicorum illorum omnino in rapinam redacta, que forte ita placebit
Deo altissimo. Alia ob temporis brevitatem omittam ad premissa perti-
nentia . . .

20 Hec littera pervenit ad manus nostras Dominico die quinto post pen-
thecosten anno Domini 1514.

1514 Iulii 9 — Csepreg

115

*Comitatus Soproniensis perceptis cruciferorum factis se Iohanni Kanizsai
omnes contra regem, barones nobilesque insurgentes puniendi et affligendi potes-
tatem plenam dedisse testatur.*

In charta 22×29 cm lacerata.

Sigillorum quinque fragmenta scripto sub textu medii viridi, extremorum binorum
flavae cereae impressorum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 24872 (ante: Acta Publica, f. 36 no 27).

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 223.

Nos universitas nobilium tocius comittatus Soproniensis recognoscimus
per presentes, quomodo multitudo populorum in personis cruciferorum
contra regiam maiestatem ac barrones, prelatos ceterosque egregios ac
nobiles huius regni Hungarie insurrexissent ac multas et inauditas effu-
5 sionum sanguinis interempciones, verberaciones, dimembraciones, vul-
neraciones pactacionesque fecissent conarenturque facere de presenti.

Nos vero hys perceptis ne et nos in talibus nocumentis, angustiiis,
depredacionibus incideremur, ideo supplicavimus atque rogavimus ma-
gnificum dominum Iohannem de Kanysa etc., ut nos sub proteccionem ac
10 sua defensione assumeret, illos vero qui in personis cruciferorum atque
malefactorum insurgere vellent, quorumcumque iobagionum existant,
habeat auctoritatem atque potestatem puniri atque affligi rogavimusque,
ut capitaneatum nostrum assumpneret.

Ipsa vero magnificus dominus Iohannes de Kanysa asumpsit ad no-
15 stram petitionem eidemque domino magnifico promisimus ac suscepimus
fide nostra Christiana ac amissione nostrorum honorum mediante, ut
quicumque sint, qui familiares ac stipendiarii ipsorum iuxta nostram
disposicionem ac ordinacionem, sicut eciam in aliis comittatibus et pre-
sertim Zaladiensis et Castri Ferrei nobis aut in medium nostri reddere
20 et restituere nollent, sub eadem disposicione et ordinacione ac forma
dedimus potestatem et auctoritatem puniri et affligi durantem huius
belli cruciferorum <tempore> et quitquid idem dominus magnificus una
nobiscum fecerit illis, qui stipendiarii ipsorum — ut premissum est —
secundum nostram [d]isposicionem sive sint domini aut alii persone vel
25 quorumcumque status exist[ant, q]ui eciam contra regiam maiestatem
aut alyos barrones et prelatos ceterosque nobiles huius regni insurgent
et nostram disposicionem acceptare nollent, habeat potestatem et aucto-
ritatem affligi atque puniri, sicut eciam in aliis comittatibus.

Nos vero promissimus premissis sub vinculo tam coram regia maiestate
30 personaliter astare quam etiam aliis dominis prelatibus et barronibus a
sua m(agnifica) d(ominacione) tanquam a domino nostro graciousissimo ac
capitano id observare et tenere promissimus iussimusque eisdem iudici-
bus nobilium dicti comitatus nostri Soproniensis, ut litteras nostras
patentes in personis nostris sigillare valeant atque possint.

35 Datum in opido Chepregh die Dominico proximo ante festum beate
Margarethe virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo
decimo quarto.

1514 Iulii 10 — Déva

116

*Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Brassoviensi mandat, ut
Iohannem Székely et socios eius in civitate sua captivitate mancipet ilicoque milites
suos transmittat.*

In charta scriptae, sigillo scida tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur
ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Collectio
„Schnell”, vol. 2 no 46.

Ed. *Székely oklevéltár* III, no 539.

Prudentes ac circumspetti amici nobis dilecti!

Per alias litteras etiam recordamur vobis scripsisse ex parte illius la-
tronis Iohannis Zekel, ut si illas partes vestras attigerit, captivare velitis,
rursus nunc requirimus in personaque regie maiestatis domini nostri
5 graciousissimi firmiter committimus, quatenus dum et quando ille latro
vel sui complices ad vos pervenerint, extunc statim captivitate vestre
mancipetis.

Si autem in civitate vestra tales forent, qui sediciones inchoare vellent,
predicarent vel tantummodo optarent, hos statim omni pena infligatis
10 et usque tertium gradum interficiatis non parcendo nec sexui nec di-
gnitati aut religioni, quoniam intelleximus certos ex vobis, qui tales pos-
sent redarguere et non arguunt, sed cum tempore de illis providebimus.

Si autem cum litteris nostris egregii Iohannes Thornallay et Andreas
Lazar vel tantummodo nomine nostro gentes vestras levare commiserint,
15 illico sub nota perpetue infidelitatis statim omnes gentes vestras ad ipsos
transmittatis caventes, ne aliqua sedicio in ipsa civitate et terra oriatur,
quia non illos ignaros, sed vos potiores pro talibus punire volumus de
non missione autem gencium vestrarum et ingeniorum. Sciatis, quod
omnino intelligere non postponimus, de quorum negligencia illa reman-
20 serint.

Ex Dewa feria secunda ante festum beate Margarethe virginis et mar-
tiris anno 1514.

Iohannes comes et
wayvoda Transsilvanus etc.

25 *In dorso:* Prudentibus ac circumspettis iudici et iuratis civibus et con-
silio civitatis Brassoviensis amicis nobis dilectis.

116: 3 Iohannis supra scr. || 13 post Iohannes del. aliquid

Petrus Patócsi castellanus castris Hunyad dicti omnibus committit, ut familiares suos, quos ad idem castrum sustentandi causa cum victualibus transmittit, liberos ire permittant.

In charta 21,5 × 14 cm.

Sigilli vestigium scripto sub textu impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47094 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis, Collectio Sólyom—Fekete).

Ed. *Hunyadmegyei Évkönyv* 5 (1889), p. 101.

Reg. *Századok* 21 (1887), supplementum p. 38.

Ann. Litteras istas inter dies 10 et 15 Iulii anno 1514, dum Iohannes Zapolyai exercitum suum a Déva (v. no 116) per possessionem Iregd vocatam usque ad Temesvár idem castrum liberaturus ducebat (v. no 142), datas esse habemus.

Petrus Pathochi comes et castellanus castris Hwnyadyensis ac ex specialis mandato domini waywode Transsilvanensis etc. belli ductor gentium comitatus predicti Hwnyadyensis presentis exercitus universis et singulis levatoribus et sollicitatoribus eiusdem exercitus et aliis cuiusvis status⁵ et condicionis hominibus presentes visuris salutem cum honore!

Quoniam nos hos nobiles Emericum, Paulum, Andream Baso de Hosdath, Petrum de Rakosd, Iohannem Kerek de Echi, Michaelem de Dedach, Iohannem Pethe de dicta Rakosd, Iohannem litteratum notarium nostrum ac Thodor de Bodogffalwa familiares nostros cum certis bobus¹⁰ et pecoribus ad conservacionem et sustentacionem castris opidi Hwnyad duximus transmittendos, rogamus igitur vos et nihilominus in persona dicti domini waywode vobis committimus, quatinus prefatos familiares nostros cum prescriptis bobus et pecoribus, ut premittitur, illuc, quo transmissi sunt, pacifice abire et transire permittatis et permitti faciatis¹⁵ quoquo modo, si necessarium fuerit, eisdem omni adiutorio et subsidio esse velitis et debeatis. Secus non faciatis presentibus perlectis exhibenti restitutus!

Datum in loco castrametacionis prefati domini waywode prope possessionem nostram Hyregdh vocatam anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.²⁰

1514 Iulii 11 — Blatná

118

Zdeněk Leo de Rožmital et de Blatná burggravius Pragensis summus ad Christophorum de Švamberk et de Bor copiam litterarum Vladislai II regis Hungariae Bohemiaeque transmittens scribit de congregatione intuitu rerum Hungaricarum gestarum promulgata.

In charta scriptae et sigillo anulari consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica no 3616.

Ed. *Archiv Český* 7 (1887), p. 44.

Službu svú vzkazují, urozený pane, pane švagře muój milý!

Přál bych vám rád, abyšte se dobře měli a zdraví byli. Jakož králi J^oM^u jsme psanie z toho sjezdu, na kterémž jsme v Sedlčanech byli,

117: 10 post pecoribus del. aliquid

- učinili, i ráčil nám J^oM^t královská odepsati, že nám rácie potom odpo-
⁵ věd dáti. I teď nám J^oM^t potom píše, kteréžto psanie jest mi tepruva
 včera přineseno, jakož vám tuto toho přípis posielám. I poněvadž J^oM^t
 královská má toho žádost, abychme na tento nynější sněm, kterýž ráčil
 Jul. 22 na hradě Prazském položití na den svatě Maří Magdalény, přijeli, a
 přitom i to nám ráčil psáti, kterak J^oM^t naše opatření obmejšlí, a poně-
¹⁰ vadž také toho mnohé potřeby známe tohoto královstvie, i také, co jest
 se těchto časuov v královstvie Uherském pozdvihlo, mně se zdá, aby-
 chme to J^oM^t královské k vuoli i také pro potřebu tohoto královstvie
 Českého učinili a k tomu sněmu se, dá-li pán buoh, sjeli a ve jméno božie
 to jednali, což dobrého poznáme, jako ti, ještě vždycky jsme o to péči
¹⁵ měli a máme, že bychme dobrému rádi a při tom jsme stáli a z božie
 pomotečí stanem. A prosím vás, pane švagře muój milý, že tuto věc i
 jiným pánóm a z rytierstva, přátelóm našim, vám přisedíciem, ozná-
 miete, nebo pro krátkost času nemohu postatčiti všem toho oznámiti
 a k nim poslati.
²⁰ Dán na Blatné v úterý před svatú pannú Margetú, léta etc. XIII^o.

Zdeněk Lev z Rožmitála a s Blatné,
 najvyšší purkrabě prazský

In dorso: Urozenému pánu, panu Krištoforovi z Švamberka a na Boru,
 švagru mému milému.

1514 Iulii 12 — Musina

119

Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisorii curiae suae.

In charta 21 × 17 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressum, quod litteras olim clausit, anularis (v. in tabula sigillorum no 13).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82405 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyi-ense f. 4 no 1643).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1021.

Egregie nobis dilecte!

Committimus tibi firmi{si}ssime, quod quanto plures poteris ex colonis nostris et de pertinenciis Albe, Zenthmihalkewe et de Gyalw levare debeas: cum eis et cum tuis omnibus famulis ad magnificum dominum

- ⁵ Ioannem Dragfy fratrem nostrum in persona tua tu ipse vadas et cum eo sis personaliter una cum aliis nostris tamdiu, donec ipse voluerit, eique in omnibus pareas et obedias.

Datum in campo castrorum metatorum ante Musina feria quarta proxima ante <festum> Margarethę 1514.

- ¹⁰ Franciscus de Varda
 electus Transsilvaniensis etc.

In dorso: Egregio Emerico de Veged provisorii curie nostre Albensis nobis dilecto.

118: 14 o — jsme *in marg.*

119: 3 post Albe del. aliquid || 6 post ipse del. cum eo

Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert ex litteris de Germania missis multos Germanorum et Bohemorum insurrexisse et plebi Hungaricae coniunctos esse etc.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 67.

... Ci sono anchora lettere di Allemagna fresche che dicono una bona moltitudine de popoli todeschi circumvicini ad ungari a boemi essersi mossa et congiunta con la plebe di Ungaria et che tutti insieme con la croce in petto vanno perseguitando con un loro novo eletto re li nobili di quel regno come etiam per altre vie hara la sublimita v(ostra) inteso et dubitasi in Allamagna che questo exemplo non commova contra li nobili loro tutti li popoli minuti et comprehendesi per detti avisi il re de Romani essere al presente in questo movimento sospeso et che sin hora quei disegni che facea la maesta s(ua) in Charintia et per quei luochi vicini contra la sublimita v(ostra) si trovino per questa nova occasione quasi in tutto rotti...

Circa le novita de Ungaria mi disse anchora n(ostra) signoria che la excellentia v(ostra) havendo il stato suo a quei confini, li faria piacere in darli di tempo in tempo particolari avisi di queste motioni: perche dall oratore di Pollonia et per via di Allemagna ha hoggi inteso s(ua) santita essere da quella commossa plebe eletto un novo re de infima conditione che se sottoscrive a questo modo: „Io Melchior Vansar eletto re del popolo benedetto delli cruciati, amico del re de Ungaria et inimico dei prelati, baroni et nobeli” et che detto eletto re ha sotto di se uno chiamato Georgio Zechel fin hora capitano generale de una innumerabel multitudine de cruciati; et risonando queste cose da piu canti, ha la beatitudine s(ua) fin questo giorno expediti tre messi in quelle parti et pensa anchora poter essere per il mezzo della excellentia v(ostra) del tutto bene avisata et riceveranne di questo officio non piccolo piacere.

Die XII Iulii 1514.

P(etrus) eremita

In dorso: 12 Iulii 1514; registratum 16; frater Petrus Quirinus Camaldulensis ex urbe Roma serenissimo principi et excellentissimis capitibus X; lectum collegio cum capitibus consilii X cum additamento.

Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Podmaniczky possessiones Iohannis Szokoli, qui cruciferis adhaesisse fertur, donat ac mandat capitulo ecclesiae Titeliensis, ut ille in dominium earundem possessionum introducatur.

A in charta 30×22,5 cm duplicata, manca aquaque maculata ac restaurata (v. in tabula exemplarium no 3).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum et scida tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82407 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 218 no 189).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1022.

B in charta 29×32 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82408 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 218 no 190).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1023.

Ann. Litterae non illa die, qua se datas esse nobis persuadent, videntur esse conscriptae, sed post diem 15 Iulii, qua enim die litterae no 142 captum aiunt Georgium Székely, quem haec — nisi forte falso ex rumore — merita iam morte extinctum esse narrant.

A

B

Nos

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

memorie commendamus tenore fidelibus nostris capitulo ecclesie
presencium significantes, quibus Tituliensis salutem et gratiam! Cum

⁵ expedit, universis, quod

nos considerantes fidem ac fidelitatem serviciorumque gratissima merita
fidelis nostri magnifici Iohannis Podmanyczky de Podmanyn cubiculariorum
nostrorum regalium magistri et comitis Poseniensis, que idem
sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati

¹⁰ nostre

in omnibus rebus et negociis nostris non parcens rebus eciam et
persone suis cum omni fidelitatis perseverencia

pro locorum et temporum varietate
cum omni fidelitatis constancia

¹⁵ exhibuit et impendit castra Beeche cum oppido similiter Beeche necnon
Beechkereke cum oppido similiter Beechkereke vocato ac oppidum
Aracha possessionesque Weginye, Basalhyda vocatas

in Thoronthaliensi ac oppidum in comitatu Thoronthaliensi existi-
Perlek, Assonfalwa, Petherrewe, stentes habitas

²⁰ Peseer, Zenthmyklos, Chykthew
in Bachiensi, item castellum Ibraan curiam Zokol et oppidum Kerezth-
wth vocatum in de Zabolcz comitatibus existencia habita

²⁵ necnon eciam alia universa bona et quelibet iura possessionaria magnifici
Iohannis de Zokol ubivis

tam in eisdem quam aliis

et in

121: 7 Podnamyn A || 8 idem]ipse B || 9 in primis B || 17 Balsahyda B

quibuscunque comitatibus huius regni nostri existencia et habita, que
 ex eo, quod idem Iohannes Zokoly his diebus, quibus scilicet malefactores
 30 et populares sub nomine cruciate contra nos et totam nobilitatem huius
 regni nostri insurrexerant, a fide et fidelitate nostra nobis et sacre corone
 nostre debita defecisse et Georgio Zekel capiti scilicet ac duci ipsorum
 malefactorum et publico hosti nostro et huius regni, qui iam ob sua scelera
 35 merita eciam morte est extinctus, adhesisse et partes ipsius ac complicum
 suorum fovisse et tenuisse et ob id notam infidelitatis incurrisse dicitur,
 ad nos et ipsam sacram coronam huius ipsius regni nostri consequenter-
 que collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti
 regni nostri Hungarie consuetudinem atque legem rite et legitime de-
 voluta esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis suis utilitatibus
 40 et pertinenciis quibuslibet

[terris arabilibus cultis et] incul-
 tis, agris, pratis, pascuis, campis,
 fenetis, silvis, nemoribus, monti-
 bus, [vallibus, vineis vinearumque
 45 promontoriis], aquis, fluviis, pisci-
 nis, piscaturis, aquarumque decur-
 sibus, molendinis et eorundem lo-
 [cis, generaliter vero quarumlibet]
 utilitatum et pertinenciarum sua-
 rum integritatibus quovis nominis
 50 vocabulo vocitatis [sub suis veris
 metis et antiquis existentibus]

premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato
 Iohanni Podmanyczky ipsorumque heredibus et posteritatibus universis
 55 dedimus, donavimus et contulimus, vigore aliarum litterarum nostra-
 immo damus, donamus et conferi- rum donacionalium superinde con-
 mus iure perpetuo et irrevoca- fectarum in perpetuum dederimus,
 biliter tenenda, possidenda pariter donaverimus et contulerimus ve-
 et habenda salvo iure alieno harum limusque eundem in dominium
 60 nostrarum vigore et testimonio eorundem per nostrum et vestrum
 litterarum mediante, quas in for- homines legitime facere introduci.
 mam nostri privilegii redigi facie- Super quo fidelitati vestre harum
 mus, dum nobis in specie fuerint serie firmiter precipientes manda-
 reportate. mus, quatenus vestrum mittatis
 65 hominem, pro testimonio fide di-
 gnum, quo presente Ambrosius
 Thwlkos de Ikerhalom aut Mathias
 Oskola de Mathe, Vitalis de Kys-
 kezy aliis absentibus homo noster
 ad facies predictorum castrorum
 ac oppidorum consequenter ante-

heredibus et posteritatibus universis
 55 dedimus, donavimus et contulimus,
 immo damus, donamus et conferi-
 mus iure perpetuo et irrevoca-
 biliter tenenda, possidenda pariter
 et habenda salvo iure alieno harum
 60 nostrarum vigore et testimonio
 litterarum mediante, quas in for-
 mam nostri privilegii redigi facie-
 mus, dum nobis in specie fuerint
 reportate.
 65

28 et om. B || 29 hys B || 32 ac]et B || 33 [hui]us A || 35 ten[uisse — id] A |
 in[fidelitat]is A || 36 [regni nost]ri A | nostri om. B | con[sequenterque collacionem] A ||
 37 [regiam] A || 38 [atque — devoluta] A || 39 per[hib]entur A || 40 qui[buslibet] A ||
 54 suisque B

75

80

85

90

95

100

dictarum possessionum et aliorum iurium possessionariorum prefati Iohannis Zokoly ubivis et in quibuscumque comitatibus predicti regni nostri existencium habitorum vicinis et commetaneis eiusdem et eorundem universis inibi legittime convocatis et presentibus accedens introducat prefatum Iohannem Podmanyczky in dominium eorundem statuaturque easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis nostre donacionis titulo ipsi incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Iohannem Podmanyczky ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros et posthec huius modi introduccionis seriem cum contradictorum et evocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude in festo beate Margarethe virginis et martyris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadragesimo quarto.

105 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

In dorso:

Registrata folio 667 anno etc. 1514.

110

Fidelibus nostris capitulo ecclesie Tituliensis pro magnifico Iohanne Podmanyczky de Podmanyn magistro cubiculariorum nostrorum et comite Posoniensi introductoria et statutoria. Lecta. Super Beche et Bechkereke ac Arachya.

113 Lecta *alia manu* | Super — Arachya *posteriore manu*

Vladislaus II rex Hungariae quibusdam magnificis mandat, ut cum comitatibus Zempleniensi et de Ung locis suis maneant et superiores Hungariae partes a cruciferis defendant.

In charta 29,5 × 17,5 cm quarta in parte manca et restaurata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82406 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, Miscellanea no 152).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1024.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. [Mag]nifici fi[deles] nobis dilecti!

Intelleximus ea omnia, que nobis per litteras scribitis et licet certe voluissemus, [ut secundum ma]ndatum nostrum hu[c] ad nos venissetis atque una cum reliquis gentibus nostris [et istius regni] ad profligandum caput, fontem et originem istorum rusticorum tumultuancium [processissetis], quo iam fidelem nostrum spectabilem et magnificum Georgium de Zapo[ly]a [comitem pe]rpetuum terre Scepusiensis etc. ex curia nostra cum universis dominis baronibus et nob[ilib]us istius regni hic penes nos et ubique in isto regno existentibus personaliter et cum [p]ropriis ipsorum capitibus expedivimus et misimus.

Scripsimus etiam ad dominum pala[ti]num, ut una cum dicto domino comite Scepusiensi gentibus illis nostris et istius regni [p]resint caputque prefatorum rusticorum unanimiter agrediantur. Speramus enim [quod] capite prostrato et profligato facile cetera membra dissipari poterunt.

Ta[men ex] quo iam tarde huc ad nos veniretis neque enim prefatas gente[s] hic co[n]sequi p[os]setis, quoniam iam se hinc moverunt et quia eciam ex discessu istinc [vestro, ut ad] nos scribitis, partibus illis superioribus non minimum periculi eveniret ***ti summus, ut cum comitatibus Zempliniensi et [de] Wngh istic remaneatis [partes]que illas a tali pernicie tueamini atque d[efendatis]. Quod si tamen interea [partes] illas pacare a talique latrocinio expurg[are poteritis], volumus et fidelitati [vestre vigore prese]ncium strictissime committimus et ma[nda]mu[s], quat[e]nus cum universis [gentibus, qua]s penes vos habetis, person[ali]ter [et cum p]ropriis vestris capitibus *** [do]minorum baronum et [nobilium] isti[us] reg[ni] ad *** [v]os fore audieritis *** [s]ecus in hoc non [facturi].

Datum Bude *** beate M]argarethe virginis [et martyris anno Domini millesimo quingentesimo decimo qua]rto.

³⁰ *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

In dorso: Magnif[ic]is [fidelibus nobis dilectis] ho***.

122: 19 lac. 6 litterarum || 25 lac. 12 litterarum || 26 lac. prius 51 post 53 litterarum || 28 lac. 40 litterarum || 31 lac. indef.

Annotatio ignoti fratris ordinis minorum sancti Francisci observantium de surrectis crucigeris.

Ed. *Magyar Könyvszemle*. Új folyam 9 (1901), p. 257. — *Catalogus concinnus*, no 458 (ex Bibliotheca Batthyányana, ms. III 156).

Ann. Textus iste in tegumento posteriore dilacerato codicis Contionale ordinis fratrum minorum inscripti a. 1497—1499 editi a manu ineuntis saeculi XVI scriptus est.

Inno. 13 Anno Domini MCCCCCXIII surexerunt crucigeri in Hungaria et multa mala fecerunt inter Christianos et intraverunt Transilvaniam in festo sancte Margarete et castra metati sunt in Zamosfalva, exinde advenerunt ad campum Kereztes, hinc reversi sunt iterum ad prenominationum locum Zamosfalva et sequentes ipsos nobiles pervenerunt in prenominationum loco et fecerunt pro<e>lium magnum cum nobilibus et multi ac excellentissimi eorum et ex nobilibus et de ****a nobilibus et plus quam duo milia interfecti in campo *** sepulti *** nec in Ke***.

Vladislaus II rex Hungariae illis, qui Georgio Székely adhaeserant et ab eodem defecerunt, veniam regiam dat et eos in protectionem suam recipit.

In libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copiae eiusdem temporis simplices in libro formulari scriptae.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 206 v (A), 207 v (B), 43 v (C).

Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Ann. Litteras has ante diem 15 Iulii anno 1514, qua Georgius Székely captus et paolo post mortuus erat (v. no 142), datas esse habemus, quia mentio Georgii Székely adhuc vivi fit.

Nos

Wladislaus Dei gracia

rex Hungarie et Bohemie

5 etc. memorie commendamus

etc.

tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod licet

10 quidam

Nicolaus litteratus cum iudice in Kereztezg certis popularibus prefectus

Michael pre<s>biter de Keleseer

cives et incole ac populi in oppido Kengyel constituti

15

relicta et posthabita

certorum popularium

postposita

fide et fidelitate

sua

| eorum

20 nobis et sacre corone nostre debita cuidam Georgio Zekel nostro et huius regni nostri publico et manifesto hosti et inimico, qui videlicet capitaneum cruciferorum se esse asserit,

adheserit

| adheserunt

et sub nomine ipsius Georgii multa et nephanda
25 ac alia malorum genera in hoc ipso regno nostro commiserit et perpetraverit,

| mala cedet et rapinas
commiserunt et perpetrarunt,

ex quo tamen nunc

idem

| iidem

30 Nicolaus litteratus | Michael presbiter

| cives et incole ac populi dicti oppidit(alis)

ad gremium debite

sue

| eorum

35 erga nos et sacram coronam nostram fidei et fidelitatis reverti cupiens

| cupientes

ab eodem Georgio deficere et eius consorcium deserere et omnia mala per eum commissa quodam magno servicii genere recompensare et in bonum ac tranquillum finem ad utilitatem regni perducere

40 promisit,

| promiserunt,

eidem

| eisdem civibus et incolis ac populis oppidiprefati

Nicolao litterato | Michaeli presbitero
considerato huius modi servicii ac utilitate,
que medio ipsius eveniri potest,

45 capiti

| capitibus

scilicet et omnibus bonis ac rebus

suis

| ipsorum

graciam duximus faciendam, immo facimus presencium per vigorem eundemque

| eosdemque

50 in nostram regiam proteccionem recepimus et tutelam specialem. Quocirca vobis fidelibus nostris universis et singulis dominis prelati, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus et quibusvis possessionatis hominibus, item iudicibus et villicis ac rectoribus et civibus quarumcunque civitatum, oppidorum seu villarum ubivis et

55 in quibuscunque comitatibus

tocius

regni nostri huius

| huius regni
nostri

Hungarie

60 constitutis et existentibus presentibus et futuris harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus prefatum

124: 24 Georgii om. C || 34 post eorum del. fidelitatis C || 38 eum]eos C | recumpensare B | et]ac C || 39 ac]et BC | ad]at A | regni om. A || 46 ac]et B || 51 post prelati add. et C || 54 et civibus om. C || 57 post regni usque ad finem om. C

Nicolaum litteratum | Michaelem presbiterum

⁶⁵ amodo deinceps premissorum occasione nusquam nulloque unquam tempore intra vel extra iudicium in persona aut rebus suis quibusvis impedire seu dampnificare presumatis nec sitis ausi modo aliquali, quin potius pro ea utilitate
⁷⁰ regni quam ipse cum suis sociis fecisse dinoscitur, eundem defendere et protegere quam impedire debeatis, nam si qui vestrum contra formam huius modi nostre gracie eundem impedire auderet, contra talem tanquam violatorem promissionis nostre agere volumus. Aliud igitur in premissis nullo modo facere presumatis presentibus
⁷⁵ perlectis etc.
 Datum.

post 1514 Iulii 15

125

Vladislaus II rex Hungariae cuidam egregio mandat, ut quendam pro exercitu Georgii Székely explorando destinatum et ibidem captum dimittat.

In libro ex charta 22 × 29 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in formulari libro scripta.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Codex Latinus medii aevi, no 321. fol. 14v.

Comm. Bartonek, *Codices Latini*, no 321.

Ann. Litteras has post diem 15 Iulii anno 1514, qua Georgius Székely captus et paulo post mortuus erat (v. no 142), datas esse habemus.

Fideli nostro egregio t(ali) de t(ali) s(alutem) et g(raciam)!

Commiseramus nuper fidelibus nostris magnifico t(ali) de t(ali) ac egregio t(ali), ut ipsi aliquem hominem peritum et sufficientem ad explorandum exercitum illius sceleratissimi condam Georgii Zekel protunc in expugnacione castris nostri Themesiensis constituti mittere deberent. Quum licet pro mandato nostro circumspexit t(alem) eo miserint, tamen nuper, quando ipse in exercitu ipso in huius modi nostris et regni nostri serviciis occuparetur, medio tempore dictus condam Georgius Zekel captus et interfectus exstitisset, quem quidem Andream tandem tu inter gentes
⁵ ipsius Georgii comperiens captivasses et captum ad summam ducentorum florenorum pactasses et nunc quoque illum in vinculis tuis conservares.
¹⁰

⁶⁸ impedire B || ⁷⁰ sociis om. A | dinoscetur B || ⁷¹ et om. A || ⁷² impedire B | qui corr. A || ⁷⁵ post nostre del. gracie B

¹²⁵: 1 fideli|fidelibu corr. || 6 post tamen del. c || 7 post ipse del. aliquid || 9 tu — gentes in marg. etiam || 10 comperiens in marg. etiam || 11 pactasses in marg. etiam

Nos autem nolentes ullo pacto, ut ipse Andreas ultra eiusce modi sua fidelia servicia nobis et regno nostro exhibita dampnum et oppressionem paciatur.

¹⁵ Mandamus igitur et committimus fidelitati tue sub pena capitis et omnium bonorum tuorum amissione harum serie strictissime, ut statim visis presentibus semota omni excusacione et quavis difficultate prefatum t(alem) de huius modi tua captivitate liberum dimittere modis omnibus debeas, ne aliquid vel rerum vel pecuniarum ab illo extorquere presummas!

²⁰ Nam alioquin presentibus striccius committimus fidei nostro magnifico Stephano de Bathor comiti nostro Themensiensi et generali capitaneo parcium regni nostri inferiorum domino scilicet tuo, ut ipse te ad id faciendum per omnia opportuna remedia arccius cogat et compellat auctoritate nostra presentibus sibi in hac parte concessa mediantibus et ²⁵ ultra, nisi hys mandatis nostris subito parueris, certus sis, quod te propterea aliter eciam inpune relinquere nulla ratione volumus et quidem taliter ut et aliis cedere poteris in exemplum. Secus igitur nulla ratione facere presumas presentibus p(erlectis) <exhibenti restituis>!

³⁰ Datum etc.

post 1514 Iulii 15

126

Vladislaus II rex Hungariae recensitis notis cruciferorum rebus Iohannem Szokoli cruciferis sponte adhaesisse dictum fidelitate eius probata in gratiam suam regiam recepit testatur.

In libro ex charta 22 × 30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 67 r—68 v. Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Ann. Litteras istas post diem 15 Iulii anno 1514, qua Georgius Székely captus et paulo post mortuus est (v. no 142), datas esse videtur nobis, quia hic etiam mentio fit eiusdem mortis.

Nos etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod quum superioribus diebus facta hic Bude publicatione cruciate sive iubei per sanctissimum dominum nostrum pontificem maximum ad hoc regnum nostrum contra hostes fidei ⁵ dati et concessi nonnulli ex Christiano populo zelo sancte religionis atque defensionis huius regni ducti cruces sibi applicari iuxta ritum huius modi iubei fecissent quumque mali et perversi — ut plerumque fieri assolet — bonis immixti nacta hac effundendi latens virus eorum occasione sedicionem et tumultum in hoc regno excitassent passimque ubique in hoc ipso ¹⁰ regno huius modi furor popularis veheretur et debachari cepisset, eo deventum fuerat, ut quoniam resisti eis subito non poterat duces quoque

12 sua supra scr. || 15 sub — capitis in marg. etiam et add. etc || 16 strictissime in marg. etiam || 18 tua — dimittere in marg. etiam || 19 extorquere in marg. etiam || 24 per — remedia in marg. etiam || 26 subito parueris in marg. etiam || 27 et quidem — exemplum in marg. etiam

126: 7 quumque]cum corr.

165

et prefectos malorum suorum quo magis et validius huius modi maliciam eorum exercere perficereque potuissent, inter se habuerint.

15 Inter quos unus feritate et crudelitate in genere humano nulli secundus Georgius Zekel rusticitati proximior quam nobilitati rusticos et populum servilem arte et persuasionibus sinistris seducens sicque magna multitudine eorum penes se coacervata partes primum inferiores regni nostri aggressus illasque occupare satagens nonnullas et quidem munitissimas arces in eisdem partibus sive vi sive prodicione execrabili expugnauerat.

20 Qui videns maliciam suam eundo vires et progressum acquirere furia invecus maiorique debachandi temeritate sumpta ceptum prius propositum nobilitatem scilicet omnem in hoc ipso regno nostro delendi, interea prosequutus est ad tantamque immanitatem omnis rationis et conditionis humane prorsus expers ac salutis eciam proprio immemor ad instar

25 rabidi leonis delapsus fuerat, ut inter alios nobiles et proceres parcium ipsarum nostrarum, quos plures iam atrocissimo ac fedissimo mortis genere sine ullo discrimine personarum enecari fecerat. Plerosque eciam dominorum puta reverendum dominum Nicolaum Chaaky episcopum ecclesie Chanadiensis et nonnullos alios post multa enormia supplicia

30 in dedecus ecclesie sancte Dei impalari fecerit. Cuius furor atque inaudita a seculo malicia et ne in hystoriis quidem unquam lecta, quum ulterius progrediens de imperioque forte huius regni sibi hoc pacto succedendo iam cogitaret castrum quoque finitimum huius ipsius regni videlicet Themeswar validissima obsidione cinxerat adeo, ut nisi fidelis noster

35 magnificus Stephanus de Bathor comes noster Themensiensis et parcium ipsarum nostrarum inferiorum capitaneus generalis cum nonnullis aliis parcium earundem vicinis nobilibus in castro ipso existentibus illud benignitate Dei magnis suis et suorum laboribus, donec fidelis et affinis noster nobis sincere dilectus spectabilis et magnificus Iohannes de Zapolya perpetuus comes Scepusiensis ac waywoda parcium nostrarum

40 Transilvanarum et Siculorum nostrorum comes cum magna manu militum nostrorum castro ipsi succursurus de nostra voluntate et commissione supervenit, a periculo preservasse parum abesse videbatur, quin ipso castro amisso totum hoc regnum nostrum maximum et incredibile

45 adisset periculum.

Quo quidem castro sic in durissima obsidione posito vicina queque istic loca et minores municiones idem Georgius Zekel dicioni sue subegit, quo fit, ut fidelis noster magnificus Iohannes de Zokol cubicularius noster, qui protunc una cum genitrice, uxore, tota domo et clientela sua in

50 castro suo Bechee appellato, quod proximum castro prefato Themensiensi existit, constitutus fuerat, eodem metu periculi laboraret, nam castrum quoque ipsum suum Bechee magna similiter multitudine rusticorum obsederat, quod ubi castellanus ipsius Iohannis Zokoly in eodem castro existens nomine Simon Kerey cognovit, sive perfidia sive metu periculi ductus seductis eciam ceteris omnibus familiaribus et servitoribus eiusdem Zokoly illisque sibi ascitis officio prius castellanatus sui deposito

55 ac clavibus castri ipsius eidem Zokoly restitutis pariter omnibus eiusdem aliis servitoribus inde exiens ipsum Zokoly cum uxore et matre ac pedis-

48 post fidelis del. aliquid || 49 post protunc del. metu || 50—52 Beeche]Bechkereke corr. || 54 Simon]Christophorus corr. || 58 inde exiens supra scr.

sequis earum et paucis aliis pueris in castro et consequenter in medio
60 periculi reliquit.

Sic igitur idem Zokoly videns undique se desertum videns eciam presidium maiestatis nostre tardius, quam res expetebat, illo perventurum, victualia vero in castro ipso suo nulla pene esse, quibus conservari posset, periculo iam aperto se se et suos desperatus pene commiserat.

65 Que dum sic agerentur, interea duces prefatorum rusticorum et malefactorum subitus castrum venientes securitatem et libertatem ipsi Zokoly et suis omnibus pollicebantur, dummodo cum eis conveniret, quamvis autem non omnino securum sibi videbatur cum hostibus suis tam ravidis et effrenatis convenire et tractare. Quia tamen ex alio quoque latere
70 periculum — ut refertur — sibi imminebat putavit eciam si pereundum sibi erat, sacius esse et honestius fide hostium sibi data perire, quam sponte periculum adire. Sic igitur ad fidem et promissionem eorundem hostium castrum ipsum egrediens et cum ipsis conveniens inter alios tractatus eo deventum fuit, ut iidem hostes cupere viderentur arma,
75 equos et preciosas vestes eiusdem Zokoly habere, qui eidem Zokoly, si eis in hoc consentiret, omnem libertatem et securitatem a prefato Georgio Zekel se quesituros et obtenturos de facto eciam pollicebantur.

Igitur ydem Zokoly frameam argentatam et deauratam aliaque arma similia, equos meliores et vestes, quas de veluto, auro contexto preciosiores habebat, eisdem hostibus sub spe dande libertatis dedit. Quibus
80 acceptis iidem hostes, ut erant sicarii et perfidi omnisque humanitatis expertes, fide eorum non servata mox eundem Zokoly vinctum in curru ad prefatum Georgium Zekel morti tradendum tulerunt, quem cum idem Georgius Zekel in aretissima custodia, donec de genere mortis ipsius
85 secum cogitaret, teneri et conservari iussisset, quadriduo aut triduo post hec prefatus dominus waywoda cum copiis et viribus nostris supervenit cum ipso hoste iam conflicturus, qui sciciens eundem dominum waywodam adesse animo ipsum Zokoly perdendi forte obliato et ad se tuendum applicato ad conflictum se et populum preparare cepit.

90 Itaque ubi utriusque partis in acie existentis mutuus congressus expectaretur, prefatus Zokoly mox et adhuc ante congressum acierum deserto et derelicto ipso hoste palam et manifeste se se ad castra et exercitum atque tutelam eiusdem domini waywode ipso eodem hoste vivo ibidem capto et tandem paucis post diebus merita eciam morte per
95 morsum scilicet propriorum suorum perempto recepit, sic ipse Zokoli se vitamque suam Deo ipso servante servavit.

Que omnia quum idem Iohannes Zokoly coram nobis ac universis dominis prelatiis et baronibus nostris ac toto consilio nostro proposuisset, subintulit hec ipsa omnia sic et non aliter se habere, prout idem modo
100 premissis narravit.

Quod si qui essent, qui hec aliter, quam ut premissum est, sentirent aut interpretari conarentur, paratus esset ipse Zokoly eo modo, prout nobis et eisdem dominis visum foret, id eciam comprobare supplicans

60 reliquit]relicto inde tandem se se recepissent corr. || 61 post eciam del. maiestatis || 66 post securitatem del. que || 77 de facto supra scr. || 84 donec — cogitaret supra scr. || 85 post quadriduo del. que || 86 supervenit]supervenisset corr. || 87 qui]idem hostis corr. || 89 post applicato del. ubi eum (?) in acie | ad — preparare supra scr. || 90 ubi in marg. || 95 ipse Zokoli supra scr. || 102 post Zokoly del. eciam || 103 eciam supra scr.

maiestati nostre humilliter, ut ipsum in nostra regia gracia et clemencia
105 conservare dignemur.

Nos igitur habito cum eisdem dominis prelati et baronibus ac toto
consilio nostro superinde maturo consilio et deliberacione, quia eundem
in premissis immunem et innocentem esse comperimus neque autem
tempore ipso, quo per eum coram nobis et dominis ipsis hec ipsa exposita
110 sunt, sed nec postea per certa tempora et dies plures quispiam se obtulit,
qui contrarium his assereret, ipsum eadem, qua antea semper et hucus-
que gracia prosequuti sumus, prosequendum eciam de cetero duximus
et sicuti antea ita et deinceps eundem semper pro bono et fidele nostro
et sacre corone nostre subdito et servitore tenere, habere et reputare te-
115 nerique, haberi et reputari ab omnibus subditis nostris, cuiuscumque
status et condicionis ac lingue existant, volumus, immo recipimus ac
restituimus harum nostrarum vigore etc.

Sinistra subter: Omnes gentes plaudite in honorem Marie virginis.

1514 Iulii 17 — Buda

127

*Marcus Pemfflinger vicethesaurarius regius civitatem Bartphensem 200 flo-
renos eisdem contra cruciferos impositos persolvisse testatur.*

In charta 22×18,5 cm.

Sigillum scripto sub textu viridi cereae impressum scidaque tectum anulare.

Sign. Archivum Districtus Bartphensis: Archivum civitatis Bartphae, no 4450.

Nos Marcus Pemfflinger vicethezaurarius regius et in ausencia sup-
premi thezaurarii regie maiestatis locum tenens recognoscimus per pre-
sentes, quod prudentes et circumspecti iudex et iurati cives civitatis
Barthwensis ad expeditionem popularem exercitum per regiam maiesta-
5 tem super eosdem impositum contra malefactores et spoliatores huius
regni, qui se falso nomine cruciatos appellant, ad manus nostras florenos
ducentos dederunt et assignaverunt. Super quibus eosdem quitos et
expeditos reddimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum
mediante.

10 Datum Bude feria secunda post festum beate Margarethe virginis
anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

1514 Iulii 18 — Roma

128

*Leo X papa Sigismundum Poloniae regem intestino Hungariae bello, caedibus
et timore, ne Turcis regnum idem post etiam Christianos omnes invadendi occasio
praeberetur, recensitis hortatur, ut bellum, quod rex Poloniae cum Moscovitis
gerit, regem Hungariae Vladislaum II auxiliandi ergo aut suspendatur aut tol-
latur.*

Ed. Raynaldus, *Annales XX*, p. 177 (ex Bibliotheca Vaticana: Codex Latinus 3364 fol.
165). — *Epistolae I*, no 44. — *Documente II/3*, no 154.

Reg. Hergenroether, *Leonis X regesta*, no 10498 (ex eodem codice).

112 eciam de cetero *supra scr.*

Leo X papa Sigismundum Poloniae regem hortatur, ut verbis non, sed sensu idem, quod papa in litteris eodem die datis petebat, faciat.

Ed. *Acta Tomiciana* III, no 199. — *Documente* II/3, no 153.

Leo X papa magistrum Livoniae intestino Hungariae bello, caedibus et timore, ne Turcis regnum idem post etiam Christianos universos invadendi occasio detur, recensitis rogat, ut bellum inter Sigismundum Poloniae regem et Basilium Moscoviae ducem ortum aut finire aut differre studeat, quo rex Poloniae Vladislao II regi Hungariae auxiliari possit.

Ed. *Raynaldus, Annales* XX, p. 177 (ex Bibliotheca Vaticana: Codex Latinus 3364 fol. 164).

Reg. *Hergenroether, Leonis X regesta*, no 10499 (ex eodem codice).

Capitanei comitatus Máramarosiensis electi oppida Técső et Hosszúmező dicta inhihent, ne consortem Petri Dolhai et eorum familiares subditosque molestos faciant.

In charta 21 × 29 cm.

Sigillum scripto sub textu viridi cerae impressum seidaque tectum anulare (v. in tabula sigillorum no 18).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 62999 (ante: Archivum familiae Bethlen).

Nos Iohannes Laaskody de Zygeth summus capitaneus, Benedictus Zekel de Hwzth ac Dan de Wanchffalwa capitanei comitatus terre Marosiensis universis et singulis iudicibus et iuratis ac aliis universis incolis et inhabitatoribus oppidorum Thechew et Hozzwmezew tanquam dominis et amicis nostris dilectis salutem!

Noveritis nos Iohannem Laaskody tam per magnificum dominum Nicolaum Loranth quam etiam per universos oppidanos et incolas ac nobiles comitatus dicte terre in summum capitaneatum et Benedictum Zekel una cum Dan de Wanchffalwa prescriptos in socium et capitaneum electos et confirmatos, pro eo ad sepissimas supplicationes domine coniugis domini Petri de Dolha, ex quo vos prefati iudices et incole ipsam dominam in multis turbaretis et molestaretis minacionesque plurimas et horribiles eidem domine inferretis et nunciaretis, vobis omnibus et singulis iudicibus et iuratis aliisque universis et sin[guli]s incolis et inhabitatoribus predictorum oppidorum committimus et mandamus strictissime, quatinus amodo deinceps ipsam dominam consortem domini Petri de Dolha aut eorum familiares et subditos in aliquo perturbare et molestare neque minas imponere presummatis et eidem dampnum aliquum infe-

131: 6 post noveritis *del.* quod || 9 post Zekel *del.* cum || 18 *recte:* aliquod

ratis quoquo modo et quovis quesito colore sub pena amissionis capitum
20 et rerum vestrarum.

Si autem in aliquibus ipsa domina aut alii eorundem homines et fa-
miliares sive eciam alii nobiles et ignobiles huius terre in aliquo nobis
contravenerant et excesserint, nos et non vos illos omnes secundum or-
dinem iuris puniemus et edocebimus vobisque nullo modo volumus con-
25 cedere huius modi personas molestare et punire, secus igitur nullo modo
facturi pena sub premissa presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum in oppido Hwzth feria quarta ante festum dive Marie Magda-
lene anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

1514 Iulii 19 — Venetia

132

*Bernardinus Prosperus orator Ferrariae scribit se collocutum cum oratore
Hungariae Philippo Mórét et ab oratore dicta confirmandi gratia copiam litterarum
Iohannis Podmaniczky cubicularii regii sibi monstratarum mittit.*

In charta 20,5 × 29,5 cm scriptas et sigillo non consignatas esse videtur litteras ex copia
photographica.

Sign. Archivum Publicum Mutinense: Notizie intorno al regno d'Ungheria da lettere di
Bernardino Prosperi oratore ducale a Venezia 1514. 72—I. 19.
Reg. *Óvári, Oklevélmásolatok*, no 1062.

Excellentissimo et illustrissimo signore mio!

Per potere advisare v(ostra) s(erenita) reverendissima de successi de le
turbulentie de Vngaria se bene me persuado quella haverne anche avviso
da altre bande sum stato a visitare lo ambasciatore Vngaro et doman-
5 dando gene me ha dicto che a quest hora le cose debbeno essere quietato
perche il re suo ge haveva facto bona provisione et multi de quelli ladroni
villani erano facti morti et castigati et chel sia vero mi fece vedere certe
lettere che l'haveva de XXVIII^o del passato mexie de d(omini) Joanne
Podmaniczchi maestro di cubicularii de la quale pigliai copia de la parte
10 infrascripta:

*Sequuntur litterae Iohannis Podmaniczky die 29 Iunii anno eodem datae
(v. no 93).*

Poi me fece vedere come certi suoi col cardinal de Strigonia havevano
parlato al re per il vescovato del vescovo impallato . . .

Venetiiis XVIII Iulii 1514

De v(ostra) reverendissima et illustrissima signoria

15

devotus suo Bernardino di Prosperi

132: 8 mexie: māxu

Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisorii curiae suae de redemptis cruciatis scribit.

In charta 21×23 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum et scida tectum, quod litteras olim clausit, anulare (v. in tabula sigillorum no 13).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82409 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4. no 1638).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1025.

Egregie nobis dilecte!

Redemimus ab egregiis Paulo Thomory et Stephano Iosa centum florenis quinquaginta cruciatis complices Georgii Zekel colonos diversorum nobilium, pro quibus quidem centum florenis des eis decimas tanti precii⁵ vel de Zenthlaslo vel prope Fogaras, si autem decimas in illis partibus vendidisti — ubicunque sunt decime — centum florenorum vel etiam supra centum florenos des et ascribas eis, quitquid autem centum florenos excesserit, id omne soluturi sunt.

¹⁰ Datum in Scewdy feria quinta proxima post festum divisionis apostolorum anno Domini 1514.

Franciscus de Varda

electus Transilvaniensis etc.

In dorso: Egregio Emerico litterato de Veged provisorii curiæ nostræ Albensis nobis dilecto.

Antonius Surianus orator Venetiae refert se voluisse de bello inter Venetos et Christophorum Frangepán consulere regem Hungariae at sua maesta alcontinuo purtropo occupata nele presente importantissime difficulta.

In charta scriptae, non consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Consiglio dei Dieci, capi, dispacci ambasciatori, busta 30.

Petrus Landus orator Venetiae inter alia refert, quomodo censeat papa res in Hungaria circa cruciatam expeditionem gestas.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 211—212.

...Sua b(eatitudine) have piacere intendere quelli successi de Hungaria exhortando la signoria v(ostra) volesse perseverar in farli intender quelle occorrentie . . . et rechiedendo io a sua b(eatitudine) chella volesse scriver

al reverendissimo Strigonia circa la cruciata posta in Austria. S(ua) santita
5 disse: el ne rechiedere colla sua auctorita si extendesse in Germania, et
noi non lo volessemo far, et non si aricordamo se la potere usar in Austria
che sil non havesse l'auctorita tenimo non la useria, el non accadere li
scriviamo altro, perche si dieno gia haver composti l'imperatore et lui
10 la mente nostra a esso Strigonia, si che el non accade scriver altro. Et
vedendo io s(ua) b(eatitudine) haver respecto scriver in questa materia
accio non fusse inteso dal imperatore havendone facto modesta instantia
sopra de cio et havendossi resciolta in non scriver la supplicai volesse
commetter al reverendissimo secretario Bembo, qual era li presente,
15 et coadiuvo questo, quanto piu puote, scrivesse al Brignano in bona
forma in questo proposito, et cosi s(ua) s(antita) ge lo ordino . . .

Rome die XXII Iulii MDXIII.

P(etrus) Landus orator

1514 Iulii 23 — Trincinium

136

Hedvigis quondam Stephani Zapolyai palatini relicta civitati Kesmarkinensi committit, ut moenia civitatis reparent et se omnia ad voluntatem Christophori Varkocs castellani accomodent atque hoc periculoso tempore provideant neque exteri quidem in civitatem immittantur.

Sign. Archivum Districtus Poprádiensis: Archivum civitatis Késmárkini, Varia 32 no 25.
Reg. Századok 6 (1872), p. 682.
Ann. Litterae eodem in archivo reperiri non possunt.

1514 Iulii 23 — Roma

137

Petrus Bembo scribit ad Petrum Brignanum nuntium in Hungaria papam timere, ne pecunia pro cruciata expeditione collecta in bello Christianorum consumatur.

In charta scripta esse videtur copia, quae a Petro Lando oratore descripta est (v. no 138),
ex copia photographica.
Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 216.

N(ostra) s(ignoria) ha inteso lo imperator haver concesso al reverendis-
simo Strigoniensi legato il publicar la cruciata nel ducato di Austria.
Per la qual cosa temendo s(ua) santita con li denari che se ne tragono,
posti a fine di spenderli contra infideli, siano spesi in guerre de christiani,
5 ha voluto chio vi scriva che siate col prefato legato, exhortandolo molto
per nome di s(ua) santita a procurare et avertire che non si faccia al con-
trario di quello che si intende di fare con detta cruciata et che non si
usi parte nesuna de quelli denari, ne si spenda in guerra contra signore o
dominio christiano alcuno. Et in cio s(ua) s(antita) ne grava la conscientia
10 de s(ua) reverendissima signoria voi dunque farete con diligentia questo
offitio.

Rome 23 Iulii 1514.

135: 6 forte pota || 16 post santita del. aliquid

Petrus Landus orator Venetiae copiam litterarum Petri Bembi ad Petrum Brignanum in Hungaria commorantem missarum refert.

In charta scriptae et sigillo anulari, scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 215.

Ann. Textus litterarum alligatarum v. no 137.

... A queste alligate serano le lettere scrive al reverendissimo secretario Bembo al Brignano in Hungaria ...

Rome die XXIII Iulii MDXIII.

P(etrus) Landus orator

Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert Mariam tertiam genitam Philippi I regis Hispaniarum filiam Vindobonae advenisse et imperatorem Romanorum Maximilianum I regem contra cruciferos adiuturum ibidem exspectari.

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 72.

... Ci sono oltra queste lettere di 14 di Allemagna che dicono la terza genita del quondam serenissimo re Philippo a chi Dio doni quella eterna felicità che loptime parti sue mostravano di meritare essere giunta con pompa grande in Viena dove una honesta legatione del serenissimo re di ⁵ Ungaria e ita ad incontrarla et ivi traeterassi il matrimonio tra questa fanciulla et unico figliolo di quella maesta, dicono anchora il Curcense a 13 essere a Linz et indi aspectato dalo imperatore si mosse, intendendo che s(ua) cesarea maesta per conto di questo matrimonio et per li tumulti di Ungaria si era in diligentia transferita verso Viena per coadiuvare il ¹⁰ re et li nobili et prelati di quel regno contra quella moltitudine di cruciferi che si era sublevata et sulla quale ogni hora che la excellentia v(ostra) hara qualche particolare avviso ...

Die XXIII Iulii 1514.

P(etrus) eremita

In dorso: 22 et 23 Iulii 1514; registratum 27; frater Petrus Quirinus ¹⁵ Camaldulensis ex urbe Roma; al serenissimo principe et alli excellentissimi signori capitibus di X; lectum consilio cum additamento lectum collegio cum capitibus.

Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert per imperatorem Romanorum Maximilianum I filio Vladislai II regis uxorem datum iri Mariam Philippi I regis Hispaniarum filiam ac Matthaeum Lang cardinalem Gurcensem abiisse ad partes, quo caesar propter insurrectionem Hungariae advenisset.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 69.

... Ci sono oltra questo lettere di 14 di Allemagna che el re di Romani da per moglie al figliolo del re di Ungaria la terza genita del re Philippo che gia e giunta in Viena et il Crucense e ito a quelle parte dove andava maesta cesarea con diligentia per la motio di Ungaria ...

⁵ Die 23 Iulii.

Pietro eremi

Capitulum ecclesiae Wratislaviensis litteras accipit et respondit pro expeditione contra cruciferos facienda.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest. Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislaviensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 288v.

Ed. *Acta Capituli Wratislaviensis*, no 799.

... Relatum fuit per dominum archidiaconum presidentem, quomodo consulatus Wratislaviensis fecisset sibi per magistrum Corvinum notarium civitatis intimari, ut avisaret dominos capitulum ad comparendum cum ceteris nobilitaribus sub civitate Wratislaviensi degentibus in pretorio Wratislaviensi ad tractandum de expeditione facienda pro defensione regie maiestatis contra gentem cruciferorum etc.

Secundo, quod certi rustici de Petirwitz et Tatzaw conquesti essent de duce Carolo, qui occasione predictae expeditionis imposuisset eis certam taxam. Dominis desuper deliberantibus placuit, quod respondeatur magistro Corvino notario et scribatur domino duci, quod domini capitulum actu solverunt eorum ratam apud dominum episcopum de omnibus et singulis eorum villis pro expeditione prescripta in defensionem regie maiestatis facienda.

¹⁰ Et mox lectus fuit conceptus litterarum scribendarum alias per me notarium ex informatione desuper prehabita factus. Et placuit dominis, ¹⁵ ut ita scribatur.

140: 4 cesarea supra scr.

141: 15 et supra scr.

Vladislaus II rex Hungariae Nicolao Székely de Kövend apud Maximilianum I imperatorem Romanorum legato, quo in statu insurrectio rusticorum Hungariae sit: Georgium Székely auctorem insurrectionis castrum Temes vocatum obsidentem captum et excruciatum esse necatum, socios eiusdem adhuc turbari describit.

In charta 29×30 cm perforata.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit.

Sign. Bibliotheca Academiae Scientiarum Rumanicae: Archivum familiae Pongrácz 209/DCCXIII. Copia earum litterarum photographica: Archivum Hungariae Nationale: DL 94792.

Ed. *Történelmi Társ* 1891, p. 337. — *Szöveggyűjtemény* I, p. 295 (Hungarice).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Egregie fidelis nobis dilecte!

Intelleximus tam ex tua declaracione quam ex litteris generosi viri Gabriellis Vogt consiliarii cesaree maiestatis et camere eiusdem secretarii ad te datis, quas in specie litteris tuis inclusas ad nos misisti, optimam ipsius cesaree maiestatis erga nos et hoc regnum nostrum voluntatem super auxilio nobis ferendo ad sedandum tumultum popularem, qui perniciosissimus fuit in hoc regno nostro suscitatus, ut autem colligere ex litteris prefati Gabriellis potuimus, optat maiestas sua cesarea scire, quomodo huius modi sedicio adhuc se habeat et an aliquid sit de illa comprimenda tentatum, ubi sint rustici congregati et in quanto numero.

Scias igitur quod Georgius ille Zekel author huius sedicionis in festo divisionis apostolorum proxime preterito, dum ageret continuaretque obsidionem castri nostri Themesiensis, per dominum waywodam Transsilvanum, qui illuc contra eum ex mandato nostro cum numeroso satis exercitu in partibus nostris Transsilvanis collecto venerat, priusquam alie copie nostre, quas tam internas quam externas hinc quoque contra eundem iam expederamus, illo pervenissent, captus est deficiente ab eo turba ingenti rusticorum, quam coegerat et coadunaverat.

Qui quidem Georgius Zekel ignito primum ferro coronatus est, deinde nudo corpore ligatus ad pedes a suis militibus, quos hayd[ones Hun]lgara lingua vocant, quorum opera tot tantaque mala perpetraverat et quos tam ioco quam serio bestias vocitare consu[ev]erat, vivus dentibus discerptus et devoratus est. Postremo cadaver in quatuor partes dissectum patibulo suspensum est. Hoc genere mortis et vitam et crudelitatem suam terminavit. Et hoc pacto tota illa rusticorum turba sub Themeswar absque sanguinis effusione dissipata est et tumultus sedatus.

Quamvis autem caput huius sedicionis concussum iam sit, ipsa tamen sedicio nondum omnino extincta est. Supersunt enim adhuc multe reliquie, presertim circa Waradinum, ubi tumultuatur adhuc quidam Laurencius presbyter homo flagiciosissimus cum magna turba rusticorum, ad quos dispergendos prefatus waywoda iam profectus est et quantum conicere possumus tentata cum illis quoque iam res est aut hoc biduo tentabitur, de quo quidem waywode contra illos progressu bene speramus.

Incerti tamen adhuc sumus, quid sequutum sit aut quid sequatur. Quamobrem fidelitati tue harum serie mandamus, quatinus acceptis

presentibus in primis nomine nostro agas cumulatissimas gracias maiestati
sue cesaree de benevolencia et charitate, quibus nos in hac necessitate
40 nostra prosequi et adiuuare voluit. Deinde breviter seriem rei geste et
quale supplicium ab illo pessimo homine sumptum sit et in quibus ter-
minis res nostra versetur declarato.

Postremo quoniam nondum ex omni parte extinctum est hoc incen-
dium, roges nomine nostro maiestatem suam cesaream, ut maiestas sua
45 bonum animum, quem erga nos et hoc regnum concepit, non remittat,
sed auxilium, quod maiestas sua ferre nobis voluit, velit retinere et ita
habere paratum, ut si opus eo nobis fuerit et maiestati sue necessitatem
nostram significaverimus, possit nobis sine mora subvenire. Nescimus
enim — ut premisimus — quis adhuc finis sit futurus. Quibus declaratis
50 cum bona voluntate illius maiestatis cesaree poteris ad nostram redire
maiestatem. Secus ne feceris!

Datum Bude in vigilia festi beati Iacobi apostoli anno Domini mille-
simo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

55 *In dorso:* Egregio Nicolao Zekel de Kewend oratori nostro apud cesaream
maiestatem fideli nobis dilecto.

1514 Iulii 24 — Roma

143

*Petrus Landus orator Venetiae inter alia refert nuntium papae sine ordinatione
cardinalis Strigoniensis in Hungariam non vasurum esse.*

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur
litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Dispacci di Roma, 1514 no 217.

Serenissime princeps et excellentissimi domini domini colendissimi! . . .
De Germania s(ua) b(eatitudine) me disse haver lettere dal nuntio suo de
di 16, el qual non se partiria dal imperator per andar in Hungaria senza
ordine del reverendissimo Strigonia . . .

5 Rome die XXIII Iulii MDXIII.

P(etrus) Landus orator

1514 Iulii 26 — Buda

144

*Vladislaus II rex Hungariae fidelibus suis possessiones nobilium quorundam,
qui tempore insurrectionis rusticis adhaeserunt, donat.*

In charta sigillo regis sub textu impresso atque scida tecto consignatae et scriptae esse
videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Familiae Vécsey f. 3. no 299.
Ann. Annus regni Vladislai II regis vicesimus quartus a die 15 Iulii 1514 anni inceptit,
itaque festum sancti Ladislai regis solam diem depositi eiusdem sancti interpretari
potes.

Nos Vladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie
commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit uni-
versis, quod nos considerantes preclaram fidem et serviciorum cumulata

ac gratissima merita fidelium nostrorum venerabilis Francisci prepositi
5 Transsilvanensis secretarii ac egregii Benedicti de Wemer aulici nostri,
que iidem sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde
maiestati nostre pro locorum et temporum varietate in omnibus rebus
fidei ipsorum creditis cum summa semper fidelitatis constancia exhibue-
runt et impenderunt, universa bona possessiones porcionesque et que-
10 libet iura possessionaria nobilium Andree presbiteri de Hwgee, Mathie
Sartoris, Iohannis Byro, Ambrosii, Andree, Elie, Gergel, Michaelis et
Petri Farkas, Barnabe, Benedicti, Andree de Izdra, Emerici Thaar de
Babon, Iohannis Kenthes de Thethethlen, Petri Thamassy de Zenthiwan,
Petri, Simonis Magas de eadem, Elie Thoth de dicta Hwgee, Demetrii
15 Pelfewdy, Benedicti Iwan, Iohannis Marthon, Gregorii, Stephani Tha-
massy, Iohannis Babony, Barnabe Nemes, Nicolai, Emerici et Iohannis
similiter Nemes de dicta Zenthiwan et Demetrii Peregy de Chaas ubivis
et in quibuscunque comitatibus huius regni nostri existentes et habita,
que ex eo quod iidem in proxima insurreccione popularium contra nos et
20 sacram coronam huius regni reli[n]gunt et postposita eorum fide et fide-
litate nobis et sacre corone nostre debita maiestatem nostram offendere
non curantes sponte eorum nullo penitus cogente in auxilium ipsorum
popularium transiisse contraque nos et exercitum nostrum acerrime
pugnasse, ob idque notam infidelitatis incurrisse dicuntur, ad nos con-
25 sequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approba-
tam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem atque legem rite et legit-
time devolute esse perhibentur et redacta simul cum cunctis suis utilita-
tibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis
agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, valli-
30 bus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis
aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero
quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis
nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus
premissis -- sicut prefertur -- stantibus et se habentibus memoratis Fran-
35 cisco preposito ac per eum Alberto et Sigismundo de Zeremlyen fratribus
suis ac Benedicto Wemery ipsorumque heredibus et posteritatibus uni-
versis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et
conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter
et habenda salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litte-
40 rarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum
nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria quarta proxima ante festum beati Ladislai regis
anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostro-
rum Hungarie etc. anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadragesimo
45 quarto.

Dextra subter: Relacio reverendi domini Michaelis episcopi Boznensis
secretarii regie maiestatis.

Conventus ecclesiae Ságiensis comitatum Hontensem summam pecuniae, quam mutuo sumpserant nobiles eiusdem comitatus a Paulo Kóvári vicecomite suo pro solutione gentium contra Georgium Székely missarum, insurrectione sedata se restitutum esse promisisse testatur.

In charta 22 × 20 cm lacerata aquaque maculata.

Sigillum in dorso flavae cerae impressum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 69553 (ante: Archivum familiae Kubinyi Kóváriense).

Nos Franciscus prepositus et conventus ecclesie beate Marie virginis de Saag memorie commendamus per presentes, quod nobiles Andreas de Syrak, Demetrius Kopaz de Barathy, Sigismundus de Paloytha et Michael de Bory iudices nobilium comitatus Honthensis coram nobis
⁵ personaliter constituti sponte et libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi per ceteros dominos nobiles eiusdem comitatus Honthensis hortati fuissent, ut pro solutione gentium eiusdem comitatus in expeditione contra Georgium Zekel missarum {ut} nomine eorundem dominorum nobilium certam summam pecunie ordinarent, pro eo ipsi in sortem
¹⁰ solutionis prefatorum dominorum nobilium eiusdem comitatus Honthensis ab egregio domino Paulo de Kowar vicecomite scilicet eiusdem comitatus Honthensis nomine tocus comitatus trecentos et quinquaginta florenos sub spe restitutionis ordinassent et levassent promittentes iidem iudices nobilium in persona tocus comitatus, ut quamprimum
¹⁵ presens huius regni sedicio sedata fuerit, prefatos trecentos et quinquaginta florenos per prefatum comitatum Honthensem eidem domino Paulo Kowary absque omni defectu restituendos harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

²⁰ Datum in festo beate Anne matris Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Vladislaus II rex Hungariae civitatibus Poseniensi, Soproniensi et oppido Carponensi recensitis novis rebus mandat, ut certam pro solutione gentium insurrectionem reprimendi ergo conductarum summam pecuniae dent assignentque.

C in charta 29×21 cm lacerata aquaque maculata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47082 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationale).

P in charta 30×22 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Posenii: no 4538 (ante: no 2512).

Reg. *Inventár*, no 4538 (Slovace).

S in charta 29,5×21,5 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum no 2 Comitatum Jauriensis Soproniensisque: DL 2540.

Ed. *Sopron története* I/6, p. 304.

P

S

C

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti! Non dubitamus vobis omnes necessitates nostras et regni huius omniaque pericula et incendia, que sub nomine cruciate per malefactores in ipso regno nostro diebus effluxis secuta
 5 sunt, clare et manifeste constare et ob hoc non opus putavimus vobis ea omnia presentibus iterum replicare, pro quibus reprimendis et extinguendis coacti sumus hys diebus magnam eciam copiam gencium in exteris partibus conducere sicque regni ipsius nostri et omnium vestrum saluti et permansioni festinantissime consulere. Que quidem gencium conser-
 10 vacio quam magnam exigere videntur vim peccuniarum necesse fuit, ut omnes libere civitates nostre

| et oppida

et quidem eciam exempte nobis ad id certum subsidium contribuerent nec tamen illo vel in minima parte tot gentibus solutionem facere potui-
 15 mus, preservare igitur necque vos ullo pacto possumus, quin a vobis quoque aliquam peccuniarum summam pro extinguendo eiusce modi domestico incendio et repellendis ipsis communibus periculis quam primum expettamus. Eam ob rem vobis et fidelitati vestre sub nota perpetue infidelitatis et amissione omnium bonorum vestrorum harum serie stric-
 20 tissime committimus et mandamus, ut statim visis presentibus non expectando ulteriori nostro mandato nobis de vestri medio duo milia | mille | sexingentos florenos citissime disponere et ordinare ac summam huius modi ad manus huius egregii Michaelis Hrwssowczy aule nostre familiari presencium
 25 scilicet ostensori, quem ad vos hanc solam ob causam celeriter cum plena auctoritate et informacione nostra vobiscum superinde tractantem et concordantem misimus, integre dare et assignare omnibus modis debeatis

146: 24 Hrwssowczy P || 27 integre om. C

nec in hoc aliquam moram seu difficultatem facere presumatis, quoniam alioquin certi estote, quod penam premissam evitare nullatenus poteritis,
 30 prout super hys per eundem aule nostre familiarem vobis plura nunciavimus, cuius dictis fidem creditivam adhibeatis!

Datum Bude feria quinta proxima post festum beatissime Anne matris virginis gloriose anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.
Dextra supra: Commissio propria domini regis.

35 *In dorso:* Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis
 | ceterisque

civibus

ac

| et

toti communitati civitatis nostre

| oppidi nostri

40 Poseniensis

| Soproniensis

| Korpona

fidelibus nobis dilectis.

1514 Iulii 27 — Buda

147

Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Régi recensitis eiusdem meritis possessiones illorum, qui rusticis rebellibus adhaesisse dicuntur, donat.

In charta 29,5×21 cm duplicata, manca aquaque maculata (v. in tabula exemplarium no 4).

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 31004.

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 224.

Nos Wladisla[us] Dei gracia rex H[un]g[ar]ie et Bohemie etc. memorie com[men]damus tenore presencium significantes, quibus ex[pedi]t, universis, quod nos ad nonnullorum fidel[ium n]ostrorum humillimam su[pp]licationem per eos pro parte fidelis nostri nobilis Gabrielis [filii]
 5 *** de Reegh maiestati nostre p[ro]pterea factam, tum vero [at]tentis et consideratis fidelita[te] <et fidelibus> ser[v]viciis eiusdem per eum sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre iuxta sue possibilitat[is] exigenciam exhibitibus et impensis universa bona et quelibet iura possessionaria ubivis et in quibuscunque comitatibus
 10 huius regni nostri Hungarie existentia et habita, que nobilium Ladislai Zel de Kakath et Benedicti de Reegh prefuissent, sed ex eo, quod iidem contra fidem et fidelitatem nobis et sacre corone debitam, non vi, sed sponte ac voluntarie rusticis et hominibus popularibus, qui contra nos et dictam sacram coronam istius regni nostri ac universam nobilitatem
 15 delendam insurrexerant, adhesisse, unaque cum dictis popularibus hominibus domus nobilium invasisse atque destruxisse multaue alia latrocinia commisisse ob idque notam infidelitatis incurrisse dicuntur, ad nos consequenterque collationem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legittime

29 estote]sitis P || 32 proxima om. C

147: 5 lac. 6 litterarum

²⁰ devoluta esse perhibentur et redacta . . . memorato Gabrieli de Regh suisque heredibus et posteritatibus universis, dedimus donavimus et contulimus . . .

Datum Bude feria quinta proxima post festum beate Anne matris Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadragesimo quarto.

²⁵

Dextra subter: Relatio reverendi domini Michaelis episcopi [B]osnensis secretarii regie maiestatis.

In dorso: Registrata folio 670 anno 1514.

1514 Iulii 28

148

Capitulum ecclesiae Wratislaviensis consulunt viri ecclesiastici Wratislavienses, quomodo possint expedire equites contra cruciferos.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest.

Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislaviensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 289v—290r.

Ed. *Acta Capituli Wratislaviensis*, no 801.

. . . Deinde comparuerunt in capitulo dominus commendator domus corporis Christi, dominus procurator cum iudice curie monasterii in Arena, duo fratres monasterii sancti Vincencii et alii duo fratres domus sancti Mathie et exposuerunt, quomodo interpellati essent per consulum Wratislaviensem, quatenus expedirent certos equites in defensionem regie maiestatis contra cruciferos et pecierunt desuper consilium dominorum capituli. Domini capitulum desuper deliberantes remiserunt ipsos ad dominum episcopum.

1514 Iulii 30 — Minscum

149

Sigismundus rex Poloniae Vladislaum II regem Hungariae de rebus eiusdem regni novis sciscitat.

Ed. *Acta Tomiciana* III, no 215 (e codice Radivilliano).

. . . Anxii eramus his . . . diebus ac admodum solliciti, quod de valedudine maiestatis vestre et eius serenitatis liberorum nihil intelligere poteramus . . .

⁵ Misissemus autem iam pridem aliquem nuncium nostrum ad invisendam maiestatem vestram, sed oratorem nostrum magnificum Christophorum de Schidlowyecz castellanum Sandomierzensem et regni nostri vicecancellarium in horas ab eadem vestra maiestate ad nos rediturum expectabamus, a quo de omnibus, que nos sollicitus tenent, sperabamus posse fieri certiores. Cum vero idem orator noster nec scribit nobis quidquam nec ad nos revertitur, in hoc desiderio et sollicitudine diutius esse ¹⁰ non potuimus, sed misimus hunc cubicularium nostrum ad vestram maiestatem, ut — quod maxime omnium cupimus — primum de maie-

148: 4 per bis

181

statis vestre eiusque charissimorum liberorum bona valetudine, deinde de ceteris istius inclyti regni Hungarie rebus redderemur certiores.

¹⁵ Accepimus enim ex hominum rumore, qui huc delatus est, in eo ipso Hungarie regno novos quosdam motus esse subortos et ex parvo initio magnum intestini ac perniciosi belli incendium per cruce signatos excitatum, que res nos certe non mediocriter conturbavit et dolemus vehementer, quod in tam remotis huius nostri domini regionibus agentes
²⁰ et perpetuo bello, quo nos Moscovie dux continuo urget, impediti operam nostram pro officio nostro ac debito nostro fraterno rebus maiestatis vestre impendere non possumus, quod alioqui libentissime faceremus et neque vite neque facultatibus nostris parcentes cum universis viribus regni nostri ad ferendam operam accederemus.

²⁵ Nihilominus tamen rogamus plurimum vestram maiestatem dignetur nos de his ipsis rebus regni sui, ita ut se habent per hunc nostrum cubicularium plene edocere, multa enim hic horrenda et crudelia predicantur, de quibus non cogitare semper et solliciti esse non possumus . . .

Datum in castris ad Mynsk XXX Iulii.

1514 Iulii 31 — Buda

150

Vladislaus II rex Hungariae civitati Poseniensi mandat, ut exigendae ab Iudaeis civitatis Posenii contra rusticos insurgentes summae pecuniae assistat.

In charta 31,5 × 22 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Posenii: no 4539 (ante: no 2513).

Ed. *Monumenta Iudaica* I, no 239.

Reg. *Inventár*, no 4539 (Slovace).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris magistro civium ac iudici et iuratis ceterisque civibus civitatis nostre Poseniensis salutem et gratiam!

Mandaveramus hys diebus provido Iudeo Mendel prefecto Iudeorum
⁵ nostrorum ad presentem expeditionem contra malefactores aliquam summam pecunie a Iudeis istius civitatis Poseniensis exigi, quam nondum ab eisdem exolutam intelligimus.

Rursus igitur mandavimus prefato Mendel, ut huius modi summam pecunie a prefatis Iudeis per hominem suum citissime exigi faciat.

¹⁰ Quare fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus prefato homini dicti Mendel presencium scilicet ostensori in exactione dicte summe pecunie auxilio adesse et eosdem Iudeos ad exolucionem ipsam summam pecunie et administracionemque manibus prefati hominis Mendel modis omnibus astringere
¹⁵ et compellere et aliquos eorum, quos idem homo dicti Mendel vobis nominaverit, huc Budam ad eundem Mendel mittere et accersiri facere et quicquid homo ipsius Mendel presencium — ut prefertur — ostensor

150: 13 recte: ipsius summe

nomine ipsius domini sui Mendel dixerit, credere debeatis secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

²⁰ Datum Bude feria secunda proxima post festum beate Anne matris Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto. *Dextra supra*: Commissio propria domini regis.

1514 Iulii 31

151

Capitulum ecclesiae Wratislaviensis interrogat consulatus Wratislaviensis de expeditione contra cruciferos facienda.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest. Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislaviensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 290r.

Ed. *Acta Capituli Wratislaviensis*, no 802.

... Comparuerunt duo de consulatu Wratislaviensi videlicet Procken-dorff et Wustehube et optarunt nomine eiusdem consulatus, quatenus domini capitulum conformarent se nobilitaribus capitaneatus Wratislaviensis quoad expeditionem faciendam in tuicionem regie maiestatis ⁵ contra cruciferos attento, quod capitulum haberet certa bona sub capitaneatu Wratislaviensi etc. Quibus post deliberacionem et ex conclusione dominorum responsum fuit per dominum archidiaconum presidentem, quod domini capitulum in hoc pacto composuissent ratam eorum apud dominum episcopum de omnibus et singulis ipsorum bonis et villis.

1514 Augusti 1 — Buda

152

Vladislaus II rex Hungariae comitatu Iaurinensi mandat, ut boves a quodam cive quasi praedam cruciferorum ablatos inquisita, utrum boves ex praeda, an pro pretio ante insurrectionem rusticorum comparati essent, veritate restituat, ne tamen extra fines regna, cum ipse rex boves educere prohibuerit, exportent.

In charta 29 × 21 cm perforata (v. in tabula exemplarium no 12).

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 91049 (ante: Archivum familiae Héderváry f. 5 no 15).

Ed. *Héderváry oklevéltár I*, no 377.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris egregiis Stephano et Emerico de Hedervara vicecomiti comitatus Iaurinensis salutem et gratiam!

Conquestus est maiestati nostre fidelis noster circumspectus Michael ⁵ Olaz civis civitatis nostre Albe Regalis, qualiter cum his superioribus diebus per quendam Albertum Gyanthay affinem suum certos boves negociacionis gracia extra istud regnum nostrum propelli facere voluisset, vos inventis illis bobus prope Iaurinum asserentes illos ex predis nobili-
¹⁰ uis et auferri fecistis et licet ipse exponens fide digno testimonio

152: 2 recte: vicecomitibus

183

coram vobis comprobaverit boves illos non fuisse ex predis cumulos, verum iuste et sine iniuria alterius adhuc ante inceptam istam sedicio-
nem rusticorum per eum emptos esse, nullatenus tamen usque in ho-
diernum diem ad requisicionem eius sepissimam dictos boves eidem resti-
15 tuissetis, verum impresenciarum eciam apud vos conservare et retinere
conaretis.

Quia autem nolumus omnino, ut dictus exponens bobus illis, si iuste pecuniis suis et non ex preda illos emerit ac comparaverit, per vos prive-
tur illosque absque ulla racione amittat tantumque dampni paciatur,
20 idcirco fidelitati vestre serie presencium strictissime committimus et
mandamus, quatinus diligenter et maiori, qua poteritis, cura exeminetis
et perscrutetis, utrum illi boves non ex preda, verum iusta negociacione
empti et comparati sint et si comprobatum fuerit eos iuste esse emptos,
eo tunc volumus, ut omnino sine ulla renittencia et defectu prefato ex-
25 ponenti aut hominibus suis ad id per eum deputatis integre modis om-
nibus restituere debeatis et teneamini, ita tamen ne extra istud regnum
nostrum illos educant, cum o[mni]bus aliis eciam educacionem bovum
nunc per aliquod tempus prohibuerimus, sin vero dictos boves ex preda
cumulos et congregatos intellexeritis, extunc nolumus, ut illos aliquo
30 pacto dissipabitis aut deperdati, sed eos sine ulla dissipacione pro nobis
diligenter reservari et custodiri faciatis, ut illis, a quibus ablati sunt,
integre et sine defectu prelibatos boves restituere et reddi facere possi-
mus. Secus in hoc nulla racione faciatis, presentibus perlectis exhibenti
restituti!

35 Datum Bude in festo ad vincula beati Petri apostoli anno Domini
millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra subter: Relacio reverendi domini Michaelis episcopi Boznensis
secretarii regie maiestatis.

1514 Augusti 4 — Buda

153

*Antonius Surianus orator Venetiae inter alia refert rusticos debellatos et ducem
eorum interfectum esse.*

Ed. *Sanuto, Diarii* XIX, p. 9.

... Con l' aviso, come quelli capitani dil re andono contra li popoli
sublevati e quel loro re feno li, rupeno et preso il re ferito, non possandoio
mandar vivo a Buda, li deteno questa morte, che lo feno sentar sopra
una cariega di ferro afogada et posto una corona di ferro afogada in capo
5 et fatoli trar sangue, e mansatali la carne: da essi Hongari tolto quel
sangue lo deteno a beber a li soi seguazi erano li, presi per Hongari; e
cussi morite, e li altri capi fono malmenati. Par, sia sussitando certo
prete pur di questa factione con populi et preso alcuni castelli di Hongari,
contra il qual ditte zente dil re è andate; siche l' Hongaria è su le arme . . .

21 *recte:* examinētis || 30 *recte:* dissipētis

Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Perényi possessiones nobilium comitatus Máramarosiensis, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut idem in dominium earundem introducatur.

A in charta 32×22 cm duplicata (v. in tabula exemplarium no 13).

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71134 (ante: Archivum familiae Perényi).

B in charta 30×29 cm secundum sinus lacerata minimeque manca.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae P no 72.

Ann. Regi conventus refert no 177.

A

B

Nos

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

memorie commendamus tenore pre- | fidelibus nostris conventui ecclesie
sencium significantes, quibus ex- | de Lelez salutem et gratiam! Cum
5 pedit, universis, quod

nos animadvertentes preclaram fidem et serviciorum gratissima merita
fidelis nostri magnifici Gabrielis de Peren cubiculariorum nostrorum
regalium magistri et comitis camerarum salium nostrorum Maromaru-
siensium, que idem sacre primum huius regni nostri Hungarie corone et

10 deinde maiestati nostre cum alias semper in diversis rebus et negociis
nostris et regni nostri fidei sue creditis et commissis, tum vero et precipue
proxime preterita estate, dum scilicet rustici in hoc regno nostro ad del-
dendam et extinguendam universam nobilitatem insurrexerant et tumul-
tuabantur, non solum castra nostra propria, que in manibus suis a nostra

15 maiestate pro officiolatu habet et tenet, sed eciam alias illas partes et
provinciam ac terram illam totam suis laboribus et sollicitudine indefessa
assiduaque cura a periculis non sine summo suo labore, expensis et fa-
tigis preservavit, in quibus omnibus se se idem Gabriel Pereny gratum
reddere studuit et acceptum, volentes igitur huius modi sua servicia,

20 labores et expensas atque dampna vel in parte refundere universa bona
nobilium omnium illorum Maromarusiensium, qui ipsis preteritis distur-
biorum temporibus propria ipsorum voluntate ipsis malefactoribus, qui
sub nomine crucis contra nostram maiestatem insurrexerant, adhesisse
omniumque malorum actuum participes fuisse ob idque eadem ipsa

25 bona ad nos consequenterque collacionem nostram regiam iuxta anti-
quam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem atque
legem rite et legitime devoluta esse perhibentur et redacta, simul cum
cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet

terris scilicet arabilibus cultis et

30 incultis, agris, pratis, pascuis, cam-
pis, fenetis, silvis, nemoribus, mon-

154: 16 ill[am] B || 23 maiestatem nostram B | adhesisse om. A

tibus, vallibus, vineis vinearumque
promontoriis, aquis, fluviis, pisci-
nis, piscaturis aquarumque decur-
sibus, molendinis et eorundem lo-
cis, generaliter vero quarumlibet
utilitatum et pertinenciarum sua-
rum integritatibus quovis nominis
vocabulo vocitatis sub suis veris
metis et antiquis existentibus

premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato
Gabrieli Pereny ipsiusque heredibus et posteritatibus universis,

45

si et in quantum bona ipsa ad aliquod castrorum nostrorum Maromarusi-
ensium aut alia castra nostra regalia vel reginalia non pertinent, si que
ea ipsa bona prius aliis non contulimus,

50

immo damus, donavimus et contulimus,
inno damus, donamus et conferi-
mus iure perpetuo et irrevocabiliter
tenenda, possidenda pariter et ha-
benda salvo iure alieno harum no-
strarum vigore et testimonio litte-
rarum mediante, quas in formam
nostri privilegii redigi faciemus,
dum nobis in specie fuerint repor-
tate.

60

65

70

75

vigore aliarum litterarum nostra-
rum donacionalium superinde con-
fectarum,

imperpetuum contulerimus veli-
musque eundem in dominium
earundem per nostrum et vestrum
homines legittime facere introduci.
Super quo fidelitati vestre harum
serie firmiter mandamus, quatenus
vestrum mittatis hominem pro
testimonio fide dignum, quo pre-
sente Georgius de Bylke sin Nico-
laus et Gregorius de Komlos seu
Lucas Kwn de Rosal aliis absenti-
bus homo noster ad facies prescrip-
torum universorum bonorum vici-
nis et commetaneis eorundem uni-
versis inibi legittime convocatis et
presentibus accedens introducat
prefatum Gabrielem Pereny in
dominium eorundem statuaturque
eadem eidem simul cum cunctis
suis utilitatibus et pertinenciis qui-
buslibet premissis nostre donacionis
titulo ipsi incumbencia perpetuo
possidenda, si non fuerit contra-
dictum, contradictores vero si qui
fuerint, evocet eosdem contra anno-
tatum Gabrielem Pereny ad ter-
minum competentem nostram per-
sonalem in presenciam racionem

46 si — contulimus *in marg.* B | et in quantum *om.* B | nostrorum *om.* B || 47 alia *om.* B |
nostra *om.* B

80

85

Datum Bude in festo beatissime Marie virginis de nive anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum Hungarie etc.

⁹⁰ anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadragesimo quarto.

Dextra subter: Relacio reverendissimi domini G(eorgii) episcopi Q(uinque Ecclesiensis) cancellarii

⁹⁵ regie maiestatis *et inferius:* Relacio domini reverendissimi Quinque Ecclesiensis; Franciscus prepositus.

contradiccionis eorundem reddituros et post hec huius modi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni [intererunt], nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis!

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro magnifico Gabriele de Peren cubiculariorum nostrorum regalium magistro etc. introductoria et statutoria; lecta; relacio extradata et solvit.

1514 Augusti 5 — Gmunden

155

Maximilianus I imperator Romanorum instruit Casimirum marchionem Brandenburgensem, quem ad eiusdem patrem cum mandato auxiliandi Vladislavum II regem Hungariae contra cruciferos laturum mittit.

In charta scripta esse copia simplex videtur ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Ansbacher Archivs-Akten, no 716.

Maximilian von Gotes gnaden romischer kayser etc.

Instructio auff vnsern lieben oheim vnnd fursten Casimirn, marggrauen zw Brandenburg etc. was er von vnsern wegen mit vnnserm lieben oheim vnd fursten, marggrauen Fridrichen, seiner lieb vater, handeln vnnd ⁵ außrichten sol.

Er sol, seiner lieb, von erst vnnsern credennz briff antwurten. Darauf vnser gnad, freuntschafft vnnd alles gut sagenn, vnnd darnach erzellen: sein lieb mus wissen, die beschwerlichen vnnd sorglichen emporung vnd widerwertigkait, so vnnserm lieben bruder, dem konig zw Hungern dieser ¹⁰ zeit von seiner lieb vntertanen, den pauers leuten vnnd andernn von der gemain begegnen, vnnd zuesteen vnnd in was not vnnd gefערlichait nit allain sein lieb, sunder auch die hungerischen heren durch solch emporung gestellt sein.

87 beatissime om. A | virginis om. A

Welche emporung vnnd widerwertigkaiten zw sorgenn an dem ort nit
15 auff herenn, sunder sich von tag zw tag erweytern, vnnd etwa vnnsere
erbliche lannd auch erraichen vnd nachuolgendt weyter strecken mochten.

Dann wiewol vnns gleich bey vertigung dieser instruction gewisse
kuntschafft zukomen ist, wie der bauern haupten, genant Jorg Zackel
20 betretten vnnd gefangen vnnd vmb sein mißtat gemartert vnnd von der
welt gethan. So soll doch gleich ain ander haubtman an sein stat vnnd
nemlich ain munch furgenomen vnnd yzt inn dieser sache sein.

Was bedranng vnnd vbels vnnd vns allen gebornen fursten vnnd edeln
daraus zugewartten were, mag sein lieb vngezweyelt wol ermessen.
25 Deßhalb wir bedacht vnnd inn treffenlichem rat entschlossen sein
bemelten vnsern lieben bruder, den konig zw Hungern inn solchen seinen
noten vnd obligen nit zuuerlassen, sunder seiner lieb vnser bruderlich
rat, hilff, vnnd beystandt zuerzaigen.

Demnach sey vnns gnedig freuntlich begern an vnnsern lieben oheim
30 marggrauen Fridrichen, das sich sein lieb von stundan mit zwaie hundert
pferden rusten vnnd vnns damit zw den berurten sachen gein Hungern
neben anderm vnnsrem kriegs volck dienen.

Vnnd nachdem auch vngezweyelt vnser oheim, marggraff Fridrich
waysst die beschwerlichen irrungen, so sich halten zwischen vnnsern
35 lieben vettern vnnd fursten Wilhelmern vnd Ludwigen pfalzgrauen bey
Rein vnnd hertzogen in Bairn, die dann solcher irer irrung vnnd beschwerungen
halben in kurz zw vns komen werden. Zw welchen sachen vnnd darzw was
gestalt gegen den hungerischen irrungen furzunemen wer, wir vnnsers
lieben oheims, marggraff Fridrichs rat vnnd hilff gern
40 gebrauchen wolten inn ansehung das sein lieb in baiden orten, nemlich
Hungern vnnd Bairn mit freuntschafft vnnd swagerschafft verwant ist.

So sey vnnsere maynung vnnd begeren, das sich sein lieb von stundan
mit einer geringen anzall pferden doch auch gerust beraitt mach, also
wan wir sein lieb hienach wissen lassen, als auch bald bescheen wurd,
45 das sein lieb von stundan auf sey vnnd den nechsten zw vnns kome, vnd
obgenanten vnnsrem oheim, marggraffen Casimirn die zwaie hundert
pferdt bewerben, zusammen bringen, vnd damit seiner lieb nachkomen
laß. Doch sollenn vnnsers oheims, marggraff Fridrichs pferd, damit er
vor zw vns komen sol, auch inn die anzall der zwaie hundert geraitt
50 werden.

So wollen wir seiner lieb vff ein ides pferdt fur sold vnnd schaden den
monat zehen gulden vnnd vff seiner lieb person hundert gulden, vnnd
auff marggraff Casimirn funffzig gulden reinisch raichen vnnd gebenn.

Item ainem yden kurisser deßgleichen sonst alweg zehenn pferden
55 ain troß ros haltenn, vnnd darauff halbenn sold geben, wie vnnsere
gewenheit ist. Vnnd damit sich sein lieb nit allein vmb der hungerischen
emporung willenn ruste vnnd erheb, so gebenn wir auch seiner lieb zuerkennen,
was gleich dieselben hungerischen emporung gestilt werden, so wurdet
dannoch vnnsere notturfft erforderenn, vnnsrem lieben bruder,
60 dem konig zw Hungern einen beystandt vnnd zuersatz wider die vn-
glaubigen zuuerordnen. Darzw wir aber vnnsrem oheim marggraff Fridrichen
zugebrauchen gnediglich maynen.

155: 14 *post* widerwertigkaiten *del.* zwsorge

Vnnd solcher dinst mit den zwaie hundert pferdn sol drey monat weren, vnnd nach außgang derselben auf vnser vnnd ir wolgefallen.

⁶⁵ Auf obberürt anzal pferdt wollen wir von stundan das gelt berait machen vnnd seiner lieb ainen monat sold zw haws verordnen vnnd so pald solch gelt beraitt ist, so wollen wir ainen vnnsern rat vnnd commissari zw seiner lieb schicken.

⁷⁰ Vnnd sein lieb wissen lassen alßdann wol sein lieb, wie obstet, mit ainer geringen anzall pferden auff sein vor herr zw vnns ziehen in obberürten sachen vorhelffenn zw ratschlagen vnnd marggraf Casimirn die zwaie hundert pferd furderlich hernach füren lassen.

⁷⁵ Vnnd das vnns sein lieb solchen vnnser begerenn zw rat, hilff vnnd trost vnnserm lieben bruder von Hungern vnd den fursten von Bairn, den auch sein lieb mit freuntschafft vnd swagerschafft verwonnt vnnd deßhalbenn inn iren notturfften bey zusteen schuldig ist, nit abschlag, noch verzeich, als wir vnns zw seiner lieb gnediglich vnd freuntlich gestrosten vnnd versehen. Das wollenn wir gegen seiner lieb vnnd derselben kindern in allen gnaden bedenneken vnnd erkennen.

⁸⁰ Das sol der obgnant vnnser oheim margraff Casimir mit allem vleiss vnnd ernst handeln vnnd außrichten, vnnd was ime hierauff zw antwurt begegnet, vnns des eylennds verkunden vnnd haben darnach zurichten.

⁸⁵ Gebenn inn vnser stat Gmunden, am funfften tag des monats Augusti, anno Domini etc. im vierzehenden, vnnser reichts des romischen im XXVIII-sten.

kayser
Maximilianus

Ad mandatum etc.

1514 Augusti 5

156

Capitulo ecclesiae Wratislaviensis dictum est communitatem Wratislaviensem adversari propterea, quod capitulum abnuisset se conformare aliis vasallis civitatis pro expeditione facienda in defensionem regie maiestatis contra gentem cruciferorum.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest.

Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislaviensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 292r.

Ed. *Acta Capituli Wratislaviensis*, no 804.

63 post monat del. weren || 81 post hierauff del. begegnet

189

Vladislaus II rex Hungariae quendam affinem suum rogat, ut regno a cruciferis afflictio cum ceteris regni potioribus ad ipsum regem consulere veniat.

In libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copiae eiusdem temporis simplices in libro formulari scriptae.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 210 r (A), 207 (B).

Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Spectabilis et magnifice fidelis et affinis nobis sincere dilecte!

Non putamus opus vobis declarare aut enarrare, quanta in dilaceratione simul eciam inordinacione hoc afflictum regnum hoc tempore existat, quandoquidem ea omnia vobis, qui principale eiusdem regni nostri membrum estis et ad ea depellenda non eciam parum cure gessistis, nota sunt et probe cognita.

Super quibus periculis et inordinacionibus, quum adeo ingencia sint, ut nisi maturius provideatur, profecto non vidimus, quod hoc ipsum regnum possit in statu suo permanere et ob id statuimus, quam primum vobiscum et cum ceteris dominis prelati ac baronibus saltem pocioribus constitui atque super eisdem rebus regni loqui, tractare et consulere, donec de aliis consulere iuxta consilium vestrum poterimus.

Scriptimus igitur et mandavimus fidei nostro egregio Nicolao Herendi, quem ad vos his diebus in aliis rebus nostris misimus et quem adhuc apud vos fore non dubitamus, ut vos nomine nostro vocet et accerset.

Rogamus igitur fidelitatem vestram magnopere, ut si commode fieri poterit et iam extremam manum in illa expedicione contra cruciferos — uti in Deo confidimus — imposuistis putatisque tuta istis esse omnia, velitis visis presentibus omni mora posthabita ad aliquod solummodo paucos dies ad nos citissime in velocibus curribus aut aliter, prout vobis visum commodius fuerit, advolare, nam ceteros quoque dominos pociores, qui hic non sunt, vocari iussimus, qui propediem hic constituentur. Quapropter rogamus, ut vos quoque adesse velitis, ut super conservacione huius regni vobiscum ac ceteris fidelibus nostris loqui et tractare valeamus.

Datum Bude feria secunda proxima post festum transfiguracionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quarto.

157: 1 Dei — Bohemie om. B || 7 sunt|fuit B || 11 barronibus A || 15 hys B || 19 inposuistis A || 20 aliquot B || 23 post sunt del. ut iuss B || 27 a Bude usque ad finem om. B

Vladislaus II rex Hungariae comitatus Barsiensi mandat, ne capitulum ecclesiae Strigoniensis decimas colonorum iobagionumque ipsius comitatus recensitis eorum tempore insurrectionis et bene et male factis exigere inhibeat.

In charta 29 × 24 cm.

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Capituli Strigoniensis Privatum: lad. 48 f. 2 no 25.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris egregiis et nobilibus universitati nobilium comitatus Barsiensis salutem et gratiam!

Displicenter admodum accepimus, qualiter vos decimas de medio
 5 colonorum et iobagionum vestrorum fidelibus nostris honorabilibus capitulo ecclesie Strigoniensis provenire debentes ex eo turbare velletis, quasi scilicet ipsi in dandis hoc tempore insurreccionum gentibus et in subveniendo huic regno nullum onus tulissent neque expensas fecissent, preterea quia fuissent quidam cruciferi vel eorum fautores in possessione
 10 ipsorum capitularium Barathy vocata commorantes, quos et alios item, quos nobiles comitatus Honthensis denominaturi erant, ad manus eorundem dare nolissent, ceterum quod quidam iobagio eiusdem capituli Gregorius Berthalom armatis manibus fugasset quandam nobilem mulierem ad petitionemque ipsorum nobilium prefati capitulares eundem
 15 iobagionem eorum ad manus dicti comitatus dare nolissent, cum tamen iidem capitulares a dandis pro defensione regni gentibus minime se retraxerint immo eciam nunc gentes eorum penes fidelem nostrum magnificum Iohannem Bornemizza castellanum nostrum Budensem et prefectum generium nostrarum habent in aliis eciam subsidiis nobis pro necessitate
 20 huius regni ferendis non omnibus inferiores fuerunt.

In reliquis vero rebus, que ipsis per vos impinguntur, innoxii similiter et innocentes se esse dicunt, verumtamen — utcunque res iste se habeant — cum decime ipse a Christi fidelibus semel in patrimonio Cristi dedicate et institute sint, non esset vobis ulciscende de ipso Deo, ad
 25 cuius cultum peragendum decime ipse dantur et mala malis accumulanda.

Quapropter volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus prefatos capitulares dicte ecclesie Strigoniensis in percepcione et recollecione huius modi decimarum suarum
 30 nullo modo turbare neque impedire presumatis, sed illas eisdem eo modo, prout hucusque et antea libere et pacifice extradari et exolvi per vestros colonos facere debeatis. Volumus eciam et vobis committimus, ut iobagiones ipsorum capitularium previis vel eciam aliis quibuscunque de causis sine iuris debito et legitimo processu nullo modo
 35 impedire aut opprimere audeatis, sed agatis contra eos de iure regni, si quid agendum in eos videbitur, ex parte quorum iidem capitulares meri iuris et iusticie satisfaccionem administrabunt. Secus igitur nullo modo facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restitutis!

Datum Bude feria secunda proxima post festum beate Marie virginis
 40 de nive anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Capitulum ecclesie Wratislaviensis conceptus litterarum ad dominum episcopum in facto contribucionis, quam petunt vasalli ducis Caroli et civitas Wratislaviensis a capitulo et subditis suis pro expeditione regia contra cruciferos recitatur.

In libro ex charta confecto uti ex copia photographica videri potest.
Protocollum.

Sign. Archivum Archidioecesis Wratislaviensis: Acta Capituli, IIIb 1a fol. 294v.
Ed. *Acta Capituli Wratislaviensis*, no 806.

1514 Augusti 11 — Buda

Nicolaus de Zuanne ad Christophorum Morosinum res tempore insurrectionis gestas conscribit.

Ed. *Sanuto, Diarii XIX*, p. 15. — *Magyar Történelmi Tár* 24 (1877), p. 277.

Da novo: prima, a di 23 Marzo, zonse de qui el cardinal Strigoniense come el ban, el vayvoda, el marchese Marcholaba, el conte paladin, el duca Lorenzo e assà altri signori che vegnivano ogni zorno, e fevano
⁵ ogni di consejo insieme e diete, perchè el cardinal havea portado di Roma la cruziata nel regno contra turchi. E cussi volse farla stridar, e la feze contra el voler de questi signori. Et erano in gran confusion insieme, dove i correa come fano le formighe da ogni banda zente, et erano adunati da 3000 vilani, in modo che costoro erano mezi impazati, maxime
¹⁰ questi signori che non volea fusse sta cruziata per non spender. E fo forzo al cardinal remeterla, e feze intender a tutti dovesseno tornar a le case soe e da li soi patroni. E beato era colui che più presto si potea aspetar una crose rossa adosso che li pareva andar a noze, tanto erano volenterosi; era impossibile a poderli desmeter, e li mandono fuora di la
¹⁵ terra digando i andasse a far el suo consejo, quel che li pareva di far, e questo fu fato per inganarli che non saveano a che modo mandarli via. E loro andono la matina a bona hora a un locho se chiama Radus, dove i suoleno far el consejo. Quando i fono tutti ussiti di Buda, fezeno ben serar le porte di la terra con bone varde, e li mandò a dir dovesseno tornar
²⁰ a casa sua da parte del re, aliter tutti li andaria a tajarli a pezi. E loro vedendo questo, si partirono una parte in qua, un'altra in là, e dove i andava fevano tutti i mali del mondo, in modò che fevano parte fra de loro, e andavano a un vilazo, e piava quel nobele e quel altro, e li impalavano, e vergognava la sua dona, e li tolea danari, oro e arzento. E tra le
²⁵ altre cosse i feno, capitorono a uno locho se chiama Zenadin, ch'era de uno vescovo homo da bene, et lo preseno e se feze dar li soi danari e arzenti assai, et lo impalò. Et breviter narando, feze un capo tra loro chiamato re, ch'avea nome Sechel Giorgio, valentissimo homo de la persona, et era Hungaro proprio, el qual era disposto voler desradicar tutti questi
³⁰ signori, etiam li nobeli; dove ha fato grandissime crudeltà, e fato impallar assà nobeli e signori, e vergognato le so done. Ultimamente se havia fato gran maistro, havea soto de lui 60 milia villani e s'avea fatto 25 fra loro per capi, et havea adunato gran quantità d' oro e d'arzento. Vedando

questo, sti signori se trovavano a mal partito, e avisono per tutta la
35 Boemia, in Transilvania, in Croazia, che venisseno con zente contra di
questi cruziati. E in questo tempo se intese, a una vila, lonzi mia 5 di
nostri italiani, di Buda, erano radunati da zercha 3000 de ditti cruziati,
i quali venivano a la volta di Peste, ch'è una terra per mezo Buda apresso
il Danubio, et erano per voler prender quella. E si la sorte permettea
40 havesseno roto li nostri che li andono a l'incontro, e Buda e ogni cossa
era soto villani. In modo che si messe in hordine un capetanio se chiama
Bernamisun valente vecchio, e con zerca persone 1000 tra cavalo et pie'
andoli incontra e li aquistò e tajò a pezi da 400 di loro, lo resto prese e
con la grazia di Dio vene con bella vitoria. Da poi doman fono liberati
45 el forzo di quelli presoni, provando come li erano venuti per forza in loro
compagnia, e promesseno con sagramento non ne tornar più: e de questi
presoni ne fo electi 16, i quali erano stati principali, e questi fono il di
segunte impalati, chi per fianco, chi drieto, chi per el peto con i piè in
suxo; le pezor cosse che mai habi aldito far; e questo è sta fato perchè
50 anche loro hanno usato grandissima crudeltà contra i signori e nobeli;
fra le altre loro villani hanno impalato el padre e el fio su uno palo me-
demo, el fio de soto, el padre de sora: cosse inaudite!

Apresso, l'è zercha un mese che zonse il vayvoda . . . con persone da
22000, el qual si acampò a l'impeto del campo de questo Sichel Giorgio,
55 et erano sotto la mazor fortezza che sia in Hongaria, ch'el Turco mai
non potè nuoxerli, chiamasi Segadin, ch'è un castel fortissimo, e li el
vayvoda si messe in el campo de i nimizi, che tutti quelli ch'erano per
forza se tirasse de una banda, perchè sopra la sua fede non li faria de-
spiazzer nissun, in modo che tutti si fezeno da una banda, e restò solo
60 questo Sechel Giorgi con 16 soi seguazi a cavalo. Vedendo questo, costui
volse fuzer, et investì in alcuni, e ne amazò lui solo do, e lui fo preso con
4 ferite a morte; etiam fo presi tutti quelli 16 a cavallo vivi e sani. Da
poi il vayvoda li tolse ogni cossa, e partecipò con quelli villani, e li li-
zenziò con gran promesse; i quali andono a casa sua. Feze poi menarse
65 davanti Sichel Giorgi, e lo examinò che fantasia era stata la sua a far
questa movesta. Li disse come el volea renovar el regno de Hongaria.
In quello, comandò il vayvoda che li fosse portado una sedia, e lo feze
sentar, e lo ligono, e comandò a quelli 16 capi presoni che comenzaseno
a manzar; e cussi feno a bocon a bocon a manzar fina che li se vedea le
70 buelle e le osse per tutto. Da poi li feze meter una corona de fero afogada
in cao, poi li tajò la testa, che l'era morto, e la mandò, s'una lanza a pre-
sentarla soto al dito castello. Poi el tajò pur assai de quella compagnia,
e feze impalar quelli 16 che manzò lui. Etiam qui in Buda i hanno fato
le più gran becharie dil mondo di costoro; e l'altro eri fezeno squartar
75 un prete vivo, et rostino un frate vivo; da poi l'altro zorno justixiò tre
preti, uno impalò, l'altro su la ruoda, l'altro squartò vivo; impalai gran
quantità. Hanno fato cosse teribele e stupende! Ancora el se trova da
un'altra banda un prete se chiama Lorenzo Pop, el qual è capo de zercha
16000 de sti villani, el qual el vayvoda l'ha torniato, et ha fracassato e
80 tajato a pezi el forzo d'essi et ha preso sto prete vivo, el qual aspetemo
de zorno in zorno, e si farà de lui una bella justitia. Eri fo scortegado vivo
colui che impalò quel vescovo de Segadin, che la più azerba morte non
vidi far di questa, vivete zercha mezo zorno, etc. . . .

Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisorii curiae suae de redemptis cruciatis.

In charta 21 × 21,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum et scida nunc circumlacerata tectum, quod litteras olim clausit, anulare (v. in tabula sigillorum no 13).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82411 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyien-se, f. 4 no 1644).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1025.

Egregie nobis dilecte!

Debemus pro redemptione captivorum egregiis Paulo Thomory et Stephano Iosa decimas centum florenorum, des eis vel hominibus eorum presentium scilicet ostensoribus decimas extendentes se ad centum florenos.

Ex castro nostro Gyalw die Dominico post festum beati Laurentii martyris anno Domini 1514.

Franciscus de Varda
episcopus Transilvaniensis etc.

¹⁰ *In dorso:* Egregio Emerico litterato provisorii curiae nostrae Albensis nobis dilecto.

Vladislaus II rex Hungariae Franciscum Csaholyi episcopum Nicolao Csáky pridem episcopo a rusticis rebellibus necato Cenadinensem nominat.

In charta 29,5 × 22 cm duplicata (v. in tabula exemplarium no 7).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22631.

Ed. *Die Stifte der Tschanader Diözese* p. 287.

Reg. *Történelmi Tár* 5 (1904), p. 226. — *Juhász, A csanádi székeskáptalan*, no 665.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, univervis, quod nos inducti meritis et virtutibus ac erudicione sufficienti fidelis nostri venerabilis magistri Francisci Chaholy consobrini fidelis nostri magnifici Michaelis de Palocz pincernarum nostrorum regalium magistri, de quibus idem apud nos certo nonnullorum fidelium nostrorum testimonio extitit commendatus, eundem igitur tanquam personam idoneam et bene meritam ad episcopatum ecclesie Chanadiensis nunc per infelicem et insperatam mortem reverendi condam Nicolai de Chaak eiusdem ecclesie ultimi veri ac immediati possessoris eidem a malefactoribus inflitam de iure et de facto vacantem auctoritate iuris patronatus nostri regalis, quod sicuti in aliis omnibus huius regni nostri ecclesiis sic et in ipsa ecclesia Chanadiensi habemus, duximus eligendum, nominandum et

presentandum ac episcopatum ipsum simul cum castro Chanadiensi ac oppidis, villis ac possessionibus et quibusvis proventibus et bonis suis temporalibus necnon etiam abbacia de Egres ac cunctis bonis et iuribus pariter possessionariis ad eandem abbaciam de iure et ab antiquo similiter pertinentibus, in quantum abbacia ipsa prefate ecclesie Chanadiensi legitime unita et incorporata antea extitit ipsamque idem condam dominus Nicolaus episcopus pariter cum ipso episcopatu Chanadiensi ad instar al[iorum] iurium et bonorum eiusdem ecclesie Chanadiensis tenuit et possedit, pleno iure dandum et conferendum, immo eligimus, nominamus et presentamus ac damus et conferimus presencium per vigorem.

Quocirca vobis fidelibus nostris honorabilibus capitulo et toti clero dicte ecclesie Chanadiensis harum serie firmiter mandamus, quatenus amodo deinceps prefatum dominum Franciscum pro vestro vero et indubitato domino et prelato tenere et recognoscere eidemque in omnibus licitis et consuetis obedire et obtemperare modis omnibus debeatis et teneamini et aliud nullo modo facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude in festo assumptionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

1514 Augusti 15 — Venetia

163

Bernardinus Prosperus orator Ferrariae inter alia refert rusticos in Hungaria rebelles sedatos esse.

In charta 21 × 28,5 cm scriptae et sigillo non consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Mutinense: Notizie intorno al regno d'Ungheria da lettere di Bernardino Prosperi oratore ducale a Venezia 1514.

... De le cose de Ungaria come v(ostra) s(erenita) reverendissima intendera per le lettere chio scrivo al signore quelli villani sono extincti et quello capitano o re suo preso et impalato cum multi de quelli erano de primi cum lui ...

1514 Augusti 18 — Buda

164

Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Drágffy comiti comitatus Szolnok Mediocris mandat, ut iobagionibus Michaelis et Gabrielis Csáky, qui inviti insurrexerant et ob id exspoliati sunt, praedata restituantur.

In charta 28 × 20 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89043 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 44 f. E no 45).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidei nostro magnifico Iohanni Dragfy de Belthewk comitti comitatus Zolnok Mediocris ac pincernarum nostrorum regalium magistro salutem et graciam!

Venerunt ad nos querele pro parte egregiorum Michaelis et Gabrielis
5 Chaky, qualiter vos ab proxime preterita insurreccione, quam coloni et
iobagiones ipsorum inter aliorum iobagiones his diebus fecerunt, eosdem
dampnificare, depredari et opprimere velletis aut iam de facto depredati
estis, per quod bona eorundem Michaelis et Gabrielis Chaky alioquin
satis desolata magis ac magis desolarentur.

10 Nos vero postquam ipsi rustici, quorum — ut scitis — maior pars non
volens, sed invita et per terrores periculorum insurrexit, iam resederunt,
nolentes eos funditus periri et hoc pacto extreme opprimi, quandoquidem
id alio modo ipsis dominis eorum terrestribus, sed et toti huic regno de-
trimento foret.

15 Mandamus fidelitati vestre harum serie firmiter, ut ea, que ab ipsis
colonis prefatorum Michaelis et Gabrielis Chaky per vos aut vestros de-
predata sunt, integre reddere et reddi facere et de cetero ab impetitione
et oppressione ac dampnificatione ipsorum vos et vestros continere modis
omnibus debeatis et teneamini et aliud nullo modo facere presumpmatis
20 presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude feria sexta proxima post festum assumptionis beatissime
Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.
Dextra supra: Commissio propria domini regis.

1514 Augusti 19 — Buda

165

*Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere Leonardo Laure-
dano duci Venetiarum Simonem episcopum Modrusiensem vicelegatum suum
commendat.*

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit consignatae
videntur esse litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Collegio, lettere cardinali e vescovi, busta 2.
Reg. *Óvári, Oklevémásolatok* no 1066 (Hungarice).

Illustrissime princeps ac domine observandissime salutem et commen-
dationem!

Ut reverendum patrem dominum Simonem episcopum Modrusien-
sem serenitati v(estre) multis verbis commendamus, non esse opus,
5 scimus quantoquidem ea est sua in serenitatem v(estram) et illustrissi-
mum istum dominum fides atque devotio, ut commendatum ipsum ab-
unde faciant.

Cum tamen in Sclavoniam, Croatiam atque Dalmatiam vicelegatum
nostrum eum ad presens destinemus, his nostris, que de fidei tue sinceritate
10 et affectione testimonium perhiberent, vacuum proficisci noluimus,
quare serenitatem vestram, quo possumus, enixius rogamus obsecramus-
que, ut nostri etiam intuitu et gratia prefatum d(ominum) episcopum
una cum suis omnibus commendatos habere velit, itaque cum ipsis agere,
ut commendationem hanc nostram profuisse sibi cognoscant. Has vero
15 litteras nostras ponderis aliquid et extimationis habuisse apud sereni-
tatem v(estram) intelligamus. Que felix valeant et cui offerimus vos
semper et commendamus!

Buda XIX Augusti MDXIII.

E(iusdem) d(ominationis) vestre illustrissime deditissimus Thomas cardinalis Strigoniensis legatus

In dorso: Illustrissimo principi ac domino domino Leonardo Lauredano duci Venetiarum dignissimo domino observandissimo.

1514 Augusti 19 — Buda

166

Thomas Bakócz archiepiscopus Strigoniensis et legatus a latere Simonem episcopum Modrusiensem vicelegatum deputat.

In charta scriptae et sigillo non consignatae esse videntur litterae ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Veneticum: Consiglio dei Dieci, Capi, dispacci rettori Zara, busta 238, c. 39.

Reg. *Óvári, Oklevélmásolatok*, no 1065 (sub dato: die 23 Augusti, Hungarice).

Ann. Copia litterarum haec litteris rectorum Iadrensiū die 1 Novembris anno 1514 datis est acclusa (v. no 199).

60 midt in zuobern. Awff das hat ime herr Matheß geantwurt, als vnnd awch mir alles sambt dy red wegeben, herr Matheß getulmetscht hat zw Nicklosch Wodo, gedachter Wodo hab gut knecht, auch alle notturfft daß schloß vor Zeckl Jorgen wol zw wehalten, woe er ader ye nicht getraw, so soll er sambt seinen knechten her auff den Scholmuß kumen,
65 der hoffnung das schloß vor Zeckl Jorgen wol zw wehalten.

Als nu herr Matheß solchs wemeltem Wodo furgehaltn het, nam er waichmutig den abschid. Dem also nach zukommen vnnd als morgen seiner knecht etlich herawff zwschicken, woe er als dann ye nicht bleyben kundt, het er ain pferd, darawff er getrawt vber das wasser daselbst zu
70 schwemen vnnd herawff zwkumen.

180: 60 herr Matheß *supra* scr.

Nach dem westunds bis an der anderen tag darnach kam ain armer hinterseß meins gnedigen herren auß ainem dorff Radnern genandt, nahet bey Lippa gelegen, sagt zw herr Matheß, wie nechtn ainer deß Zeckl Jorgen diener mit namen Metischwân ine wemelten armen man zw
75 Nicklosch Wodo geschickt heth mit solcher werbung, er, wemelter Methischwân hab Nicklosch Wodo aid, herwidrumb hab wemelter Wodo sein deß gedachten Methischwân ayd, auff das bite er den gedachten Wodo seinen bruder Laysch zw ime wemelten Methischwân zw schicken, hab ime etwas zw enpieten. Awff das ist wemelter arm man zw Nicklosch
80 Wodo kumen, dyse werbung öffentlich gesagt, deß ine wemelter Wodo awff ain ort genumen vnnd gesagt warumb er also offenlich solche werbung sag, sein diener mochten gedenccken, er handlet etwas vnredlichs, deß also der arm geantwort Methischwân hab ims nicht wefolhen haimlich zwsagen, mit disen wortn sich der arm verantwort, weyter hab wemelter
85 arm man gesagt zw herr Mathes, ydoch hab Nicklosch Wodo seiner bruder zw Metischwân geschickt ine zw ime foderen lassen, in das schloß genumen, mitainander geessen vnnd getruncken biß awff mittenacht.

Als dann hat sich Wodo sambt seinen dieneren awch Metischwân in
90 der nacht das schloß awff gethan, herawß gezogen vnd nu haben dy burger zw Lippa auch Nicklosch Wodo etlich tag daruor ainen potn zw graff Hansen als weydan in Sibenwurgen geschickt hillff wegert, als ich Prantner bericht pin, dem selben poten ist deß Zeckl Jorgen bruder wegeget, hab ine gedachter bot gefregt, von won vnnd wo hin er wöll, hab ime
95 wemelter dess Zeckl Jorgen bruder gesagt, er sey geschickt von graff Hansen zw dem Zeckl Jorgen mit diser werbung: Zeckl Jorg torff sich vor graff Hansenn nichts wesorgen, er soll awßrichten, was ime wefolhen sey, woll ine auch in nichte hinderen.

Darawff hab wemelter pot gesagt: ich bin geschickt von Lippa zw
100 graff Hansen vmb hillff, woe dann dem also, ist an not dise rayß, zuuerbringen, hat sich also vmbgekert vnnd gen Lippa wartz gezogen. Da ist Nicklosch Wodo vnnd Metischwân vngeuerlich dem wemelten boten wegeget, ine gefregt, hat ine gedachter bot alles sambt, wiß ime wegeget sey, zuuersten geben, darawff hat Nicklosch Wodo in gegenwort
105 Methischtwân dem poten wefelech gethan, er soll zihen gen Lippa vnnd seinem vnterpurgkgrauen mit namen Forisch sagen, das er dem Metischtwân entgegen von wegen des Zeckl Jorgen das schloß eingeb, vnnd sonst kainem anderen.

Da ist also Metischwân mit sambt dem poten gen Lippa zogen.
110 Als nu der obgemelt vnterpurgkgraff solches verstanden, hat er mir Prantner bey seinem knecht enpoten, woe ich wiß daß wemelt schloß Lippa zubehalten auffs fuderlichst hinab zw kumen, dann er wiß noch kün ain stund nicht vor Zeckl Jorgen zw halten. Nu habe ich Prantner angesicht vonstundan hinab reitten wöllen, daß hat mir herr Matheß
115 nicht gestatten wellen vnnd gesagt dy weyl Nicklosch Wodo also pößlich entriten mocht, villeicht ich Prantner gefangen ader erwurgt werden, dardurch bede schloß dester baß zueroberen weren. Aber er, herr Matheß, well den Tschutschy weyden an sölcher stat schicken, vnnd ime

gewalt geben, daß er auch also thet vnnnd wemelten Tzutschj weyden
120 schickt, nach dem hielt herr Matheß mir fur vnnnd sagt, er wesorge dweyl
Nicklosch Wodo also bößlich, das schloß awffgeben hethe, mocht vil-
leicht gedachter Wodo herauff kumen dy knecht auff ir pflicht manen,
damit sy ime verwont weren, ine ein zulassen vnnnd das wemelt schloß
Scholmuß awch dermaß vbergeben, dem furzukumen, so wolle er den
125 knechtenn furlegen dy credentz vnnnd in krafft der selben wegeren von
wegen meines gnedigen herren ime zwgelüben vnnnd schweren an stat
aines purgkgrauen weiß er weitter mit ine schaff dem selben zwgeleben.

Solchs also herr Matheß alles thet vnnnd ime dy knecht gehorsam vnnnd
willigklich gelubten vnnnd schwuren angesehen in waß geschalt Nick-
130 losch Wodo entriten were verhofften, ire vorgethane pflicht numals kain
krafft hethe, das ich Prantner alles geschehen must lassen vrsach das
ich der sprach vnnnd mit den knechten nit reden kundth. In dem kam
obgemelter Tzutschj weyden den dann herr Matheß gen Lippa geschickt
vnnnd ime gewalt geben heth. Sagt wie er gen Lippa kumen wer, heth
135 der obgemelt vnterpurgkgraff dem Zeckl Jorgen dwrch Janisch diacken
ainen brieff schreyben lassen, ime das schloß ein zugeben, doch awff
sicherung leybs vnnnd guts, darzw hab auch rath vnnnd gemain alda ainen
wagen midt gewandt vnnnd anderem geladen dem Zeckl Jorgen zuge-
schickt vnnnd ime damidt dy stat auffgeben.

140 Alß nu wemelter Tzutschj weydan das gesehen, het er nicht weleyben
kunnen, auch kaum dauon kumen wer. Alß ich Prantner das awch vernam,
sagt ich zw herr Matheß in dem nicht zwfeyren vnnnd das schloß
midt speyß haß zuersehen. Das auch also geschach vnnnd deß anderen
tags frue etlich oxhen in das schloß namen dy selbigen den mereren
145 tayl nider schlugen, damidt daß wemelt schloß nach notturfft wol ge-
speyst ward.

In dem nam Zeckel Jorg schloß vnnnd schtat Lippa ein, vnter dem
dweyl wemelter Zeckel Jorg ein zug, kam ain knab an daß wasser, die
Marusch genant, rufft gegen dem schloß hinauff, er hab ein brieff an
150 her Matheß, bit vnnnd weger den zuholen, das also herr Matheß verschuff
mit etlichen knechten ine zuholen, vngeuerlich kam ich Prantner darzw
vnnnd vernam, wie herr Matheß dy knecht auß dem schloß schicken wolt
vnnnd sagt, mit meinem willen solt ir kainen knecht auß schicken, darauff
herr Matheß antwort: er wolt schicken, dan der brieff gehoret ime zw,
155 deßhalb musten sy gen ime den zuholen, wie wol ich Prantner des nicht
geren sach vnnnd ser darwider war; dann ich wesorgt das dan darauff
stund, ydoch schickt er vnnnd musten also wider meinen willen auß dem
schloß, gen deß ich nicht wenig wescherd trug vnnnd ging midt ainem
knaben, der mir ain puchsen nach trug, fur das schloß zubesehen, wie
160 es den knechten zuschten wurd.

Als nu dy knecht vnter dem perg hinab in das dorflein kamen, wege-
net ine zw irem gluck ain weyb vnnnd sagt wie etwa vil der krewtzer in
ainem hawß warten vnnnd vermainten sy zwerschlahen, deßhalb solten
sy pald flyhen vnnnd nicht weitter gen, das sy auch also theten, vnnnd
165 wider in das schloß kamen vnnnd solchs herr Mathesen anzeygten, dar-

133 post den del. dann herr Matheß

auff sich herr Matheß wesan vnnd mir deß recht gab vnnd wol abnemen kundt, das ain anschlag gewesen, waß nach dem weschlussen vnnd verordenten wir alle sachen, wie vnnd woe sich ain yder weren solt, so es darzw keme, dabey bestund es wiß zw morgens vngeferlich zwischen zwelffen vnnd ainem, da kamen sy dy kreutzer fur das wemelt schloß Scholmuß vnnd vermaidten es also zw erobernn mit schlechtem sturme.

170 Darob sy mutwilligklich grossen schaden namen, vnnd doch nichts schaffen kundten noch mochten, ydoch triben sy das den selben tag vnnd nacht biß an den anderen tag zw abentz da prachten sy etlich geschutz damidt sy dy selben nacht fewr in das schloß schussen vnnd 175 zunten es an, das ich selbs erlescht vnnd sagt zw herr Matheß: er solt den knechten sagen, dy schintel von den dechereu zwstossen, damidt wir des fewrs verhut weren.

Das also dy selben nacht nicht geschehen kundt, sunder zw morgens 180 frue wurden die schintel all ab gestossen, deß ich numals verhofft kain not zw haben, da rusten sich dy wemelten kreutzer midt dem geschutz nehen zw schantzen, das ich ersach vnnd rust ain schlangen, vermaint sy nicht also gering fur mich zw lassen.

Als sy solchs auch gewar wurden, vnnd ich sy ains mals weschossen 185 heth, vnter dem schickten sy dy kreutzer ainen purger auß der schtat Lippa mit namen Jänisch diack fur das schloß, der dann hinein rufft, sicherung vnnd frids wegert, dann er von den hauptleutten geschickt wer aincherley zw werben, ward ime das durch herr Matheß außerbhalb meines wissens vnnd willens zwgesagt vnnd Benedicten vnterpurgk- 190 grauen beuelch gethan, wemelts Janisch diacken werbung zu hören.

Nach dem kam herr Matheß zw mir, dweyl ich wider an wemelter schlangen lud vnnd wider schissen wolt, zaigt mir an solche handlung, des ich nit wenig erschrack, vnnd sagt vns wirt geschehen, als den zwm 195 Kopfstain dy wurden durch ain frid wetrogen, deß halb will ich kain frid halten, sunder schissen.

Her wider antwort herr Matheß: ich solt nit schissen, er het ein frid gemacht vnnd zugesagt, wolt auch, das der gehalten wurd; dweyl ich mich also midt herr Matheß kriegt, kam gedachter Wenedick vnterpurgkgraff, der dann des wemelten Jenisch diacken werbung gehort het 200 vnd sagt: Jänisch diack wer geschickt von der kreutzer hawpman, der wegeren were ine daß schloß gutlich einzugeben; von wegen kunigklicher mayestet, angesehen das cristlich plut, das also schentlich vergossen, woe das nit geschee, vil mer noch vergossen must werden vnnd doch das schloß vngebunden nicht blib. Awch darnach alle die darinnen einß 205 pösen tods sterben. Solten auch ansehen weyb vnnd kind, dy also gebunden vnnd gefangen vor dem geschutz herawff gefurt wurden, da must ain yder seyn fleysch vnnd blut selbs schiessenn, deßhalb woe das schlos gutlich geben wurd, solt ain yder leybs vnnd guts sicher sein.

Als mir Prantner herr Mathes solchs als getulmetscht het, sagt ich: 210 Zeckl Jorg muß vor das gantz Vngerlandt gewinnen, ee er Scholmuß erobern sol. Awff das versihe ich mich, hab herr Mathes dy antwort sagen lassen.

Nach disem als wir ob tisch sassen, hebt herr Matheß an vnnd sagt: 215 Jorg solchs thun werd, versehe er sich ainen anstandt bey ime ain zeyt-

langk zuerlangen. In solcher zeit zw meinem genedigen herren zweitten seinen gnaden alle sachn an zw brengen.

So well er mir zusagen bey glauben vnnnd trawen von seinen fürstlichen gnaden zweitten vnnnd wider in das schloß zw mir kumen.

220 Awff solchs antwort ich Prantner mit meinem willen werdt ir nit schreyben vnnnd auß dem schloß kumen, dan ich der sprach nit kan vnnnd auch kainen tulmetschen bey mir habe, ir kundt awch ab nemen das ewch daß nit erlich zwthun were, darawff antwort wemelter herr Matheß: eß hetten dy rômer vor zeitten mer midt vernunfft vnnnd schicklickayt
225 gewunnenn vnnnd vberkumen, dann midt krieg; dess ich ime kurtzlich antwort: er solt solcher wort geschweygen, es gehôret kainem frummen zw in solchen nôten awß ainem schloß zwziehen ader zwshreyben.

Darauff er antwort: er versehe sich erlich zwhandeln. Es wern awch also frum lewt in Vngern als in tewtschen landen, midt solchen wortten
230 westund es wis nach tisch, da nam Tzutschj weydan wemelten herrn Matheß awff ain ort, weß sy mit einander redten, ist mir vnbestust, sunder herr Matheß kam also trawrigs muts gegangen, darauff ich ine fregt: was dy sach were. Sagt er: Tzutschj weydan het ime gesagt, dy knecht hetten miteinander weschlossen sich weiter nicht zw weren.

235 Des ich Prantner nicht wenig erschrack, vnnnd sprach deß well Got nicht, das wir das schloß an alle not awffgeben, desshalb lieber herr Matheß wollet wedencken was pôser nachred vnnß darawß entschten wurd, were das mein radt, dy knecht zwweruffen vnnnd sy ermanen irer pflicht, dy sy meinem gnedigen herren zuffordrist vnnnd ewch gethan
240 haben zw halten als frum knecht, deß mir gedachter herr Matheß volgt solchs zuthan.

In dem kam obgemelter Jânisch diack nach vertrostung des frides abermals von den hawbtleutten geschickt vnnnd sagt dy hawbtlewt hetten vernûmen dy antwort. Nu wern sy nochmals deß willens das schloß
245 gutlich anzunemen woe solchs nit geben wurd, so must es gewunen werden.

Darawff ich, Prantner antwort: ain verreterischer pôßwicht gibt das schloß awff, ich will hinen sterben, als ein frumer, deßhalb wellet dy knecht ermanen auff ihr pflicht.

Als nu herr Matheß dy knecht ermant het, wirt er sere schreyen vnd
250 kriegen awff vngrisch, fregt ich ine, was dy sach were. Antwort er: soll ich nit sagen, Tzutschj weyda sagt, er wôll sich nit weren, vnnnd wer sich wer da welle, so habe er, herr Matheß zw ime gesagt, dweyl er sich nit wern woll, so muß er vnser verreter sein; darawff ich Prantner sagt, er solt doch dy knecht nochmals ermanen auff ir pflicht, damidt sy nicht
255 ansehen, das zusagen das ine von den veindten zugesagt, sonder wedencken den grossen schaden den sy dy kreutzer von vns erliten hetten, solchen werden sy nit vngerochen lassen. So haben wir ain vestes schloß, darinn alle notturfft, wollen das vor ine midt Gots hilf wol wehalten. Ich welle auch lebendig vnnnd todt bey ine bleyben, daß alles hat herr
260 Matheß den knechten zwm anderen mal gesagt vnnnd sy ermant.

Ist ainer vnter in gewest mit namen Kischiânisch, hat gesagt, wir wollen das schloß wehalten, herwider haben ime dy anderen geantwort, das werde er noch ain mal reden. Als mir herr Matheß getulmetscht hat, sein sy des willens gewest in gegenwart vnser den wemelten Kischiânisch
265 vmb solche red zuerschlahen.

Sy haben auch dabey gesagt, sy wissen woll, dass sy meinen gnedigen herren gelubt vnnnd geschworen sind, sy künen vnnnd wissen ader das schloß nicht zubehalden, deßhalb werde ich Prantner darüder anheben, so werd ich wol sehen, wie eß mir hinauß gen werd.

270 Als mir herr Matheß solches abermals sagt, ward ich nit wenig wekumert vnnnd yedoch sagt ich zw ime: es ist pesser, ich sterb hinen in eren, dann danssen in schanden. Darauff so will ich hinen pleyben vnnnd lebendig nit hinauß.

275 Auff das antwort mir herr Matheß vnnnd sagt ob ich dann das schloß in aller tewfel namen allain well halten. Ich soll doch hören, was dy knecht sagen, welle ich hinen sterben, so welle er herr Matheß aber nicht. Er wolt awch nicht alle dy guter nemen, dy mein gnediger herr hab, sein leben bey den knechten zw wagen, dweyl nu dy kreutzer das schloß wegeren dem kunig ein zunemen, so wölle er das ergeben, dan der kunig
280 hab es meinem gnedigen herren geben, habs auch zunemen vnnnd seinen gnaden wider zwgeben. Deßhalb wolle er nicht darunder sterben vnnnd von den knechten erschlagen werden.

Nu hab ich, Prantner, ye nit mer kundt, dan gesagt das muß Got erparmen, soll ich dabey sein meinem gnedigen herren ein schloß zuuerlieren, vnnnd bin nyt darbey gewest seinen gnaden ainß zwgebinnen.

285 Auff das hat herr Matheß dem Jänisch diäcken von wegen der hawbtlewtt dy antwort geben. Sy sollen alls morgen frue her auff selb dritt fur das schloß kumen. So wölle er zw ine auch selb drit mit ainander sich der sach zuerainen.

290 Als es nu morgens was, kamen dy gedachten hawbtlewtt selb drit, da ließ herr Matheß an mein wissen dy thor öffen. Nam mit ime Tzutschj weydan vnnnd Benedicten vnterpurgkgrauen gengen miteinander hinauß zw den hawbtleutten. Weß sy da redten, hab ich nit wissen, ydoch kam herr Matheß zw mir vnnnd sagt nach dem ich wolgehorth hethe, das dy
295 knecht vmbgefallen weren sich nit lenger zw weren, kunth ain yder wol gedenccken, das es ainem noch zwayen nicht muglich were das schloß zwhalten, demnach so habe er das schloß eingeben awff das wir leybs vnnnd guts sicher sein; sölechs hetten sy ine vertrust, awff das sagt ich Prantner: er solt than das er west zuuerantworten, dann er midt meinen
300 willen das schloß nit aufgeben solt, darauff antwort ere: ich solt ine lassen sorgen, er het es auch wol zuuerantworten, dweyl sich dy knecht nit hetten wellen weren. Er hethe auch so vil von den knechten verstanden, das sy vns nider gehawen hetten vnnnd das schloß auff geben wurden haben.

305 Darauff ich antwort: ich wolt das ich schon todt were vnnnd nicht also schentlich solt zusehen das schloß auffzugeben.

Nach dem furt herr Matheß dy hawbtleutt in das schloß, da gelubten ine alle dy im schloß waren, da stund ich als ainer der dy sprach vnnnd midt nymandt redn kundt, sunder zw must sehen, das schloß vberzügt,
310 deß ich laider nicht wenden kundt.

Allß sy nu dass schloß innen hetten, da wurden wir in dy stat verglaitt mit etlichen der hawpleutt knechten alda lagen wir vier tag, sagt ich zw herr Matheß: wir wollen da nicht bleyben, sunder gem Huniat ziehen.

Als wir dahin kamen, wolt vns der ambtman daselbst in das schloß
315 nit lassen, zugen also in das kloster: auß vngeschickten, kam Nicklosch
Wodo auch dahin; da schickt her Matheß haimlich zw dem ambtman
vnd ließ den gedachten Nicklosch Wodo gefenglich annemen, das auch
wemelter ambtman thet vnnnd in fyng vnnnd einschluss.

Nach dem samlet sich graff Hans wider dy kreutzer sich mit in zu-
320 schlagen, sagt ich zw herr Matheß, woe der almechtig Got gluck gebe,
das dy kreutzer geschlagen wurden, wolt mir dan der ambtman seiner
knecht vnnnd ander zwgeben, bin ich der hoffnung, das schloß wider ein
zunemen.

Awff das handlt herr Matheß mit dem ambtman, der gleichen ich auch
325 thet vnnnd den Leczko zw mir nam, der mir tulmetscht gegen dem ambt-
man, mir zu zugeben, damidt ich das schloß wider einnemen möcht.
Solchs ward mir von gedachtem ambtman versagt, sunder gab mir die
antwort, er wolt selbs vleyß haben das schloß zueroberen.

Nach dem sagt her Matheß zw mir, wie ime des ambtman weyb ent-
330 botten hethe, er herr Matheß solt sich versehen damydt in des Nicklosch
Wodo knecht nicht haymlich erschlugen. Auff das wolt er in Sibenbur-
gen reitten vnnnd alhie nicht bleyben. Dann woe ere erwurgt wurd, möchte
Nicklosch Wodo sein mißhandlung dester paß verantworten. Deßhalb
solt ich auch mit ime reitten. Wie wol ich Prantner nicht geren, ydoch
335 zerung halb must ich mit reitten.

Als wir nu in Sibenburgen kamen in ain flecken, dy Hermstat genant,
alda verharthen wir etlich zeit vnnnd in solcher zeit kam vns zw wissen,
wie mein gnediger herr gen Offen wurd kumen, waren wir willens die
selbig sein furstlichen gnaden zw suchen vnnnd wolten mit dem wirt
340 abrechnen, alda wurden wir vnainßig, vrsach, das er herr Matheß mei-
nen petschafft ring begert, mich darfur vom dem wirt zuentledigen, den
ich ime nicht zustellen wollt, darob herr Matheß sere vngeduldig wurd
vnnnd sagt, woe mir der ring lieber wer, dan er solt ich ine wehalten vnnnd
weß mir zugebureth, den wirdt selbst wezalen.

345 Also schid herr Matheß in vnwillen von mir, nu was zw meinen gluck
ain burger von Offen midt namen Paul Polläck in der Hermstat, dwrch
deß selbigen hillff vnnnd lehen ich auß der herberg vnnnd mit ime gen Ofen
kam, der hoffnung meinen gnedigen herren alda zw finden, der aber
hinbeg, ydoch etlich seiner gnaden rethe noch alda waren.

350 Zaigt ich mich dennen an, sagt ine auch alle sachen, wie dann hierinn
vermelt ist. Schid also von ine wider zw gedachten Paul Polläcken.

Alda ward ich von etlichen wericht, wie sein furstlich gnad groß vn-
gnad vnnnd zornn auff mich geworffen solten haben.

Deß halb ich mich vast wesorgt vnnnd sein fürstlich gnaden in schrifftn
355 vntertenigklich bat mich zuerglaitten mit solchem wolt sein fürstlich
gnaden mich nit wegnaden laut aineß misstueß.

Also awß notzwang der armut hab ich mich herauff lands mussen
than etc.

Puncta, quibus Matthias Künisch presbyter et Nicolaus Bodó interrogantur, quid fecerint tempore insurrectionis.

In charta scriptus esse videtur conceptus ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1052/2.

Ann. Puncta interrogatoria post litteras Matthiae Künisch capellani die 25 Augusti anno 1514 ad Georgium marchionem Brandenburgensem editas (v. no 179) conscripta esse videtur nobis.

Interrogatoria pfaff Mathiassen.

Item ob er nit valsch brieff gemacht vnd <wider> m(einen) g(nädigen) <herrn> seiner nit gebraucht hab zu sachen die ime nit beuolhen gewesen.

Item worumb er das slos vberantwort hab.

5 Item ob er das gelt, so er vom Gall Ispan vnd Bodo Niclosen nit in seinen nutz gewendt hab.

Item wie er sunst in m(eines) g(nädigen) h(erren) sachen gehandelt.

Item worumb er denn Thywchy weyda gewarnt hab, das er sich vor m(einem) g(nädigen) h(erren) hutten soll.

10 Item des gewalts briefs halb, so er gehabt, zufragen.

Interrogatoria Bodo Niclosen.

Was Zeckel Jorgen diener Saffy Istwan bej ime gehandelt vnd ob er nit ain verstand mit Zeckel Jorgen gehabt. Vnd ob er laugnen wolt er het kein beredung mit Saffy Istwan gehabt, soll ime furgehalten werden.

15 Wie er mit dem tewtschen kramer geredt hat, so sein bruder Saffy Istwan kem das der Foryß ime das slos Lyppa auffgeb.

Item ob er mit dem weyda kain verstand gehabt der slos halb wider m(einen) g(nädigen) h(erren).

Item wie ers sunst im ambt gehalten, ob er nit m(einem) g(nädigen)

20 h(erren) zu schaden vnd ime zu nutz gehandelt hab.

Item so der konig abging oder das m(ein) g(nädiger) h(err) ain zeyt lang ausserm land were, ob er mit nymant kain verstand gehabt, die slos zu uberantworten.

25 *In dorso:* Diese artikel hat mein gnedigster her pfaff Matheß vnd Bodo Niclosen furzuhaben beuolhen.

181: 2 post vnd del. mit || 3 post nit del. zu || 5 post er¹ del. sein aygen nuntz || 7 post item del. aliquid || 13 verstand]vestand corr. || 21 post abging del. aber ain || 22 post were del. d

Vladislaus II rex Hungariae Bernardo Izsákfalvi professori ordinis cruciferorum sancti Iohannis Baptistae praeceptoratum eiusdem ordinis Iaurinensem, quem a Matthia Künisch presbytero habitum et ob traditionem castris Solymos vocati cruciferis amissum esse dicitur, donat.

In libro ex charta 22 × 30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari inscripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 169.

Ann. Litteras has post diem 25 Augusti anno 1514, qua Matthias Künisch litteras excusatorias ad Georgium marchionem Brandenburgensem scripserat (v. no 179), editas esse videtur nobis.

Nos etc. memorie commendamus etc. quod nos attentis et consideratis meritis et serviciis fidelis nostri nobilis Bernaldi de Isaakffalwa professoris ordinis cruciferorum sancti Iohannis Baptiste, que idem pro debito ordinis et professionis sue sacre corone huius regni nostri primum et
⁵ deinde maiestati nostre in castris finitimis et potissimum in castro nostro Iayza plures iam annos perseverando non sine periculo persone sue exhibuit et impendit, preceptoriatum ecclesie beati Iohannis Baptiste Iaurini fundate, quem hucusque quidam Mathias presbiter sine ullo ordinis sui habitu tenuisse, verum ob infidelitatem suam, quam ex eo
¹⁰ incurrit, quod hys preteritis insurreccionis rusticorum temporibus castrum Solymos vocatum, in quo per illustrem principem dominum Georgium marchionem Brandenburgensem constitutus fuerat, contra fidem et fidelitatem suam eidem domino suo debitam ad manus ipsorum popularium et malefactorum una cum castellano in eodem castro similiter pro-
¹⁵ tunc constituto ultro et pari infidelitatis voto prodidisse et tradidisse et ob id iure meritoque amisisse dicitur, auctoritate iuris patronatus nostri, quod generaliter in omnibus regni nostri ecclesiis habemus, simul cum cunctis ipsius preceptoriatu iuribus possessionariis et bonis temporalibus rebus — sicut prefertur — stantibus et se habentibus duximus dandum
²⁰ et conferendum, immo damus et conferimus harum nostrarum etc.

1514 Augusti 27 — Buda

183

Vladislaus II rex Hungariae oppido Carponensi mandat, ut summam pecuniae in superioribus litteris ipsius iam expressatam pro evitandis regni periculis homini regio contribuat.

In charta 29 × 21,5 cm (v. in tabula exemplarium no 42).

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47085 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspetti fideles nobis dilecti!

182: 8 post presbiter verba tenuisse — incurrit sequuntur et posterius nota post verba sine — habitu insequenda significantur. || 16 post auctoritate del. nostra

621 Miseramus hys diebus ad vos hunc hominem nostrum cum litteris nostris, in quibus mandaveramus vobis, ut pro evitandis in aliqua saltem
5 parte presentibus necessitatibus nostris et periculis atque incendio in hoc regno nostro suborto extinguendis et evitandis nobis de vestri medio certam pecuniarum summam in eisdem prioribus litteris nostris specificatam de vestri medio subito ordinare et contribuere deberetis. Tamen vos nescitur qua temeritate ducti non habita ratione huius modi mandati
10 nostri neque consideratis periculis et necessitatibus huius regni, immo ipsa eciam salute et permansione vestra, que in bono et tranquili statu eiusdem regni consistit, penitus non curata summam ipsam pecuniarum nobis contribuere minime voluistis, sed se se in hac parte mandatis nostris temere opposuistis et ab aliis civitatibus liberis et o[p]pidis nostris, que nobis optata subsidia ad repellendas ipsas necessitates prestitere, in hac parte defecistis.

Quare nolentes, sicuti neque possumus ullo pacto eciam vestro subsidio ulterius careri, misimus rursus ad vos hunc dictum hominem nostrum mandantes et committentes vobis sub nota perpetue infidelitatis et amissione omnium bonorum vestrorum harum serie strictissime, ut
20 statim visis presentibus prescriptam summam pecuniarum in eisdem litteris nostris prioribus ad vos impositam semota iam tandem omni difficultate et excusacione nobis de vestri medio citissime ordinare et contribuere illamque integre ad manus eiusdem hominis nostri dare et consignare in omnem eventum debeatis nec pro hac re ad nos quospiam
25 ex vobis sub pena premissa mittere audeatis, nam alioquin certi estote, quod taliter vos puniemus, ut et aliis mandata nostra obaudire volentes poteritis cedere in exemplum, prout super hys omnibus per hunc eundem hominem nostrum vobis plura nunciavimus, cuius dictis et relatis
30 fidem adhibeatis indubitata!

Datum Bude die Dominico proximo post festum beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis ceterisque civibus
35 et toti communitati oppidi nostri de Korpona fidelibus nobis dilectis; Endres Schuster six dedit, Bartos Wagner dedit, Miclos Nemeze dedit, Bento Scheurer dedit, Dy Ilewen dedit, Maszlo dedit, Melchiar Clor dedit, Thadeus Stimmel dedit, Szeleslen dedit, Pergmaystern dedit, Henszl Pleszl dedit, Benedig Vnger dedit.

1514 Septembris 1 — Buda

184

Antonius Surianus orator Venetiae Buda refert inter alia se cum cardinali Strigoniensi tractasse de indulgentiis in Dalmatia publicandis.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Consiglio dei Dieci, capi, dispaacci ambasciatori, busta 30.

183: 36 post Schuster stat una vox trium litterarum, quas interpretari non potuimus (v. imaginem earum in tabula exemplarium no 42)

Vladislaus II rex Hungariae omnibus mandat, ne iobagiones Georgii marchionis Brandenburgensis bona sua investigantes impediuntur, sed in inquirendis et restituendis rebus suis succurratur illis.

In charta 29 × 21 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37953 (ante: Archivum familiae Hunyadi). Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 225. — *Domeniul Hunedoara*, no 41.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis dominis prelatibus, baronibus, comitibus, castellanis, nobilibus ipsorumque officialibus, item civitatibus, oppidis et villis earundemque rectoribus iudicibus et villicis ac alterius cuiusvis status
5 et condicionis hominibus et quibusvis subditis nostris ubivis in hoc regno nostro constitutis et existentibus presentes visuris salutem et gratiam!

Intelligimus varia et gravissima dampna atque spolia et depredaciones in bonis et possessionibus illustris principis domini Georgii marchionis Brandemburgensis per hec tempora facta et commissas per hocque huius
10 modi sua bona admodum desolata esse, res vero ipsas depredatas hinc inde passim in medio vestri dispersas et dilapidatas haberi, nos vero nolentes ipsos pauperes colonos funditus destrui eisdem huius modi bona eorum depredata ubique restitui per vos omnino volumus.

Itaque committimus fidelitati vestre harum serie firmiter, ut dum
15 prefati coloni, iobagiones et cives dicti domini marchionis quoruncunque locorum existant, simul vel seorsum ad vos aut bona vestra seu in medium vestri cum presentibus ad perquirendas et investigandas res ipsorum profecti fuerint, eisdem libere ubique et pacifice et absque ullo impedimento huius modi res suas querere permittere perquisitasque et
20 repertas sub testimonio et comprobacione sufficienti eisdem eciam reddere et restituere restituique per quoscunque facere modis omnibus debeatis et teneamini auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa mediante secus non facturi presentibus perlectis exhi[benti] restitutis!

25 Datum Bude sabbato proximo post [fe]stum beati Egidii abbatis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Iohannes Cuspinianus orator Maximiliani I imperatoris ad Vladislaum II Hungariae regem legatus Laurentio Saurer de personis ac rebus Hungariae nuper insurrectione rusticorum afflictas scribit.

In charta 2 foliorum 22,5 × 30,5 cm.

Copia eiusdem saeculi simplex.

Sign. Archivum Publicum Vindobonense: Maximiliana, f. 25b fol. 25.

Ed. *Johann Cuspinians Briefwechsel*, no 30.

... Weyter hertzog Larentz, der die grost barschaft hat nach dem Rascabalasch, hatt yetzunt graff Hannsen all sein guett vermacht nach

seinem todt, vnnd ist die sag er soll herkhemen mit ainer grossen, mechtigen suma volkhs vnnd lest sich vberall merkhenn, er hab das landt erledigt von den pawrn darumb er pillich vor andern als ain gubernator geertt soll werden, mit vill seltsamen practica die ich all will woll vernemenn, lest mir Gott mein gesunt, *praeterea — continuat Cuspinianus — adhuc Bohemi sub ducibus duobus, quorum nomina litteris secretioribus significantur, ibi commorantur et* ir sein bey V^m.

Es ist auch khomen aws der Schlesy ain hewffl bey VI^c, vnnd den sechsten tag Septembris ist khomen hertzog Fridrich aws der Lignitz der hatt sein kriegsuolkh aws beuelch des kunigs widerumb zerueckh geschikht, vnnd man sagt man well in mit hertzog Bertlmees verainen, sy haben einnander an iren eeren gescholltn ettlich sagn, hertzog Bertlmees well ime ain kampf anpietten, vnnd ist vill seltsamer irrung hie, vnnd vast alle tag ain sonnderlich rumor.

Die Behem ziechen auf die fuetrung vnnd nemenn den pawrn, was sy haben, vnnd was in vor ist vberbeliben von krewtzernn, vnd wen sy vnndterwegen vinden, der mueß auch leiden.

Sy fueren drey gantz meyll vor mir mit acht wagen in das geleger mit fuetrung; mir war die weyll nit vast kurtz mit mein zwain wagen . . .

Geben zw Ofen den VII tag Septembris anno XIII . . .

1514 Septembris 9 — Buda

187

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Nicolaus Barillovics in dominium possessionum illorum, qui rusticis insurrectis adhaesisse dicuntur, introducatur.

In charta 30×26 cm lacerata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 31.

Ann. Regi conventus refert no 252.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam!

Cum nos considerantes fidelitatem et grata servicia fidelis nostri egregii Nicolai Baryllowyth de Gorycza, que ipse sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibuit et impendit, universa bona possessiones porcionesque et quelibet iura possessionaria nobilium Nicolai de Chrychfalwa, Petri et Iohannss de eadem, Franc[isci] et Andree Benche de eadem Chrychfalwa, Petri, Simonis et Francis[ci] Kysko de Keweslygeth, Simonis Roman de eadem, item [V]asko Haloka de Chomanfalwa, Nicolai et Lazari Feyer de Wglya, Thome Wlaz, Iacobi Chwgolya, Nicolai Bakoch, Thome Koztha, I[oh]annis Kopcha et Bogdani Isthwanfy de eadem Wglya in Maromorosiensi et de Wgocha ac alias ubivis et in quibuscunq[ue] comitatibus istius regni nostri Hungarie

187: 8 recte: Iohannis

15 existencia et habita, que ex eo, quod iidem nobiles relicta fidelitate et
fide nobis et sacro nostro regio diademati observari debita hys proxime
preteritis disturbiorum temporibus rusticis et malefactoribus, qui in
hoc regno [no]stro sub nomine cruciate insurrexerant et tumultuabantur
20 atque ad extinguendum omnem nobilitatem contendebant, adhesisse
cum eis[d]emque una plurimas crudelitates et inenarrabiles oppressiones
nobilium interfecciones, domorum eorundem eversions bonorum eciam
i[ps]orum depredaciones commisisse atque nonnulla alia damna et no-
cumenta intulisse per hocque notam infidelitatis incurrisse dicun[tur],
25 ad nos consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam
et approbatam legem consuetudinemque dicti regni Hungarie rite et
legittime devolute esse perhibentur et redacta, simul cum suis cunctis
utilitatibus et pertinenciis quibuslibet sub ipsarum ver[is] metis et anti-
quis existentibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habenti-
bus memorato Nicolao Barylloyth de Gorycha suisque heredibus et
30 posteritatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donaciona-
lium superinde confectarum in perpetuum cont[ul]erimus velimusque
eosdem in dominium eorundem per nostrum et vestrum homines legit-
time facere introduci.

Super quo fidel[it]ati vestre harum serie firmiter mandamus, quatenus
35 vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente
Laurencius aut Iohannes vel Simon Egry sin Iohannes Saaswary se[u]
Emericus Nagh de Chama sive Anthonius Zook de Saaswar neve Fran-
ciscus literatus an Benedictus similiter literatus de Hwzth vel Bartho-
lomeus consimiliter literatus de Zygeth aliis absentibus homo noster ad
40 facies prescriptorum universorum bonorum possessionum porcionumque
et iurium possessionariorum, quorumlibet prefatorum nobilium vicinis
et commetaneis eorundem universis inibi legittime convocatis et presen-
tibus accedens introducat pref[at]um Nicolaum Barylloyth in domi-
nium eorundem statuaturque eadem eidem suisque heredibus prenotatis
45 premissis donacio[n]is nostre titulo ipsis incumbencia perpetuo possi-
denda, si non fuerit contradictum, contradictores, si qui fuerint, evocet
eosdem [cont]ra annotatum Nicolaum Barylloyth ad terminum com-
petentem nostram personalem in presenciam racionem contradiccionis
eorundem reddituros et post hec huius modi introduccionis et statucionis
50 seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, v[ic]inorum-
que et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus
terminoque assignato, ut fuerit expediens, dicte nostre personali pre-
sencie fideliter rescribatis secus non facturil!

Datum Bude sabbato proximo post festum nativitatis beatissime Marie
55 virginis anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo regnorum
nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo [quint]o, Bohemie vero quadra-
gesimo quarto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro egregio Nicolao
Barylloyth de Gorycza introductoria et statutoria; lecta.

Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Perényi bona possessionesque quorundam nobilium comitatus de Ugocha, qui sponte rusticis insurrectis adhaesisse dicuntur, donat.

In charta 33,5 × 24 cm duplicata.

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae ceræ impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71135 (ante: Archivum familiae Perényi).
Reg. *Történelmi Tár* 1897, p. 487.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et serviciis fidelis nostri magnifici Gabrielis de Peren cubiculariorum nostrorum regalium magistri
⁵ necnon Maromarusiensis et de Wgocha comitatum comitis per eum sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis totalem possessionem Bathar vocatam in dicto de Wgocha ac porciones possessionarias in possessionibus Wada, Kap-
¹⁰ lyan, Bobald, Wezend, Mezewpethry, Wethys et Gylwez nuncupatis in Zathmariensi necnon predia Bodway, Kozaar et Gelyenes vocata in eodem Zathmariensi comitatibus existentibus habita, que alias nobilium Gregorii, Alberti et condam Nicolai de predicta Wethys, preterea similiter possessionem Gyakffalwa appellatam in prenominato comitatu
¹⁵ de Wgocha existentem, que nobilium Stephani presbiteri ac Ladislai, Blasii, Iohannis et Michaelis de eadem Gyakffalwa prefuissent, sed ex eo, quod iidem hys diebus proximis tempore videlicet insurrectionis popularium derelicta fide et fidelitate nobis et sacre corone huius regni nostri Hungarie debita eisdem rusticis et popularibus universam conditionem
²⁰ nobilitatis in hoc regno nostro delere atque extinguere satagentibus ultro adhesisse atque cum eisdem una sub nomine cruciate inter alia plurima nephandissimaque scelera, homicidia videlicet et depredaciones necnon invasiones et direpciones sacrorum locorum, distractiones conflagrationesque domorum et mansionum ipsorum nobilium castrum
²⁵ quoque prefati Gabrielis Pereny Nyalab dictum in prefato comitatu de Wgocha existens acri obsidione per certum temporis spacium cingentes universas eiusdem castrum pertinencias simul cum certis aliis bonis et possessionibus ipsius Gabrielis Pereny instar apertissimorum hostium huius regni nostri penitus desolavisse omnibusque rebus spoliasse atque
³⁰ depredati fuisse et ob id notam infidelitatis incurrisse dicuntur, ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam collacionemque nostram regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri consuetudinem rite et legitime devolute esse perhibentur et redacta, simul cum omni iure nostro regio, si quod in prenominatis possessionibus, prediis porcionibusque possessionariis in prefatis comitatibus existentibus etiam alias
³⁵ qualitercunque haberemus aut eedem et eadem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem ac pariterque cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis,
⁴⁰ silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis,

aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis premissis — sicut prefertur — stantibus
45 et se habentibus memorato Gabrieli de Peren suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi
50 faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria tertia proxima post festum nativitatis virginis gloriose anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrarum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

55 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.
In dorso: Registrata folio 7 anno etc. 1514.

1514 Septembris 17 — Buda

189

Vladislaus II rex Hungariae revocatis carnificum Budensium meritis, quae illi tempore insurrectionis meruerant, litteras civitatis Budensis transcribit.

In libello ex membrana 22×32,5 cm confecto.

Sigillum aut vestigium eius in membrana invenire non potuimus.

Sign. Archivum Civitatis Budapestini: DL 10 (ante: Archivum cehae carnificum Budensium no 3).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ac consulatui huius civitatis nostre Budensis presentibus et futuris salutem et gratiam!

Expositum est maiestati nostre pro parte et in personis fidelium nostrorum circumsectorum magistrorum carnificum Theutunicorum ac
5 tocius chehe et confraternitatis eorum in hac civitate nostra Budensi residencium, qualiter ipsi a pluribus retroactis annis usque modo pisces magnos diversorum generum aliunde per decursum Danubii et aliis
eciam ex locis huc ad eandem civitatem nostram Budensem afferre et
10 illos in foro publico mactare ac communi vendicioni frustratim eciam et particulatim pacifice et quiete exponere soliti essent, interea vero medio tempore illos in portu Danubii in eorum propriis reservaculis iuxta naves venditorum piscium similiter Budensium et confraternitatis eorum
pacifice eciam hucusque conservare soliti essent, verum tamen quum iidem
15 piscium venditores prefatos exponentes in usu et questu eorum huius modi contra iura et vetustas consuetudines ipsorum superioribus temporibus turbare et inquietare cepissent, iidem exponentes in presenciam vestri accedentes exposita vobis premissa indebita turbacione eorum
instetisse apud vos dicuntur de adhibendo huic rei remedio opportuno,
20 vos vero intellecto utrinque isto negocio iuribusque utriusque partis superinde bene diligenterque ruminatis et discussis considerantes eciam huius modi vendicionem magnorum piscium per ipsos magistrum carnifices exercendam et antea quoque — ut prefertur — semper continuatam prefatis piscium venditoribus non esse nocivam, preterea eciam in animo

25 vos necessario revolventes, ne successivis temporibus circa mactacionem
talium magnorum piscium hic Bude pro curia maiestatis nostre ac do-
minorum regnique huius nobilium, qui plerumque frequentes apud nos
existunt ac tota re publica huius ipsius civitatis nostre non mediocri
30 caristia et penuria earum rerum, si ipsi magistri carnifices in hoc im-
pedirentur, fieri posset aliisque pluribus bonis respectibus et ex causis
et maxime iuribus ipsorum magistrorum carnificum ita exigentibus ta-
lem iudiciariam deliberacionem inter ipsas partes perpetua duraturam
superinde fecissetis, cuius quidem vestre iudiciarie deliberacionis tenor
maiestati nostre in specie presentatus hanc in se habet continenciam:
Sequuntur litterae civitatis Budensis die 29 Novembris anno 1509 datae.

35 Igitur supplicatum maiestati nostre extitit humiliter pro parte eorun-
dem magistrorum carnificum Theutunicorum, ut huius modi latam per
vos partes inter prefatas sentenciam et iudiciariam vestram deliberacio-
nem ratam, gratam et acceptam habere ipsosque exponentes in eadem
vestra iudiciaria deliberacione conservare dignaremur.

40 Nos igitur qui subditorum nostrorum iura et commoda, iusta ac legit-
tima maxime respectu utilitatis publice promovere et manu tenere ex
debito regiminis nostri tenemur, in animo denique nostro regio hinc inde
revolventes illa fidelissima servicia, que ipsi magistri carnifices pro ip-
sorum possibilitatis exigencia in proxime preterita estate tempore tu-
45 multuacionis et disturbii rusticorum et hominum popularium sacre
imprimis huius regni nostri corone ac deinde nostre maiestati pro de-
fensione et custodia huius ipsius civitatis nostre Budensis non parcentes
rebus et personis ipsorum exhibuerunt, accepta huius modi supplicacione
pro parte eorundem exponencium nobis porrecta prescriptam vestram
50 iudiciariam deliberacionem et latam per vos — ut prefertur — inter
predictas partes sentenciam eatenus, quatenus rite et legitime lata
extitit in omnibus suis cunctis, clausulis et articulis ratam, gratam et
acceptam habentes eandem perpetuo valituram roborandam et con-
firmandam duximus, immo roboramus et confirmamus presencium per
55 vigorem dantes et concedentes eisdem magistris carnificibus et posterita-
tibus eorum omne illud ius, si quod in locacione fixiorum eorundem
magistrorum carnificum utcunque haberemus aut nostram ex quibus-
cunque causis, viis, modis et rationibus concerneret maiestatem per eos
perpetuo tenendum, possidendum pariter et habendum.

60 Quocirca fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes committi-
mus et mandamus, quatenus prefatos magistris et eorum successores
presentes et futuros universos in huius modi ipsorum iuribus et privile-
giis vigore prescripte vestre iudiciarie deliberacionis conservare et manu
tenere ipsosque in eisdem contra quoslibet illicitos impetitores tueri
65 semper et protegere modis omnibus debeatis et teneamini auctoritate
nostra regia vobis in hac parte attributa ac iure et iusticia mediante
salvo iure alieno secus non facturi presentes autem, quas secreto sigillo
nostro — quo ut rex Hungarie utimur — impendenti communiri fecimus,
post earum lecturam reddi volumus presentanti.

70 Datum Bude die Dominico proximo post festum exaltacionis sancte
cruis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum
nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadra-
gesimo quarto.

Dextra subter: Relacio venerabilis Francisci prepositi Transsilvanensis secretarii regie maiestatis.

In facie: Rescriptio litterarum regalium magistrorum Alemannorum carnificum Budensium quantum ad fixoria ipsorum pro parte magnorum piscium conservacionis etc. anno 1514 currente.

1514 Septembris 17 — Buda

190

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad ignotum cardinalem scribit, quo in statu regnum Hungaria post sedatam insurrectionem sit et urget eum, ut regno contra Turcas succurratur.

Copia eiusdem temporis simplex in charta scripta esse videtur ex copia photographica. Sign. Archivum Generale de Septimania: Estado Alemania Leg. 635 fol. 6. Reg. *Óvári, Oklevélmásolatok* I, no 1067.

Reverendissime in Christo pater et domine domine colendissime!

Humillima commendatione declaravi d(ominationi) v(estre) reverendis-
sime proximis meis litteris, quod post sopitum sedatumque tumultum et
seditionem nostrorum rusticorum et iam ad pristinam tranquillitatem
5 eorum reversionem huic afflicto regno nostro periculum immineret sup-
plicavique eidem, ut nos pro sua auctoritate, que maxima est et magni-
tudine ingenii cum apud sanctissimum d(ominum) n(ostrum) tum sacrum
collegium foveret rerumque nostrarum extreme ruine proximarum curam
gereret, itidem a d(ominatione) v(estra) reverendissima et nunc exposco,
10 quia accepimus, ubi Thurcus ab expeditione contra nepotem Asia libe-
rabitur, in nos sine dubio omnem belli apparatus convertet nosque si
aliunde nobis suppetiae non ferentur, facile sub iugum mittet, quia
numis, qui sunt nervi belli et aliis necessariis, quae ad hanc provintiam
requiruntur, caremus.

15 Proinde d(ominatio) v(estra) reverendissima id sepius sanctissimo d(o-
mino) n(ostro) declarare non pigeat exortando suam sanctitatem ne nobis
pro sua innata clementia deesse velit et nisi fecerit, ex me d(ominatio)
v(estra) reverendissima pro comperto habeat, actum de nobis est, quod
20 vel ex hoc eadem cognoscere potest, quod neque hiis, quos Thurcus in
Asia profectus in finibus nostris penes filium reliquit, resistere possumus,
qui certe sunt in numero non parvo, nam in presentia versus Sa-
mandriam viginti Thurcarum milia in Croaciam vero Sclavoniam et
Bosnam exercitus non contempnendos misit.

Accedit ad cumulum nostrarum tribulationum, quod veremur magno-
25 pere, ne nobilitas, que adversus clerum fremit, virus diu conceptum in
proxima dieta, quam celebraturi sunt, evomant et fiat error peior priore.
Preterea Thurcus et Tartarus coniunctis viribus Moldaviam graviter
oppugnat, cui cum tota nostra inopia et miseria opem ferre et suppetias
facere coacti sumus, nam Moldavia provincia huius regni nostri existit,
30 que licet Thurco sit tributaria, tamen si penitus subiugabitur e vestigio
nos etiam nephande sue ditioni subiiciet.

Quare etiam atque etiam supplico, dignetur res nostras labentes auc-
toritate sua et pro zelo fidei adiuvaré apud sanctissimum d(ominum)

190: 11 post convertet del. et

n(ostrum) et non differat eius beatitudo subvenire, ne tarde medicina
35 paretur et dum volet, non possit succurrere. Cetera ex nuntio meo d(ominatio) v(estra) reverendissima intelliget, quae faeliciter mei, servitoris
sui memor valeat, in cuius gratiam me humiliter commendo et ut re-
verendo patri domino Cassiodoro auditori rote me et causas meas aliquan-
tum commendare dignetur, enixe supplico, oro, obsecro et obtestor.
40 Datum Bude XVII Septembris MDXIII.

E(iusdem) d(ominationis) v(estre) reverendissime
humilis servitor Thomas
cardinalis Strigoniensis

In dorso: Copia dela letra del reverendissimo cardenal de Strigonia llegado
45 en Hungaria; copia dela carta de cardenal de Strigonia legado en Hungaria.

1514 Septembris 18

191

*Civitas Neosoliensis ad Cremnicienses se pollicitos esse lucrum camerae regis
collecturos, cum primum cursor regius advenerit, deinde quatuor comitatus a mon-
tanis civitatibus nuntio hostium Bohemorum appropinquantium misso ducentos
armatorum contra Bohemos — sicuti antea contra cruciferos etiam — petisse
scribunt.*

In charta 21,5 × 29,5 cm (v. in tabula exemplarium no 43).
Sigilli vestigium, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 12).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47086 (ante: Archivum Musei Hungariae
Nationalis).

Willigenn dinst beuor. Namhaftige, wolweyse herenn, beßunder vnßre
gunstige lieben freunth!

Ewer herrschafften schreiben vnd dergleichen der herrenn von der
Schebnitz wir vornommen haben. Am ersten, das des kunigs eylth auf
5 das schatez gelth das ym gefallen sol, sol an vns nicht gesawmbt werden,
welchen tag man das hyn ab geanthworten sol, allain er nwr seinen vor-
sprechen nach queme mit des kunigs brieff, dy er vns außprengen solt.
Nach dem aber dy edelleuth auß den vier stulen ainen auß yrem mittln
zw den erberen steten geschickt haben vns, worunder der Behem halben,
10 welich sich zu yn vnd vnßern gegenten zw nehenten yn der mainnung,
sy vnd vns zu beschedigen. Ist vmb solich wornung yn danck zusagen;
aber alz sy begeren, wo es noth thun wurd mit 200 mannen yn zw hilf
zkwommen, ist vnßer maynung, wo sy yn solicher maß daz folck von
den erberen steten begereten, daz sy yn dy weith den Behem nachziehen
15 wolten vnd yn der masße alz dy creutziger außrothen wolten, alz sy
den zu vorschten haben geben, daz man sich außredeth des pesten alz
man kunth, daz wir solich folck an wissen vnd gepoth vnßers genedigen
herrenn kunigs, vnd dergleichen vnßres haubtherrenn, herrenn Turzo
nicht zuthun hetten Bunder wo dy Behem zw vns vnd yn neheten wollen

37 post humiliter del. cōn

191: 9 post haben del. sy | vns supra scr.

231

²⁰ besetzung machen vnd schaden thun, daz wir yn, nach dem sy auch widerumb ken den erberen pergsteten ain zuuorsicht haben vnd sich erpiten mith leib vnd guth beystendig zu sein, daz wir yn auch geren nach vnßer vormiglichkaith ein beystand thun wollen, doch setezen wir das alles ewer würden haym, was ewer herrschafften dünckt das pesten
²⁵ geraten sein, dem wir den auch nochfolgen wöllen. Wer auch guth, daz ewer namhaftige herrschafften mith herren Turzo darauß redeth. Was er doch darzu roten wurd, ßunder des warmmpad halben zw besetzezen sey, wir bericht, daz eh vormalz von der kammer aufgehalten ist worden. Darumb, namhaftige herrschafften, bithen wir ewer herrschafften, ßo
³⁰ es euch wol geraten dunckt, vnßer mainung den herrenn von der Schebnitz zuschreiben; ydoch was ewer namhaftige herrschafften mitzambt yn beschließen, wöllen wir auch dabey bleiben; vnd wolph vns das widerumb schriftlichen geben zu uorschten, da mith wir sich hynfür auch wisten, bey was wir bleiben solten; da mith was ewer herrschafften lieb
³⁵ ist.

Geben am montag vor Mathei apostoli 1514.

Richter vnnd rathman
der stadt Newnzol

In dorso: Den namhaftigen wolweißen herren richter vnd rathman der
⁴⁰ stadt Kremnitz vnßern gunstigen lieben herrenn vnd freunthen.

1514 Septembris 27 — Venetia

Bernardinus Prosperus orator Ferrariae inter alia refert Bohemos milites congregari in Hungaria.

In charta 21 × 29 cm scriptae sigilloque non consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Mutinense: Notizie intorno al regno d'Ungheria da lettere di Bernardino Prosperi oratore ducale a Venezia 1514. 72 — I. 31.

... El se ha de Ungaria che altra li 2000 Boemi che haveria il re esser gene gionti 4000. Et altri 4000 se ne aspettava. Il che pare faci stare li ungarì suspesi perche essendo extincti quelli rumori de villani rebelli non se sciano a che fine dicto re facia questa adunatione de gente. Et
⁵ chi iudica lo facia ad instantia de Cinque Chiese per vedersi Strigonio contrario cum alcuni baroni che lo voriano deponer, chi crede lo fa per castigar certi baroni che in dicto tumulto de villani hano dimostrato mal animo verso la predicta maesta altri pare che tengono lo facia per volerse levar de Ungaria e redurse in Boemia suo primo regno, al quale
¹⁰ mostra tenir magior affectione che al Ungaria...

191: 20 post daz del. dr || 22 erpiten supra scr. || 27 post roten del. wol

Comitatus Tolnensis Eliam Király iobagionem capituli ecclesiae Vaciensis ratione asportationis quarundam rerum tempore insurrectorum rusticorum factae nobili Benedicto Tormási satisfactionem non impendisse testatur.

In charta 21,5 × 25,5 cm manca restaurataque.

Sigillorum quatuor vestigia in dorso impressorum anularium.

Sign. Archivum no 2 Comitatum Jaurinensis Soproniensisque: DL 4951 (ante: Archivum familiae Niczky).

[Nos Iohannes E]wz de Zerdahel et Andreas Thybwrcz d[e] Henye vicecomites et [iudices nobilium com]itatus Tholnensis damus pro memoria, quod cum nos ad legittimam peticio[nem nobili]s Benedicti de Thormas nobilem Benedictum de Zenthmyklos unum [videlicet ex] nobis iudicem nobilium ad infrascriptam inquisitionem faciendam duxissemus destinandum, qui t[andem exind]e ad nos reversus nobis retulit, quod ipse in die datarum presencium hic in Chern[ed] die scilicet et loco sedis nostre iudiciarie procedens ab omnibus, a quibus decens et oportu-
 5 num fuisset, sub iuramento et precipue a nobilibus Demetrio de dicta Thormas et Iohanne de Sygher ordinatoribus scilicet infrascripti negotii diligenter inquirens t[alem] de subnotandis comperisset certitudinis veritatem, quomodo diebus proxime preteritis [inte]r prefatum expon-
 10 entem ab una ac providum Eliam Kyral iobagionem videlicet honorabilis capituli ecclesie Vaciensis in possessione Harch vocata commoran-
 15 tem partibus ab altera ratione asportacionis sex saccorum tritici ac medii sacci farine et duorum vasculorum prefa[ti ex]ponentis per prefatum Eliam Kyral tempore insurreccionis populorum facte tali[s ordi]nacio facta extitisset, quod scilicet iam fatus Elias Kyral ad festum beati
 Sept. 21 Mathei apostoli proxime preteritum prefato exponenti illos quinque
 20 saccos tritici et medium saccum farine ac duo vascula in possessione Gezlye noncupata integraliter restitueret et restitui deberet unum sac- cum frugum annotatus exponens de illis sex saccis causa amicieie rela- xans, termino itaque huius modi adveniente prefatus exponens in loco deputato comparuisset, sed predictus Elias illac minime venisset, sed
 25 nec prescriptas res dicto exponenti restituisset modo quoque restituere nollet potencia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum.

Datum in Cherned feria secunda proxima post festum beati Michaelis archangeli anno Domini millesimo quingentesimo quartodecimo.

30 *In dorso:* Zenthmyklosy; fiat atestatoria; Benedicti de [T]ho[r]mas.

193: 15 tritici]frugum *corr. ubique* || 18 *post scilicet del. iam fat* || 22 frugum *forte:* tritici

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut Iohannes Bánffy in dominium possessionum suarum, quas a rege pro fidelitate tempore insurrectionis exhibita denuo accepit, introducat.

A in charta 29,5 × 36,5 cm manca.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26839 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, Comitatus Colos B no 92).

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 226.

Ba transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 18 Ianuarii anno 1515 in charta, sigillo flavae cerae impresso in dorso consignata editum esse videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Bánffy.

Ed. *Oklevéltár a Bánffy család történetéhez* II, no 367.

Bb transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor anno [1555] in charta 31 × 44 cm manca, sigillo flavae cerae impresso in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 107660 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, A f. 22 miscellanea).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Kolosmonostora salutem et gratiam!

Cum nos tum ad singularem intercessionem nonnullorum fidelium nostrorum per eos nostre propterea factam maiestati, tum vero attendentes et considerantes fidelitatem et servicia cumulata fidelis nostri magnifici Iohannis Bánffy de Lossonez, que idem sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate non parcens rebus et persone suis in omni rerum nostrarum et regni eventu, maxime vero, quum proxime preteritis temporibus rustici et populares passim in hoc regno nostro fere ubique sub nomine cruciate animo totam nobilitatem huius regni nostri delendi insurrexissent, eisdem se se pro defensione patrie opponendo viriliterque pro sua erga nos et sacram coronam nostram fide et fidelitate una cum aliis fidelibus nostris contra ipsos malefactores pugnando exhibuit et impendit, per que gratum eciam se nobis reddere curavit et acceptum, universa castra, castella, oppida, villas, possessiones porcionesque et quelibet iura possessionaria ac omnia bona ipsius Iohannis Bánffy ubivis et in quibuscunque comitatibus parcium regni nostri Transsilvanarum atque eciam huius regni nostri habita et existencia, in quorum quarumque omnium quieto et pacifico dominio idem Iohannes Bánffy progenitores suos ab antiquo perstitisse seque eciam modo persistere litteralia eciam instrumenta sufficiencia superinde habuisse, sed eo ipso tempore insurrectionis popularium et malefactorum inter alias res et clenodia sua directa et depredata huius modi quoque litteras et litteralia queque sua instrumenta factum ipsum suorum honorum tangencia et concernencia amisisse et deperdidisse asserit . . . memorato Iohanni Bánffy ipsiusque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum

194: 1 Boemie Bb || 2 Colos- Bb || 6 Ioannis ubique Bb | Bánffy ubique Ba | in primis B || 7 nostri om. Bb || 12 insurrexissent A || 13 et¹ om. Bb || 21 m[odo] Bb || 22 insurrectionis A | insurrexissent Bb || 24 hu[ius modi] Bb || 25 con[cernencia amisiss]e Bb || 27 her[edibus] Bb | u[niversis] Bb

donacionalium superinde confectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eorundem et earundem per nostrum et
30 vestrum homines legitime facere introduci . . .

Datum Bude in festo beati Francisci confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

ante 1514 Octobris 18

195

Vladislaus II rex Hungariae comitatibus mandat, ut ad generalem diaetam per singula capita regni statui consulendi causa sint conventuri.

In libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 211 v—212 r. Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Ann. Litteras has ante diem 18 Octobris anno 1514, qua generalis diaeta incepta est, datas esse videtur nobis.

Wladislaus etc. fidelibus nostris egregiis nobilibus universitati nobilium comitatus t(alis) s(alutem) et g(raciam)!

In quantis calamitatibus atque nobis inelutum regnum positum sit et in quibus quantis periculis quam magnaue et pene extrema desolacione castra eius finitima versantur, non est opus vobis litteris perstringere, quandoquidem unicuique vestrum ea omnia pro magnitudine ipsorum satis iam nota sunt et aperta.

Accedunt huc varii et multiplices gravissimique defectus, propter quos regnum hoc sepe numero maxima incommoda et dampna sustinuit et nisi huius modi defectibus imminentibusque periculis necessario remedio maturius occurratur, ut extremum detrimentum sustineat, necesse est.

Ad consulendum igitur ac providendum de hys et aliis necessitatibus huius ipsius regni nostri proque bono et commodiori statu eiusdem omniumque vestrum unam generalem dietam pro festo beati Luce evangeliste nunc venturo universis dominis et nobilibus ac proceribus huius ipsius regni celebrandam indiximus.

Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter mandamus, prout et aliis fidelibus nostris per totum hoc regnum nostrum scripsimus et mandavimus, quatenus ad predictum festum beati Luce ewangeliste per singula capita vestra more alias consueto ad nos ad civitatem scilicet nostram Pestyensem convenire et diete huius modi inter alios dominos nobiles et proceres huius ipsius regni nostri de ipsis rebus et negociis tranquillum et felicem statum eiusdem regni concernentibus tracturi et consulturi interesse debeatis. Contenti autem sumus, quod hy, qui in exercituacione in confinibus pro defensione regni occupati existunt, a professione huius modi dieti sint exempti, ne interea defensio eiusdem regni negligatur. Aliud igitur facere non presumatis sub pena in decreto expressa etc.!

30 Datum.

28 in perpetuum Bb || 30 legitime A || 31 Datum — quarto desiderantur Bb
195; 27 recte: diete || 28 post in del. caput

Simon episcopus Modrusiensis vicelegatus ad Leonardum Lauredanum ducem Venetiarum se cruciatam expeditionem non publicaturum in Dalmatia promittit.

In charta scriptae et sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae videntur esse litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Collegio, lettere cardinali e vescovi, busta 2.

Illustrissime princeps et domine mi domine colendissime humillimam commendationem!

Et si ex litteris reverendissimi domini cardinalis Strigoniensis legati itemque magnifici domini Antonii Suriani oratoris, qua causa in Dalmatiam venerim, quidve operaturus sim, serenitas v(estra) intelliget, hanc nihilominus iniuncte mihi provincie summam esse sciat, ut neque decime imponantur, neque cruciata publicetur, sed solam tantummodo legationis iurisdictionem exerceam. Quibus in rebus pro prefati magnifici domini oratoris voto conficiendis, quanta fide atque industria laboraverim, serenitatem v(estram) per litteras suas edoceri debuisse scio edoctamque esse non vereor, ita enim et observantiae meae erga serenitatem v(estram) et illustrissimum istud dominum devotio postulavit et dominis suae magnificentiae erga me amor ac benevolentia fieri debere meruit.

Scripsi haec ideo ut et fecisse me quae potuerim et defuturum nunquam his omnibus, quae serenitati v(estre) illustrissimoque dominio honorem aliquem commoditatemve parare possint intelligatur. Quod eo fiet a me diligentius atque accuratius, si mentem animumque suum serenitas v(estra) mihi significare dignabitur. Hinc vero est, quod serenitatis v(estre) clementiam petere precarique non vereor, ut eo amplius serenitati v(estre) debeam, quo ampliora fuerint suae in me benignitatis meosque beneficia.

Ante hoc biennium accidit, ut presentium exhibitorem fratrem meum noctu cum quibusdam sociis cavalierius — ut vulgo dicitur — domini capitanei Iadrensis aggressus sit invicemque digladiati et datis atque acceptis percussionibus et vulneribus discesserunt, qua causa frater meus una cum sociis ad exulandum per decennium condemnatus est. Elapsum est biennium socii impetrata ab illustrissimo dominio venia, redeundi facultatem obtinuerunt. Supplicant nunc serenitati v(estre) illustrissimoque dominio pro etiam parentes mei decrepiti iam, qui unum ex filiis in istius illustrissimi domini servitiis sub Methone amiserunt, alium nullum habent laicum, qui sua domusque onera sufferre possit, supplico ego itidem serenitati v(estre) precorque, ut ob parentum pietatem fidemque meam ac devotionem dignos nos tali gratia efficere velit concedereque ei, ut redire in patriam libere possit, quod singularis beneficii loco a serenitate v(estra) illustrissimoque dominio recipiemus, quos felices Deus omnipotens diu conservet. Et serenitati v(estre) humiliter me commendo.

Segnia XVIII Octobris M. D. XIII.

E(iusdem) serenitatis v(estre) humillimus s(ervus) S(imon) episcopus Modrusiensis vicelegatus etc.

196: 6 post esse del. aliquid

In dorso: Illustrissimo principi ac domino domino Leonardo Lauredano duci Venetiarum serenissimo etc. domino meo colendissimo.

1514 Octobris 20 — Buda

197

Vladislaus II rex Hungariae Stephano Werbőczy et Sigismundo Pogány possessiones illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut ipsi in dominium earundem possessionum introducantur.

A in charta 32 × 22 cm duplicata lacerataque (v. in tabula exemplarium no 15).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 72159 (ante: Archivum familiae Rákóczi-Aspremont, capsula 38 f. 40 no 1).

B in charta 29,5 × 34,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae V no 231.

Ed. *Horváth, Verbőtzi* II, no 85.

C in charta 28,5 × 32,5 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae V no 114. Copia earundem a capitulo ecclesiae Agriensis die 27 Martii anno 1793 data authentica: Archivum Hungariae Nationale: DL 66017 (ante: Archivum familiae Balassa).

Ed. *Horváth, Verbőtzi* II, no 86.

A

B

C

Nos

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

memorie commenda- fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez
mus tenore presencium salutem et graciam! Cum

⁵ significantes, quibus

expedit, universis, quod

nos debitum habentes respectum ad integerrimam fidem ac fidelium
serviciorum gratissima merita

fidelis nostri egregii

¹⁰

magistri Stephani de Werbewcz iudicis curie nostre et parcium regni
nostri Transsilvanarum prothonotarii

fidelium nostrorum e-
gregiorum

que ipse

et Sigismundi Pogan
de Cheeb, que ipsi

¹⁵

sacre primum huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati
nostre pro locorum et temporum varietate cum summa semper fidelitatis
constancia

exhibuit et impendit,

exhibuerunt et impen-
derunt,

²⁰

universa bona et quelibet iura possessionaria nobilium

Iohannis de Pettrowa, Georgii de Wanchfalwa,
 Dan de eadem, Simonis de Bwdfalwa, Bene-
 dicti litterati de Hwzth alias de Keselewmezew,
 Iohannis de Bardfalwa, Thome Bank de Zar-
 wazo, Elie similiter Bank, Iohannis et Michaelis
 Gerhes dictorum de eadem Zarwazo, Petri de
 Ebeczk et Andree Fycza de Feyerfalw

Iohannis de Lewor-
 dyna, Bogdany de
 Kohnya, Theodory seu
 Thywadar et Stephani
 Dyak dictorum de
 Dragamerfalwa, Laza-
 ri de Farkasrewe,
 Simonis Gorzo, alteri-
 us Simonis Koztha vo-
 catorum de Kewzep-
 apsa, Blasii de Also-
 apsa, Lazari et Domi-
 nici de Jod, Bwth
 Fycza de Gywlafalwa,
 Iohannis de Borczan-
 falwa, Petri Pether-
 man dicti de eadem,
 Theodori seu Thywa-
 dar de Jwrkafalwa ac
 Stephani et Elie Pap
 de Alsowysso

ubilibet et in quibuscunque comitatibus predicti regni nostri Hungarie
 existencia et habita, que ex eo, quod ipsi postposita fide et fidelitate
 nobis et sacro nostro regio dyademati debita rusticis illis et plebee con-
 dicionis huius regni nostri Hungarie hominibus, qui exactis hys diebus
 rebellionis protervieque spiritu ducti a veris et naturalibus eorum do-
 minis deficientes dampnabilisque et temerarie presumpcionis ipsorum
 calcaneum erigentes in nostre maiestatis contemptum et eliminacionem
 tociusque nobilitatis perniciem et exterminacionem hostiliter insurre-
 xerant et passim in hoc regno nostro sub nomine cruciate duce quodam
 latrone Georgio Zekel nominato vexillis erectis turmatim ferebantur
 magnaue inter ipsos nobiles edita clade horrenda queque et crudelia
 domus eorum distrahendo, comburrendo, res ipsorum prede exponentes
 et plures in personis eorum variis tormentis et cruciatibus afficiendo
 ad extremumque nonnullos palis seu veribus suffigendo plus quam
 hostes perpetrabant, adhesisse et illorum sedicioni tumultuique ac latro-
 ciniis dignitati sue nobilitatis renunciantes complicem comitemque et
 socium se se prebuisse et per hoc notam infidelitatis palam incurrisse
 dicuntur, ad collacionem nostram regiam devoluta esse perhibentur et
 redacta, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet
 terris scilicet arabili-
 bus cultis et incultis,
 agris, pratis, pascuis,
 campis, fenetis, silvis,
 nemoribus, montibus,
 vallibus, vineis vinea-

197: 21 Pettrowa B || 22 [B]ogdany C || 46 prothervieque B || 52 ipsos om. B

rumque promontoriis,
 aquis, fluviis, piscinis,
 piscaturis aquarum-
 70 que decursibus, molen-
 dinis et eorundem lo-
 cis, generaliter vero
 quarumlibet utilita-
 tum pertinenciarum-
 75 que et proventuum
 utilitatibus

quovis nominis vocabulo vocitatis ad eadem de iure et ab antiquo spec-
 tantibus et pertinere debentibus sub ipsorumque veris metis et antiquis
 existentibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus
 80 memorato | memoratis
 magistro Stephano de Werbewecz

suisque
 heredibus et posteritatibus universis

| et Sigismundo Pogan
 ipsorumque

85 dedimus, donavimus et
 contulimus, immo da-
 mus, donamus et con-
 ferimus iure perpetuo
 et irrevocabiler te-
 90 nenda, possidenda pa-
 riter et habenda salvo
 iure alieno harum no-
 strarum vigore et testi-
 monio litterarum me-
 95 diante, quas in formam
 nostri privilegii redigi
 faciemus, dum nobis
 in specie fuerint re-
 portate.

vigore aliarum litterarum nostrarum donacio-
 nalium exinde confectarum in perpetuum con-
 tulerimus velimusque
 eundem | eosdem

in dominium eorundem per nostrum et vestrum
 homines legitime facere introduci. Ideo fide-
 litati vestre harum serie firmiter precipien-
 tes mandamus, quatenus vestrum mittatis
 hominem pro testimonio fide dignum, quo pre-
 sente magister Petrus de Komlos curie nostre
 regie notarius vel Franciscus Feyes de Hetheny
 aut Matheus sive Franciscus de Fanchyka
 aliis absentibus homo noster de curia nostra
 regia per nos ad id specialiter transmissus ad
 facies universorum bonorum et quorumlibet
 100 iurium possessionariorum prelibatorum
 Iohannis de Pettrowa,
 Georgii de Wanchfal-
 wa, Dan de eadem,
 Simonis de Bwdfalwa

Iohannis de Lewordy-
 na, Bogdany de
 Kohnya necnon Theo-
 dory seu Thywadar et
 105 Stephani Dyak

et aliorum prescriptorum nobilium ubilibet —
 ut prefertur — et in quibuscunque comitatibus
 predicti regni nostri Hungarie existentibus et
 adiacentibus vicinis et commetaneis suis uni-
 110 versis inibi legitime convocatis et presentibus

90 post facere del. face B || 92 quatinus B || 94 Ko[mlos] C || 96 F[an]chyka C || 99
 quorumlibet om. B || 100 prenatorum B || 101 Petthrowa B

A

B

C

115

120

125

130

135

140

145

150

155

accedens introducat
 prefatum | prefatos
 magistrum Stephanum de Werbewcz | et Sigismundum Pogan
 | et Sigismundum Pogan
 | de Cheeb
 in dominium eorundem statuatque eadem
 eidem | eidem
 simul cum cunctis suis utilitatibus et perti-
 nenciis quibuslibet premisse donacionis nostre
 regie titulo
 ipsi | ipsi
 incumbencia perpetuo possidenda, si non fuerit
 contradictum, contradictores vero si qui fuerint,
 evocet eosdem contra
 annotatum | annotatos
 magistrum Stephanum de Werbewcz | et Sigismundum Pogan
 ad terminum competentem nostram persona-
 lem in presenciam rationem contradiccionis
 eorundem reddituros. Et post hec huius modi
 introduccionis et statucionis seriem cum con-
 tradictorum et evocatorum, si qui fuerint vi-
 cinorumque et commetaneorum, qui premisse
 statucioni intererunt iuriumque possessiona-
 riorum inibi statuendorum nominibus termi-
 noque assignato, ut fuerit expediens, dicte
 nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Luce evangeliste
 anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum
 Hungarie etc. anno vigesimo quarto, Bohemie vero quadragesimo
 quarto.

Dextra subter: Relacio
 reverendi domini Petri
 episcopi Vesprimiensis
 thesaurarii regie ma-
 iestatis *et inferius:* P(e-
 trus) Wesprimiensis.

In dorso:
 Registrata folio 9 anno
 etc. 1514.

Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez
 pro
 egregio | egregiis
 magistro Stephano de Werbewcz iudicis curie
 nostre et parcium regni nostri Transsilvanarum
 prothonotario
 | ac Sigismundo Pogan
 | de Cheeb
 introductoria et statutoria. Lecta.

Ignotus ignoto scribit Bartholomaeum de Münsterberg domum rediturum esse et duo castra Georgii marchionis Brandenburgensis, quae cruciferi vi ceperant, Iohannem Zapolyai vaivodam Transilvanum iam recuperasse restaurasseque, attamen marchioni restituere nolle.

In charta scripta esse videtur copia eiusdem temporis simplex ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Trebonense: Archivum familiae Schwarzenberg, Historica no 3633.

Ann. Bohemos a rege Vladislao II dimissos et domum reversuros esse significant nobis litterae die 1 Novembris datae (v. no 199), ideo litteras has ante scribi posse credimus.

Noviny V M^t z Uher neviem jakých psáti; než pravil mi Mutina, kterýž jest stízně odtud přijel a již zase jede, že ležie knieže v Rablanech a že škodu velkú dělají Uhři biskupovi; chudoba že na nich velká a drábi že jim z vojsk již dáni. A tak mi pověděli, že všeho a všeho sotva okolo XII^{ti} set jich mají. Jakož sem V M^{ti} onehda psal, že slyšíte, že se k Slezku obrátí; a táhlo jich od nich III^c drábův slezských a ušli okolo 150 koní. Než bylť jest knieže na Trenčíně několik dní; a tak mi Mutina pravil, že jest tu lidí troštoval jízdné i pěší, že jim odtud peníze přinesú, neb jest chtělo od něho na 700 drábův pojednou pryč. I takt jest je tím troštem zdržel. Také mi pravil, že jakž sou byli křížovníci dva zámky vzali markrabovi. Pak pan vajvoda, dobyv jich zase, že je opravuje a žeť jich markrabí zase postúpiti nechce a markrabie také že na to myslí, aby svého zase dobyl a s tím že jest jel k cesaři. A knieže, že se k tomu má, že vedle pana vajvody býti chce. A tak mi pověděl, že on tak tomu rozumí, koho sú dluhové přemohly, jako knieže a pana Bočka a peníze Oct. 16. klásti nyní mají při svatém Havle, že na to nemyslí, aby domuův pospíchali.

Iohannes Minatus comes ac Franciscus Foscari capitaneus Iadrenses scribunt Venetiae de indulgentiis in Dalmatia publicandis et rebus Hungariae novis ac gestis.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Veneticum: Consiglio dei Dieci, capi, dispacci rettori Zara, busta 283. c. 38.

Reg. Óvári, Oklevélmásolatok, no 1068 (Hungarice).

... E che esso episcopo inteso el volere del prefato oratore, torno dal supraditto reverendissimo cardinale, dinotandoli, che questo imponer de X^a e publicatione de indulgentie, non poria esser senza qualche dispiacer della illustrissima signoria attento che seria metterla in suspitione cum el signor Turco ... concludendo chel meglio seria publicar tal indulgentie a Segna e Fiume, luogi non troppo distanti da questa cita, dove ogniuno pora habelmente andar a pigliare quelle, per le qual cose sua reverendissima signoria se remosse dalla anteditta commissione data ad

esso episcopo et ordeno non se impedisse in alcuna cosa circa la imposi-
10 tione de X^{me} et publicatione de indulgentie predictte nei lochi della illu-
stratissima signoria nostra . . .

Non resteremo etiam denotar a quelle quest altra nova tal qual ne e
sta ozi referita da una venuta dale parte de Ungaria, come XII millia
Boemi se havevano appresentati ala prefata regia maesta per causa della
15 cruciata i qual facta che haveno la mostra forno licentiati dal serenes-
simo re, el qual insieme cum li baroni par non siano contenti de andar
contra Turchi et che per questo el ban haveva renuntiato el banadego,
e se havea partito da Buda e andato a Vesprima et che la maesta del re
dui volte l haveva chiamato a lui, ne anchora se intendeva el fosse an-
20 dato et concludendo disse, che tra li baroni era gran discensione . . .

inter 1514 Novembris 13 et 30 — Roma

200

*Ianus Vitalis Panormitanus Iohanni Baptistae Pisoni Ferrariensi gestas
tempore insurrectionis in Hungaria res scribit.*

In libello 6 foliorum 12 × 18 cm ex charta confecto et in facie imagine ornato.

Impressum antiquum Iani Vitalis Panormitani de Ungarorum cruciata facta MDXIII et
de infanda saevitia utrinque patrata et de nostrorum temporum invidia inscriptum.

Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: App. 1620.

Ed. Samuto, *Diarii XIX*, p. 99. — *Analecta Hungariae*, p. 203. — *Magyar Történelmi Tár*
24 (1877), p. 295.

Reg. *Óvári, Oklevélmásolatok*, no 1064.

Ann. Litteras istas inter diem 13 Novembris anno 1514, qua die Ianus Vitalis a Iohanne
Baptista Pisono acceperat litteras et diem 30 eiusdem mensis, qua die Petrus Phaedrino
Romanus Francisco Aquilae Beneventano litterarum Iani Vitalis iam typis impressa-
rum mentionem fecit, datas esse habemus.

Ianus Vitalis Panormitanus suo Ioanni Baptistae Pisoni Ferrariensi
s(alutem) d(icit)!

Nov. 13 Idibus Novembribus unas tuas litteras a Lilio Gyraldo viro utriusque
linquae doctissimo accepi, quibus — quantum gavisus fuerim — expli-
5 care non possem, praecipue, quod amicorum est ingenium, ut visis litteris
amicos videre sibi videantur. Praeterea perlegi elegeiam tuam, quam
Lilio dederas, in qua non mihi videris Piso, sed Tibullus alter, quare
gratulor et tibi et mihi: tibi, quod facis ea, quibus antiquis comparari
facile possis; mihi, quia multa et Graece et Latine ex te aperiuntur.
10 Dumque illam legerem, ab Angelo Divitio, quem ob ingenium et praecla-
ram indolem in omnibus admirari cogor, commonitus sum, ut aliquid
novi ad te mitterem, quam rem ab eo tu per litteras contenderas, ego
autem verbis ac iussis eius obsecutus tibi Ungarorum ingentem sedi-
tionem legendam mitto, tu autem apud te conticesce, ut si quid ultra ea,
15 quae ibi scripta sunt, memoria dignum eveniat, addere possim. Rem
enim nunc, ut potui spatiis exclusus iniquis absque alio orationis ornatu
descripsi et admodum familiariter.

Thomas sacrosanctae ecclesiae cardinalis Strigoniensis titulo sancti
Martini in Montibus legatus universi regni Ungarę superiori anno creatur
20 magnoque apparatu ad legationem proficiscitur; habitis a Leone X ponti-
fice maximo omnibus privilegiis ac ceremoniis, quibus opus fuerat; quod
sciens caesar, ut optimus Divinae fidei miles bellum Turcis per litteras

legatum indici hortatur. Hoc igitur consilium plurimum mente volutans Thomas multa privilegia ad religionem attinentia ob id arma capere
25 volentibus concedit ac crucis signo eorum pectora obsignat, quorum multa serica suis manibus confecerat ab eoque signo cruciferos vocari iubet milites, quos nos evocatos crucis appellamus.

Innumeri undecunquē agricolae relictis pagis ex Emona, ex Siscia, ex Dravi et Savi ripis, multi Arivates, Azali, Amantes, Belgires, Carthari,
30 Cornacates, Ervisci, Hercuniates, Latovisci, Oseriates, Varciani et multi ex Monte Claudio, multi Scordiscorum, Tautisci, ex Metubarre, ex Segestica insula, Sirmienses, Amantini et multi, quorum nomina non succurrunt, in varias devenere legiones; inque dies numerus maior auctus est. Tum a maioribus ac primatibus totius regni fidem ac auxilium exposcunt, quibus denegatis, quasi pro ludibrio habiti sunt. Quare indignati
35 iam bellum minitantur omnibus praeterquam regi ac cardinali. Quinque milia capitum descripta sunt ac ingente rusticorum copia bipartita Melchiorum Mouder, ita enim appellabatur, alteri praesidere iubent, qui ita dici voluit: Melchior Dei gratia rex benedicti populi cruciferorum amicus et subiectus Ladislai Ungariae Boemiae etc. regis et electus sancti patris
40 cardinalis sancti Martini in Montibus ac inimicus praetorum et omnium Pannonio praesidentium regno; alteri vero Georgium Siculum, nam ibi etiam — ut aiunt quidam — ex Sicilia Siculi appellantur, deligunt duces, qui eosdem titulos ab altero sibi assumpsit. Ambo vero eisdem ex
45 parentibus oriundi sunt nullisque legibus nullaque rei militaris disciplina muniti, sed potius robore ac propriis viribus corporis confisi reliqua parvi pendunt. Continuo igitur, qui summo eorum magistratui praerant, abactores circa nobilium praedia ac villas immittunt, qui iumentorum, carrorum et rerum ad victum attinentium innumeram multitudinem
50 depopulati, quae afferri non possunt, igne undecunquē incendunt ac inexpiabilem sevitiā in ea exercent, tale enim eorum ingenium est, ut ad interitum usque omnia insequantur.

Cum vero Thomas rem in peius prosequutam ac prosequituram audiret, valde et sibi et nobilibus timere cepit, ne maioribus militum legionibus
55 coactis in regem, in eum ac nobiles inimicos exolverent animos; ideoque erga ipsum ob maiorem regni benivolentiam privilegia antea concessa revocat vetatque aliquem signo crucis signatum esse pectus multamque id exequi nolentibus minatur, prohibet cum illis commercium haberi illisque igne et aqua interdici visum est maiorem ad rei timorem. Et haec
60 omnia quinque milia passuum a Pesto, quae urbs est Pannoniae per legatos nunciata sunt. Aliqui religione potius, quam timore commoti ab inceptis se se retrahunt domumque reverti potius, quam credere se variis belli fortunis eligunt. Incertis ergo animis legiones nutant neque apertum est, utrum maior pars desistat neque qui desistant. Praeterea duo vexilla
65 erecta sunt illisque crucifixi imago lignea alligatur factumque est, ut si qui prosequi mallent alterum duorum, proficiscerentur; et sic e contra hac via opinio omnium patuit; multo enim plures sunt, qui repugnant velle prosequi, quam qui mallent; et hiis, qui repugnabant, facinus observandum accidit. Nam dum vellent domum versus iter facere, imago,
70 quae alligata vexillo erat, dissolutis vinculis in faciem humi procubuit, quo casu iterum atque iterum ligaminibus tenacissimis alligaverunt labefactatam neque eam ibi affirmare potuerunt. Hoc igitur ostento

consternati animi sententiam mutare inceptant odiumque armis retegere mente affirmant. Paulo vero post quendam ex nobilibus acuta sude per-
75 passuum a Buda urbe regia cum XII affinibus, incensa ac solo equata eius villa trucidarunt. Quae obsidio perduravit triduum.

Interea re audita et ingenti saevitia divulgata a Varadino, quae Panno-
niae urbs est, mille equites ex nobilibus armantur ac contra hos egrediuntur.
80 tur. Nam duobus milibus passuum distabant. Conserunt pugnam necatis CCCCC ex nobilibus victoria potiti sunt crucis evocati iamque urbem invadere designabant, quod veritus populus Budam confugiunt. Ladislaus rex valde turbatus est accepto tam magnae cladis nuncio ac duce Parcomesa Budanos in crucis evocatos imisit, qui occupato Pesto se ac
85 suos propter inimicorum multitudinem maximam a prelo abstinuit Budamque pedem referre satius esse decrevit. Crucis autem evocati, qui insignem calamitatem nobilibus intulerant, insidiarum ancipites certum neque continuum habent locum et quotidie castra mutant quotidianasque excubias ac vigilias eligunt, pauperibus nihil molestiae afferunt neque quicquam vi agunt, sed praetio antea soluto cibaria et ea,
90 quibus opus est, expetunt. Budę quidem, ubi est regni sedes, duo concionatores ex pulpito populum ad concionem vocant eique persuadere conantur futilibus ac frivolis licet rationibus magis prodesse in evocatos arma sumere, quam pro illis manus scelerare. Tum nisi illico effugissent,
95 a vulgo ignobili turpiter ac fęde fuissent accepti. Super hiis accensus Ladislaus populum contra evocatos proficisci iubet una cum nobilibus, quod minime populo placuit. Hinc magna apud plebem cum nobilibus seditio exorta est. Evocati interdum quotquot nobilium vi apprehendere possunt, eorum corpora acutissimis sudibus transfodiunt ante uxorum
100 et liberorum oculos; neque hoc satis videtur vindictae, sed coram maritis miseris uxores stupro violant omnisque exercitus vulgata et aperta venere tanquam homines plantarent, exanimatis incumbunt puellis, quarum multae, dum prostrantur, animam expiravere ob assiduitatem concubitus multitudinemque rusticorum rem veneream palam qua lubet
105 patrantium. O facinus et diis et hominibus invisum! O impudentes belluas! O immensam ultionem! Sic pro candida religione pugnandum putatis? Hiis manibus sacram Dei veri effigiem fertis? Hiis oculis celum aspicitis? Hoc deos pati existimatis? Haec tamen sola vox morientibus hominibus frequens erat: „cives vestri sumus”. Post haec quidam nobilis,
110 nomine Dacii Michaelis ex rege ad evocatorum castra aufugit, quem summum ducem legionum deligunt. Maximo id factum detrimento primatibus fuit; nam is multa bellica tormenta in nobiles apparavit ignarosque paganos continuo ad rei militaris instruxit ritum. Et iam in tantum numerus concreverat, ut sint plus quam centum milia militum omnes
115 unanimes, sed diversis in locis divisi. Hiis denique exactis episcopum Zagraviensem multis cum principibus ac praelatis palis acutis transfixere. Rex summus eorum Ladislaum per litteras certum facit se non passurum in Pannonio regno esse preter regem unum, solum praelatum ac
120 duos comites, ceteros autem penitus extirpare velle. At rex furore actus multis a cesare Suevis ac Alamanis habitis Ioannem vaivoda cum magna

200: 120 recte: vaivoda alias etiam

peditum levis armaturae equitum cataphractorumque vi in eum movet, qui collatis signis pugnam conserunt, hostes cedunt profligantque, qui paucis ex nobilibus amissis dux multos evocatorum cepit neque eos iugum subire patitur, sed captivos Budam adducit, a quibus penas sanguine et
125 inexcogitatis supplitiis repetitum est. Magnis ergo triumphis victor exercitum Budam ingressus est statimque acceptis primatibus ex evocatis nudos in praelongis sudibus, ferreis catheris alligant eorum ministri vivosque ad ignes torrent; alios crucibus affigunt; alios cute expoliant vivosque ita per aliquot dies sinunt. Nonnulli quadripartiti canibus
130 exponuntur; multi ingenti rota effracti crura, brachia totumque corpus multos dies miseram vitam traxerunt, complures securi percussi innumereque in arboribus acutis vitam finire. Deinde arrepto Melchiore Moudere eoque ad umbilicum usque adaperto sanguinem inde fluentem Georgio fratri potandum dedere, post ligno adacto per viscera spectaculum populi
135 fuit. Dehinc frustim dissectus ac assus elissusque suos satellites saturavit. Georgius vero scala quadam alligatus a suorum dentibus vivus dilaniatur, deinde corona candente ex vomere effecta coronatur ut rex Ungarorum. Post haec caput ei amputarunt membraque decoxerunt eiusque militibus apposita sunt. Reliqui autem cum hiis, qui duces suos comederant, viscera extracta non tamen penitus clavis ferreis lignis affixere, qui sic virgis caesi sunt. Post autem atrocem et meritam mortem Georgii et fratris ingens copia alibi reintegratur, cuius dux est quidam sacerdos de numero adherentium Georgio, qui erat in obsidione urbis Varadiensis, qui audito facinore furore actus impetuose Varadium debellavit eiusdemque urbis
140 omne vivens ab homine ad pecus variis supplitiis exanimavit exceptis eius signa prosequi volentibus, ibique omnes cellas vinarias bene munitas invenit ac vinum omne praeter quod secum portaturus erat, per plateas ac vias fundi iussit, frumenta ignibus iniecit. Tum urbe relicta in campis tentoria tendit.

150 At Ioannes vaivola praecognita re maximam cum illo pugnam inivit. Is vero non expectandum sibi decrevit duobus milibus militum ex utraque parte necatis, reliqui se fugae mandarunt. Nobiles pacatis rusticorum ira ac animis ad concionem venere cum quattuor milibus equitum sexdecim millibus passuum a Buda et accersitis quotidianis arbitris de ultione in cardinalem agebant. Thomas vero omnia praecognoscens septem milia Boemorum peditum ac equitum ad se ascivit, quorum potior pars sunt, quos sceloparios vocamus secumque adduxerunt CCCC carrorum cum viatico ac CCCC CCCC bellicorum tormentorum, quae serpentarias
155 Germani vocant ac pridie Calendas Septembris Budam ingressi sunt duce quodam Bartholomeo. Multi eorum clanculum a Pannoniis interficiuntur. Dehinc mille passibus a Buda castra locarunt. Tunc rex nobiles per legatos accersit, qui respondere: si Bartholomeus cum cohorte inde abiret, se mandata facessere. Tunc rex ac Thomas Boemos dimisere, qui abeuntes quinque milia boum ac innumeras oves abegerunt. Eis in confinibus iter
160 impeditur ab Pannoniis. Sed vana est sine viribus ira. Vincuntur Pannonii et maxima pecunia multantur . . .
165 Vale! Romae . . .

Iohannes Baptista Bonzagni ad Hyppolitum Estensem episcopum Agriensem capitula diaetae a se summatim descripta mittit.

In charta scriptae et sigillo non consignatae esse videntur litterae ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Mutinense: Archivum secretum familiae Estensis.

Ed. *Óvári, Oklevélmásolatok*, no 1069 (partim, Hungarice).

Ann. Litteras istas tempore diaetae inter dies 18 Octobris et 19 Novembris datas esse videtur nobis, quia haec capitula conceptui articulorum et non eisdem articulis a rege approbatis et die 19 Novembris editis consonant (v. no 202).

Li capitulli facti noviter in la congregatione seu dieta facta in Ungaria anno 1514 del mese de Novembri.

Prima lo illustrissimo signor vaivoda de Transilvania e eletto capitano generale del regno cum omnimoda potestate.

5 Item hano ellecti fra baroni et prellati novi consiglieri, qui regi assistant semper come si contiene in le littere, quam scrivo a v(ostra) s(erenita).

Item che ogni iobagione ogni anno paghino al re dui fiorini et al vaivoda V pinzi et al patrono proprio fiorini dui et che mai ne ipsi ne li figliuoli si possino partire da quel patrono dove sum hora et che non possino 10 ni portare arme ni tenerne in casa et che dui giorni la septimana lavorino per el patrono se serano chiesti et ultra questo paghino li censi consueti.

Item che ad niuno forestiero possi dar la maesta regia beneficio de sorte alcuna in questo regno.

15 Item che niuno che non sii nobile possa haver dominio alcuno ecclesiastico in questo regno ni temporale et non considerano che Cristo qual fu sommus sacerdos voluit piscatorem sibi in successorem et quod sola nobilitas sit unica virtus ma a confusione delo amico e facto il tutto.

Item che ognuno tenga le genti sue in pleno numero et semper la metta 1 Jan. 1 stii alla confine et che alla circoncisione si comenzi: il che sera impossibile a partire.

<Item> poi hano inibito el legato che non exerciti iurisdictione iudicialia dela legatione al che lui ha dicto non voler obedire, se la sanctita de nostro signore nol comanda et non hano pensato che fano contro la sede 25 apostolica et non contro al cardinale et le censure che incorino.


Multi altri capitulli sono che son de pocha importanza li quali non posso scrivere a vostra signoria, perche non sono anchora publicati tutti...

Servus Iohannes Baptista

Vladislaus II rex Hungariae articulos, quos praelati, barones ceterique regnicolae in diaeta generali a die 18 Octobris usque ad diem 19 Novembris ob insurrectionem rusticorum atque alias difficultates regni composuere, approbat.

- A** citatum litteris comitatus Albensis chartaceis 23 × 36 cm et quinque sigillis anularibus consignatis die 21 Februarii anno 1536 datis insertum (v. in tabula exemplarium no 41).
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum conventus cruciferorum de Alba, capsula 3 f. 14 no 11.
- Reg. *Fejér megyei Évkönyv* 5 (1971), p. 258.
- C** in libello 8 foliorum ex membrana 30 × 42 cm confecto.
- Sigillum, quod ex sericeis filis albi, fusci et caerulei colorum libello eidem insertis pependit, amissum est.
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 58269 (ante: Archivum familiae Békássy). In dorso eiusdem temporis manu: *Castri Ferrei* et probationes calami.
- Ch** in libello restaurato 8 foliorum 32 × 43 cm ex membrana confecto.
- Sigillum, quod ex sericeis filis albi, fusci et caerulei colorum libello eidem insertis pependit, amissum est.
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22639/3.
- In dorso eiusdem temporis manu: *Chanadiensis; bellum cruciferorum.*
- E** fragmenta libelli 2 foliorum ex membrana confecti, quae olim tegimentum fuit libelli ex charta confecti rationarii, videntur esse et legi non posse litterae ex copia photographica.
- Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini no 886/a.
- Reg. *Iványi, Eperjes*, no 1111.
- J** copia conceptus articulorum simplex a die 22 Iulii usque ad diem 7 Augusti anno 1572 in libro ex charta confecto per N M transcripta.
- Sign. Bibliotheca Hungariae Nationalis Széchényiana: Folia Latina no 517. (ex Collectione Nicolai Jankovich).
- Ann. Hoc loco debemus gratias agere Georgio Bónis doctori scientiarum, qui ex scriptis manu Francisci Döry signaturam huius conceptus nobis tradidit.
- M** in libello 8 foliorum 31 × 41 cm ex membrana confecto.
- Sigillum, quod ex sericeis filis albi, fusci et caerulei colorum libello eidem insertis pependit, amissum est.
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22639/2 (ante: Acta publica archivalia, f. 40 no 64).
- In dorso eiusdem temporis manu: *Mekcheien(sis).*
- N** in libello 6 foliorum 19 × 27 cm ex charta confecto, qui olim cuidam libro insertus erat. Copia sedecimi saeculi exeuntis simplex.
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47090 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis, Collectio Nicolai Jankovich).
- S** in libello 8 foliorum 32 × 42 cm ex membrana confecto.
- Sigillum ex sericeis filis albi, fusci et caerulei colorum libello eidem insertis pendet (v. tabula sigillorum no 1).
- Sign. Archivum Publicum Leutsoviense: Archivum comitatus Szepesiensis no 11.
- In dorso eiusdem temporis manu: *Scepusiensis.*
- Z** in libello 8 foliorum 34 × 45 cm ex membrana confecto.
- Sigillum, quod ex sericeis filis albi, fusci et caerulei colorum libello eidem insertis pependit, amissum est.
- Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22639/1 (ante: Archivum capituli ecclesiae de Alba Iulia regnicolare, cista 123).
- In dorso eiusdem temporis manu: *Zolnok Mediocris comitatus* (pluries) et altera manu: *Nagy Eöskölei Valkai Miklósé 1575.*
- Ed.** *Corpus iuris Hungarici 1000—1526*, p. 704 (ibidem invenire potes editiones eiusdem operis superiores). — *Geréb, Parasztháborúk*, p. 210 (partim, Hungarice). — *Szöveggyűjtemény I*, p. 161 (partim, Hungarice). — *Történelmünk a jogalkotás tükrében* p. 150 (partim, Hungarice).
- Ann.** Hi articuli nondum in litteris genuinis seu in extractis, sed in codicibus variorum decretorum (eg. Codex Ilosvayanus in Bibliotheca Hungariae Nationali Széchényiana

Sed aut Codex Kollárianus in Archivo Hungariae Nationali) etiam supersunt. At codicum scriptores singulis articulis numerum ac nomen seu titulum inscribebant, quae Corpus Iuris Hungarici non neglexit, ideo — quamquam textus eorum non comparavimus — praeter versuum articulorum etiam numeros in altera margine proferebamur. Litterae, quomodo inter se cohaereant, hoc stemmate illustrantur:



Nos Wladislaus Dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, Ramae, Servie, Gallicie, Lodomerie, Comanie Bulgariaeque rex necnon Slesie et Lucemburgensis dux ac Moravie et Lusacie marchio memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod cum nos in animo nostro sepe revolvissenus considerassemusque pericula omnia, que hucusque huic Hungarie regno nostro ab infidelibus hostibus illata sunt, ruinas quoque et desolaciones castrorum finitimorum atque eciam tumultum illum nefandissimum, quem plebs rustica superiori estate intra ipsius regni nostri viscera contra optimates et omnem nobilitatem cum summa et plane inaudita crudelitate concitaverat, multorum insignium virorum cede ac multi sanguinis effusione memorabilem, omnes preterea perturbaciones alias, in quibus status eiusdem regni nostri non

202: 5 Slesie S || 6 ac *supra scr.* Z | marchioque Moravie et Lusacie etc. CNS || 8 significamus N || 9 nos cum C || 12 regno Hungarie N || 14 ruinasque C | et *om.* N || 16 nefandissimum NSZ || 19 nostri *om.* Z | viscera S || 20 sumptima S || 23 fusione CMNSZ || 25 in]seu S | in quibus *supra scr.* M

30 sine magno incommodo hucusque fluctuavit, ex ea potissimum causa manasse, quod ordo, sine quo nulla unquam res publica bene gubernata esse legitur, ab omnibus et rebus et officiis sublatus esset et per arreptam hoc pacto licenciam omnia cum maxima tocius regni oppressione prepostere et quasi confuso quodam turbine agerentur.

35 Propterea miserati tam graves calamitates tamque acerbas clades predicti regni nostri generalem dietam et conventum universis dominis prelati et baronibus ceterisque regnicolis nostris pro festo beati Luce evangeliste proxime preterito indiximus atque celebravimus.

40 Ad quem congregatis omnibus cum huius modi conventus causas ipsis explicassemus et cum hys nonnulla, que nobis salutem eiusdem regni nostri concernere videbantur, proposuissemus, hortati eos fuimus, ut ipsi quoque super hys omnibus consultarent et quicquid Deo imprimis optimo gratum predictique regni publico bono proficuum ac salutare foret, concluderent.

45 Prefati itaque domini prelati et barones ac ceteri regnicole nostri accepta mente nostra cum diu multumque super hys rebus consultassent, tandem collatis sententiis et re conclusa quosdam nobis articulos communi voto et consensu parili — demptis articulis facta criminalia et honestatem clericalem concernentibus, ad quos ipsi domini prelati consentire non potue-

27 incon- Ch || 28 post fluctuavit add. commotus fuit C || 30 unquam om. N || 33 areptam N || 34 cum]eum S | maxime S || 35 forte post oppressione in marg. add. et transverse non recte C || 36 supra confuso scr. commixto C || 37 miserti Ch || 38 tanque S || 41 et om. Ch || 44 induximus N || 48 ys N || 51 proposuissemus corr. M | eos]eias S || 53 quitquid Z || 54 inprimis Z | in primo Ch || 58 et]ac N || 59 ac]et M || 61 his C | rebus]eos S || 62 tandem S || 63 rebus conclusis N || 65 parilli S || 67 concernencia S

70

runt — formatos atque compositos nostre obtulerunt maiestati.

75

Supplicantes debita cum instantia, ut eos nos quoque acceptare et approbare et litteris nostris inseri facientes confirmare eciam dignemur.

80

Asserentes eos tales fore, per quos rite tamen observatos et ordo rebus omnibus reduci et status totius regni in suo splendore servari pericula quoque omnia ingruentia propelli ac adempta per hec tempora quies et securitas omnibus restitui posset.

85

Qui quidem articuli hoc modo sequuntur et sunt tales:

Item ut omnia dudum conclusa et impresenciarum quoque concludenda rata maneant atque firma et debitum sorciantur effectum, regia maiestas de consensu dominorum prelatorum ac baronum et regni nobilium unum capitaneum generalem eligat, qui mandante sua maiestate cunctos rebelles et publicis constitutionibus reluctantes puniat atque in omnibus rebus executionem debitam faciat et se generalem capitaneum regiae maiestatis nominet atque scribat, ut iuxta mandatum regium cunctas executiones pergat, dempto duntaxat exercituacionis negocio diu modus et ordo exercituacionis in serie decretorum manifeste conscriptus est et alias numerus iobagionum dominorum baronum et nobilium, iuxta quem exercituare tenentur, facile investigari poterit et exquiri, ideo tales, qui aut gentes suas non miserint ad terminum per regiam maiestatem ad id prefixum aut miserint, sed non in

70 -tullerunt N || 71 supplicantes S | instantia iusticia N || 74 confirmari N || 76 fore]esse C || 80 supra ingruentia scr. ***nencia C || 81 ac]et S || 85 sequitur Z | et — tales om. S

pleno numero vel non tales miserint, quales servare debent, ipse
 115 dominus capitaneus per semet ipsum punire possit.

Et ut omnia negocia regiae maiestatis ac regni sano consilio
 et matura deliberatione atque provisione de caetero dirigantur, maiestas
 120 sua regia consilium suum ita reformet, ut quicquid ad suae maiestatis et regni sui commodum attinet, nil in consilio obmittant et
 125 nemini parciant secretaeque et quiete omnia tractent. Et si quando caeteri domini prelati ac barones extra dietam generalem advenerint, valeant quidem in consilium
 130 regium ingredi, tamen ad negocia, quae facta regiae maiestatis ac totius regni spectant, tangere dinoscuntur, se se ingerere non possint.

Item ad castrorum finitimorum
 135 conservationem et banderii regalis erectionem per totum hoc regnum singulis de sessionibus iobagionalibus regiae maiestati venturo in anno singuli centum denarii exigantur et sine omni remissione de
 140 cunctorum dominorum et nobilium bonis administrent ita, utpote dicentur. Verum tamen si intra unam portam plures essent domus
 145 distinctae, de quibus dominis terrestribus census annuales solventur, extunc illae quoque domus dicentur.

Ne autem propter multitudinem
 150 libertinorum subsidium istud regium decrescat et diminuatur, woyniei in comitatibus duntaxat <de> Walko, <de> Posega, Silimiensi, Chanadiensi, Themensi, Bachiensi, <de> Bekes, de Zarand, Orodien
 155 ensi et de Thoronthal ab ipso subsidio sint exempti, nam domini eorum cum istis woynicis solent

134 *in marg.* modus dicacionis de portis singulis florenus I J

160 contra hostes ad bella procedere
 ita tamen, ut isti woynici debeant
 servitio ad castra finitima; caeteris
 vero in locis woyniczi seu libertini
 dicentur et ad rationem libertino-
 165 rum servitorum ex centum portis
 quinque portę, defalcentur et rela-
 xentur. Verum si quispiam nobi-
 lium viginti iobagiones non habe-
 ret, ut unus illi relaxari deberet,
 extunc famulus eius, quem victu
 170 et amictu tenet, relaxetur.

In secundo anno similiter fiat,
 nam in tercio anno dieta generalis
 celebrabitur, in qua iterum de
 facto providebitur.

175 Item illi quoque quinquaginta
 denarii regiae maiestati et castris
 finitimis nuper dicati et iam pluri-
 bus in locis exacti iuxta modum,
 quo dicati sunt, ubilibet admini-
 180 strent et exigant et dentur ad manus
 eorum, qui ad hoc sunt deputati.

Item ad eorundem castrorum
 finitimum reformationem uni-
 185 versi domini prelati ac barones
 proceresque et nobiles regni ratione
 et in sortem singularum viginti
 sessionum iobbagionalium singu-
 lum unum florenum per semet
 ipsos manibus domini capitanei
 190 generalis dare teneantur, quos
 idem capitaneus ad reformationem
 eorundem exponere et tandem raci-
 onem superinde prestare debe-
 bit atque tenebitur.

195 Et nichilominus ultra hoc do-
 mini prelati ex proventibus eorum
 decimalibus, pretextu quorum gen-
 tes conservant, quidquid dare po-
 200 terunt, se se benevole daturos polli-
 centur; pollicentur eciam se daturos
 operam et id effecturos in eorum
 diocesibus, ut beneficiati omnes —
 qui gentes non tenent — decimam
 205 partem suorum proventuum ad id
 contribuant. Capitula vero quae
 gentes tenent, solum vigesimam

iobagionum solvant. Verum ad huius
modi vigesimam non iobagiones
taxentur, sed domini et nobiles ca-
pitulaque per se solvere teneantur.

210

1

215

220 Ut autem curia quoque maiesta-
tis regiae bene gubernetur et tam
oratoribus extraneorum principum
quam etiam aliis illam frequen-
tantibus honeste provideri possit,

225 universi proventus regie maiestatis
fodine et omnes camere salium, fodine auri et argenti civitatesque regie
de facto remittantur et computata ratione, si cui sua maiestas adhuc
aliqua summa tenebitur, illam cum tempore ex eisdem proventibus re-
fundat ita, ut medietas proventuum regie maiestati cedat et reliqua
230 medietas illi, apud quem in arenda vel pignore fuit.

De tricesimis autem et civitatibus regis apud dominum Iohannem
waywodam habitis aliter est provisum. Ex quo regie maiestati et regno
multa et preclara impendit servicia et inter alia castrum Themesiense
per Georgium Zekel valida obsidione cinctum eliberavit, Laurencium
235 presbiterum debellavit et rusticanam breviter colluviem exterminavit.
Proinde ut tam regia maiestas proventus suos et civitates quam etiam
dominus waywoda pecunias suas rehabeat, ex pecuniis exercitualibus
seu ad rationem conservacionis gencium binis post se se vicibus per annum
exigendis semper decem denarii — qui in toto viginti denarios faciunt —
240 ad manus ipsius domini waywode assignentur.

Et huius modi viginti denarii de omnium dominorum et nobilium regie
etiam et reginalis maiestatum atque propriis ipsius domini waywode
bonis exigantur. Et mox rehabita pecunia sua capitali tam tricesimas
quam etiam civitates regales dominus ipse waywoda remittere teneatur.

215 sacri CChM || 217 -sequa CCh | -secuta NS || 221 -que om. N || 222 -ducantur Ch || 223 inprimis Z || 225 ac]et ChMNS | post vigesime add. necnon NZ | fodine N || 226 camer Ch || 227 remittantur N | computa Z || 228 sumpma S | tenebitur corr. M || 229 post reliqua add. pars vel N || 230 post vel add. in ChM | vel]et J || 231 regis N | Ioannem CNZ | Iohannem om. J || 232 wayvodam CSZ | provisum corr. S || 233 Themesiense N || 234 liberavit N || 235 rusticanam Ch | coluviem Z || 236 tam]eam N | etiam om. J || 237 waywoda CJSZ | peccunias N | peccuniis N || 238 post per del. ag J || 239 exigendo J | denarios S || 240 waywode CSZ | assignent J || 242 reginalium Ch | waywode CS || 243 exigant J | pecunia N | capitali corr. J || 244 waywoda CS

2

De cetero vero regia maiestas proventus suos regios

sine consensu et deliberacione sui
consilii ordinati

nemini inscribat qualicumque necessitate adurgente. Nam si quis domi-
norum aut nobilium huius modi proventus regios pro se inscribi fecerit,
250 summa illa de facto amittatur. Et insuper in estimacione talis proventus
vel civitatis regie fenerator ille convincatur.

Ittem ne capitaneus ille gene-
ralis propriis suis sumptibus exe-
cutiones faciendo deficiat et ad
255 expedienda negocia sibi commissa
impotens et insufficiens existat,
penes pecunias regiae maiestati
oblatas et penes pecunias exercitua-
les, quae duabus vicibus in anno
260 exigi debebunt, semper decem de-
narii numerentur, qui in toto vi-
ginti denarios per unum annum
faciunt et illi viginti denarii mani-
bus ipsius capitanei pro salario
265 atque stipendio suo dentur atque
de cunctorum regiae scilicet et re-
ginalis maiestatum necnon domi-
norum et nobilium bonis reddantur.

Et hic capitaneus universa castra
270 finitima semel in anno per se ipsum
— si poterit — aliter autem per fa-
mulos suos speciales et quidem
iuratos visitare teneatur. Maxime
qui illorum reformationi et restau-
275 rationi ex vigesimis et aliis proven-
tibus prenotatis superintendere de-
bebit, de victualibus pulveribusque
et ingeniis similiter.

Pulveres autem maiestas regia
280 ex civitatibus Moraviae et Silesiae
disponere poterit, cuprum vero ad
ingenia conficienda dominus Geor-
gius Thurzo dare teneatur.

Et huius modi officium capitanea-
285 tus ad venturam usque duntaxat
dietam pro festo beati Georgii
Apr. 24 martiris celebrandam in tercio anno
primo hac fronte durare debeat ita,
ut si maiestati regiae et regno huic

246 consensu om. N || 248 ad- supra scr. M || 249 aut del. J || 250 summa S | ammit-
tatur Ch | amitatur N

290 utile bonumque videbitur eciam de
caetero fiat, alioqui(n) autem aliter
ex novo superinde providendum
erit de dominis consiliariis similiter
est intelligendum.

295 Ittem dominus capitaneus per
regiam maiestatem electus coram
maiestate sua regia ac dominis et
regnicolis super eo, quod quic-
quid sibi exequendi demandabitur,
300 absque omni favore et personarum
acceptione exequatur, iuramentum
prestare teneatur. Et domini quo-
que consilarii similiter iurent, ut
quicquid ad incrementum regiminis
305 maiestatis regiae regnique huius
commodum et libertatem facien-
dum agnoverint, super his rebus
in eo ipso consilio fideliter tracta-
bunt, prout illis coram clarius est
310 verbis declaratum.

3

Ne autem super bonis et pro-
ventibus ac iuribus possessionariis
regalibus dubium suboriri possit,
ea hic annotare placuit. Sunt igitur
octo imprimis civitates libere vide-
licet Buda, Pest, Cassovia, Poso-
nium, Tirnavia, Barthfa, Eperyes
et Sopronium, preterea Vetus Bu-
da, Strigonium, Alba Regalis,
Lewchovia, Zakolcza, Cibinium et
Zegedinum, item Comani et Philis-
stei omnes necnon Wyssegrad cum
duabus insulis Chepel scilicet et
altera Ros appellata infra Wyss-
egrad usque Megyer adiacentibus,
insuper Cremnicia, Sebnicia, Bi-
stricia, Zolyom cum ceteris civi-
tatibus montanarum ac Rivulum
Dominarum et castrum Hwzth

294 post intelligendum fert Et quod — provideant quas voces in versibus 1207—1209
invenire potes aequae una cum parte eiusdem tenoris ceterarum litterarum J || 305 post
huius del. in J || 311 In marg. eiusdem temporis manu: [de] civitatibus liberis regie
maiestatis *** Ch || 315 inprimis C || 316 Bwda N | Pesth CNSZ | Posonium]Pos-
sonium corr. S || 317 Thirnavia Z | Barthffa NMZ | Bartffa CS | Eperies ChS || 320
Lewchowia S | Leuchovia C || 321 Philistei et Comani NSZ | et om. C | Philisteique C ||
322 Wyssegrad Ch || 324 apellata Z | Wyssegrad Ch || 326 Bistriczya N | Bystricia Z || 327
Zolium CN || 328 montarum Z | Rywulum Ch ceterae Rivulum recte: Rivulus || 329 et]ac
Ch | Hwezth Ch

330

cum quinque civitatibus et fodinis salium, omnes preterea tricesime regnorum Hungarie et Sclavonie ac omnes camere salium in eisdem habite necnon castra Munkach, Dyosgyewr, item in Transsilvania Saxones regii, omnes fodine et camere salium et loca earundem fodinarum cum civitate Koloswariensi ac omnes vigesime et cementum ac quinquagesime partibus in eisdem Transsilvaniensibus exigi consuete, deinde castra Gewrgen, Therch et Dewa ibidem adiacencia atque sita.

335

340

- 4 Quantum autem ad damnorum per malefactores tam rusticos quam eciam nobiles partem rusticorum tenentes dominis et nobilibus illatorum refusionem et recuperacionem attinet, quia publice et magna cum multitudine illa patrata et irrogata existunt, ideo in singulis comitatibus penes vicecomites ac quatuor iudices nobilium, duodecim nobiles bone fame et honeste vite atque condicionis per universitatem nobilium firmissimo sub iuramento eligantur, qui ad facies cunctarum domorum et curiarum nobilium accedant ibique universa damna tam in edificiis et structuris quam eciam utensilibus et supellectilibus domorum atque abductionibus equorum, boum aliorumque pecorum et pecudum — in quantum visu considerare et eciam testimonio condigno intelligere poterunt — secundum Deum et eius iusticiam bene ponderare estimareque et limitare et dehinc universitati nobilium sub eodem iuramento referre debeant.

350

355

- Et tandem rustici seu coloni illarum civitatum, oppidorum, possessio-num ac villarum, que damna prenotata intulisse et irrogasse dinoscuntur, in termino per universitatem nobilium ad id prefigendo domino vel nobili leso et damnum passo refundere restituereque teneantur.

360

- Illis tamen dominis, quorum castra hoc disturbii tempore propter malam conservacionem per rusticos sunt intercepta — quia non violenter, sed per dedicionem sunt occupata — restitucio damnorum in hac parte fieri non intelligatur, sed huius modi damna tolerare cogantur.

365

334 post Munkach add. et ChNZ | Mukach Ch | Mwnkach SZ || 335 Dyosgyewr ChM | Transilvania Ch || 338 Coloswariensi Ch | Koloswariensi M || 339 cementum: recte: centesimae || 342 Gerwgen CHM | Gergyn S || 343 in Therch r post supra scr. M | Deva N || 345 In marg. eiusdem temporis manu: qualiter dampna per malefactores illata recuperare debeantur Ch | damnum C | dampnorum ChMNS || 346 rusticorum partem J || 349 vicecomites S | ac]et J S || 350 sub firmissimo J | firmissime C || 352 accedat S | ubique N | dampna JMNS | edificiis ChMZ || 353 utensilibus J | supellectilibus JNSZ | atque]ac N || 354 bovum S | peccorum ChMN | peccudum ChM | visu]usu N | visu] Ch || 355 et]ac Z || 356 in limitare e corr. M || 358 opidorum CZ || 359 ac]et J | dampna JMNS | intulisse N | in -rogasse r supra scr. Z | post dinoscuntur add. et N | dinoscuntur M || 360 per- N || 361 dampnum JNS | teneatur CChM || 362 tamen]autem J | dysturbii Z || 363 -servacionem J | violenter corr. M || 364 deducionem S | occupata Ch | dampnorum JNS || 365 fieri om. J | dampna JMNS | tollerare MNS

5 Si quis vero nobilium diceret res suas aureas et argenteas seu paratas pecunias, que scilicet in luce et in publico vel ad noticiam hominum non fuerunt per rusticos ablatas esse, si superinde evidens testimonium vel probabile documentum produci et afferri non poterit, iuramento mediante ab illis rusticis, qui domum suam invaserunt, eas recuperare debbit.

6 Iuramentum autem huius modi coram ipsis vicecomitibus et iudicibus nobilium ac duodecim electis iuxta eorundem deliberacionem tempore premissæ exequucionis prestare vel si eo tunc nobilis ipse prestare non posset, extunc in sede iudiciaria coram comitibus vel eisdem vicecomitibus ac universitate nobilium deponere tenebitur ita, ut unus nobilis ad decem florenos in hac parte iurandi habeat facultatem.

7 Ubi autem rustici satisfaccionem de damnis prenotatis in termino ipsis prefigendo nobilibus impendere nollent, extunc comes vel vicecomes ac universitas nobilium eos ad satisfaccionem per omnia remedia opportuna — eciam per direpcionem et ablacionem omnium bonorum ipsorum — compellat.

Si vero comes vel vicecomes cum universitate nobilium insufficiens esset, quia aut dominus colonorum resisteret aut rustici in oppido vel civitate munita rebellarent, extunc capitaneus ipse generalis per litteras regie maiestatis ad litterariam requisicionem

regia maiestas ad

et supplicacionem

390 comitum vel vicecomitum et iudicum ac universitatis nobilium talis comitatus

ammonitus et requisitus amonita et requisita cum gentibus suis ac aliorum circumiacencium comitatum et dominorum huius modi civitates et oppida villasque et rusticos ad premissam satisfaccionem compellere faciat.

Et propter rebellionem illorum eciam capitaneo regie maiestati tantum solvant — si habebunt — quantum nobili leso et damnificato solvere tenebuntur, primo tamen nobili fiat satisfaccio.

8 Item super homagiis quoque nobilium interemptorum idem est sciendum atque faciendum, ut scilicet oppida, civitates seu ville, que tempore occisionis interfuerunt et consenserunt, homagia omnium nobilium hoc tempore disturbii necatorum persolvere teneantur.

366 dicit J | argenterias CNSZ | paratas corr. M || 367 pecunias N | et]vel Ch M | in² om. J | post vel add. ante J | ad noticiam]in noticia J || 369 afferri]asserri Ch | asserrri M || 370 eas]res J || 372 vicecomittibus S || 374 exqucionis C | execucionis N || 375 comittibus S | eiusdem ChN || 377 habeant Ch || 378 dampnis JS | dampnis]campis N | per- N || 379 ipsis om. J | nolent N || 380 oportuna CJZ || 381 per direpcionem]direp- cione CJMZ | dirrepcione Ch | per om. NS | ablacione CChJM | suorum ChMN || 383 cum]aut ChM | universitas ChM | nobilium supra scr. Ch || 384 esset om. Ch | post quia del. aliquid et infra scr. aut C | opido C || 389 supplicacionem S || 390 et]ac J | ac]et J || 393 circumad- Ch || 394 et¹ om. Ch | et¹]ac J | opida C | villas Ch || 395 -pelere N | faciant S | faciat]teneatur J || 398 dampnificato MNS || 399 tenebunt Ch | debebunt CM || 400 ittem N || -emtorum Ch || 402 ocisionis J || 403 dysturbii Z | pre- S

Si vero rustici de alio comitatu damna huius modi vel homicidia intulisse reperiuntur, extunc comes, vicecomes
 405 etc. | ac universitas nobilium
 alterius comitatus per litteras horum comitis, vicecomitis ac iudicum nobilium requisitus teneatur ex parte illorum rusticorum lesis satisfactionem impendere modo predeclarato.

9

415

420

425

430

435

440

Quoniam autem nonnulli super eiusce modi damnorum rectificatione contententes eciam innocentes et innoxios ad damnorum solutionem compellere moliebantur asserentes et allegantes duos aut tres, quinque vel sex personas non potuisse de una villa seu oppido mala patrare, si reliqua multitudo aut communitas illis non consensisset, ideo facientes et consencientes pari pena debeant puniri.

Hoc licet verum sit consensu deliberato et malicioso, quia tamen rusticus unus alterius potestati non subest, ut alterum aut compellere ad male agendum aut retrahere pravis ab operibus possit et alias equitatis ratio dicat, ut rei et culpabiles puniantur, innocentes autem salvi maneant.

Propterea declaratum et statutum est, quod solummodo culpabiles et rei — non autem innocentes — condemnentur sic videlicet, ut si de una villa aut oppido quatuor vel quinque aut plures comperti fuerint esse in culpa et malorum patratores, solum illi aut capitali sententia aut damnorum solutione puniantur, ceteri vero salvi manent et illesi.

404 dampna JNS | huius modi damna ChM | tullisse N || 405 reperiuntur C || 407 ac om. J || 408 requisiti C | illorum om. Ch | ipsorum J || 411 dampnorum MNS | -fficatione S || 413 dampnorum MNS || 414 compelle Z | mollebantur Ch | mollebantur N || 415 aut]vel ChM || 417 seu]sive Ch | opido C || 419 aut]seu N | consensissent Ch | consensisset M | consensset N || 424 potestate ChS || 426 post compellere add. aut S || 428 equitates S || 429 culpabiles]curpabiles corr. M || 431 proptea Z | est et statutum ChZ || 432 post culpabiles del. cumperti N || 434 condemnentur SNZ || 435 opido C || 436 vel]aut N | cumperti N || 439 aut om. C | dampnorum MS || 440 maneant om. N

10

445

450

455

11

460

12

470

475

480

Ubi autem coloni et rustici inter se discordes fierent, ut duo aut quatuor, quinque vel sex etc. communitati et e converso communitas illis dumtaxat personis culpam impingeret, extunc dominus terrestris — si in propinquo est — aut officialis eius mox et sine omni dilacione iudicium et iusticiam inter tales faciat et partem illam, quam in culpa esse cognoverit aut scilicet seorsum aut coniunctim ad damnorum solucionem compellat et adstringat.

Quodsi dominus ipse vel officialis facere nollet, extunc ad requisicionem et supplicacionem comitis vel vicecomitis aut universitatis nobilium talis comitatus regia maiestas bona illa et iura possessionaria talis domini vel nobilis occupari faciat usque ad iustam et debitam satisfaccionem.

Ceterum ubi aliquis dominorum terrestrium bona mobilia et res dominorum aut nobilium apud manus rusticorum reperta abstulisse vel eciam proprias res rusticorum suorum hoc pretextu, ne damna illata reddere possent, diripuisse conpertus fuerit, vice versa reddere teneatur, ne dampnificati domini vel nobiles in damno permittantur. Quodsi dominus ipse terrestris facere recusaret, extunc bona et iura possessionaria talis per regiam maiestatem modo prencato occupentur et tamdiu teneantur, donec dampnificatis satisfactum fuerit effective.

442 et post inser. Z | et om. N | rusticique NZ || 443 ut]vel Z | aut supra scr. C || 447 -pingerent NZ || 450 dilacione omni C || 451 faciant ChMN || 452 -noverint ChN || 453 coniunctum N || 454 dampnorum MS | -pellant N || 455 et adstringat om. CChM | astringat SZ | astringant N || 458 suplicacionem S || 460 nobilium om. C || 462 occupare CZ || 463 faciant Ch | debitam et iustam ChM || 467 aut]et ChMNZ || 468 -tullisse N || 469 proprias eciam Ch | res om. Ch || 470 dampna NS || 471 possint C | -repuisse S || 473 dampnificatis NS || 474 dampno S | -mittantur N || 479 tandiu CChMSZ || 480 dampnificatis NS

13

485

Et quod sub hoc colore publici malefactores non evadant, sed — prout limitatum et conclusum est — ubique puniantur, sed providendum semper est, ne innocentes condemnentur.

14

490

Item quamquam omnes rustici, qui adversus dominos eorum naturales insurrexerunt, tanquam proditores capitali pena sint plectendi, ne tamen tot sanguinis effusio adhuc sequatur et omnis rusticitas, sine qua nobilitas parum valet, deleatur, statutum est, quod universi capitanei et centuriones et decuriones concitatoresque aliorum rusticorum ac manifesti homicide nobilium, preterea violatores virginum ac mulierum omni gracia semota occidantur et ubilibet extirpentur.

495

Ceteri autem rustici refusis et persolutis damnis ac homagiis prenotatis in personis eorum salvi maneant.

500

Attamen ut huius modi prodicionis eorum memoria atque temporalis pena etiam ad posteros ipsorum diffundatur et transeat et quam enorme facinus sit in dominos insurgere, omne seculum agnoscat, amodo deinceps universi rustici in hoc regno ubilibet residentes demptis civitatibus liberis et muratis, que maiestati regie fideles fuerunt,

505

et illis quoque exceptis, qui penes dominos eorum et sacram coronam regni huius in vera fidelitate perstiterunt cum aliisque sceleratis rusticis in hac sedicione non participaverunt,

510

per hanc infidelitatis ipsorum notam amissa libertate eorum, qua de loco in locum recedendi habebant facultatem, dominis ipsorum terrestribus mera et perpetua rusticitate sint subiecti neque de cetero contra voluntatem et consensum dominorum suorum de loco in locum recedendi et se se moraturos conferendi habeant facultatem.

15

515

Preterea singuli rustici uxorati — sive sessionati seu domos habitantes sive autem inquilini sint — per singulos annos dominis eorum terrestribus singulos centum denarios unum florenum auri facientes quinquaginta scilicet ad Georgii et residuos quinquaginta denarios ad Michaelis ar-

485 sed]si N || 486 est semper NZ || 487 condemnentur NS || 488 *In marg. eiusdem temporis manu:* rustici exempti Ch de fidelibus rusticis quoque non tangit pena S | item]caeterum J | quamquam CJMN | quique N | adversos S || 489 -surexerunt NS || 490 tot]tanta J || 491 parvum S | et]ac J || 492 ac]et J || 493 *post mulierum add.* nobilium J || 494 extirpentur ubilibet C || 495 dampnis JNS | omagiis N || 496 personas N | permaneant J || 497 *ut supra scr.* Z | modi *om.* J || 498 posteros]pastores Z | eorum ZN | diffundantur Z || 500 *post regno add.* Hungariae J || 501 *et om.* N | regie maiestati Ch | fideles *in marg.* S || 502 *et]ut N* || 504 huius regni NZ || 505 -que]quoque Z | sceleratis ChS | rusticis — infidelitatis *in marg.* N || 506 participarunt N | *supra* participaverunt *superfluum signum abbreviandi* C || 508 ipsorumque N | notam — qua *om.* N | eorum]ipsorum Z | qua]quae J || 509 autoritatem J || 511 recedendi *om.* CChM || 513 *In marg. eiusdem temporis manu:* quod rustici dominis eorum terrestribus censum solvere teneantur Ch | habentes N || 514 autem]aut ChM || 515 centum *corr.* M | auri *om.* J || 516 ad]a C | *et om.* S | denarios *om.* N | denarios *supra scr.* Z

Sept. 29 changeli beatorum festa ubilibet solvere teneantur. Et si alicubi locorum plures quam centum denarios hactenus solvere consuevissent, talis census per hanc constitutionem diminutus esse non intelligatur.

JNSZ

CChM

- 16 Item qualibet hebdomada singulo uno die |
dominis ipsorum servire teneantur.
- 17 Item singulis mensibus singulum unum pullum dominis eorum dare sint obligati.
- 18 Item de omnibus terre nascenciis sive metantur sive falcentur, pre-
525 terea de vinis dominis ipsorum nonas seu nonam partem ultra decimas prelati eorum debitas solvere teneantur ita, ut ex decem capeciis segetum seu decem cubulis vinorum rustico octo manebunt.
Quantum tamen ad decimas attinet, solummodo de illis segetibus, quibus hactenus consueverunt, decimas dare solvereque debebunt.
- 19 Item singulis annis duos anseres unum videlicet tenerum ad pentheco-
Nov. 11 stes et alterum antiquum ad beati Martini episcopi et confessoris festa dominis ipsorum solvant.
- 20 Item de qualibet villa usque decem sessiones iobagionales continente
Dec. 25 vel eciam minus ad festum natalis Domini unum porcum saginatum,
535 ubi vero ultra decem fuerint, de singulis decem sessionibus singulum unum porcum similiter saginatum dare teneantur ceteris eciam proven-
tibus dominorum et nobilium ultra hec hactenus dari et percipi consuetis salvis permanentibus.
- 21 Et quod mulieres vidue — que vices iobagionum gerunt — eciam alteri
540 nubentes preter dominorum suorum permissionem recedere nequeant. Puella tamen et alie mulieres vidue, que apud alios habitant vel aliter vices iobagionum non gerunt, nuptui libere tradantur et recedant, filios tamen si nobiles habuerint, secum abducere non possint, immo si propter teneram etatem mater filium secum abduceret, nichilominus tamen filius
545 ipse perfecta seu nubili etate adveniente ad habitacula sua pristina redire teneatur.
- 22 Item quod universi inquilini infra triennium ab omni solutione cen-
suum exempti et supportati sint et interea domos pro se construere in
seriemque et numerum ceterorum iobagionum se se collocare et compu-
550 tare teneantur. Nam aliter — si domos edificare nollent — eciam apud alios residentes census floreni unius dominis eorum terrestribus solvere teneantur. Si autem aliqui eorum domos proprias modo quoque inhabitarent et res ultra valorem trium florenorum exceptis hereditatibus habent, tales eciam de presenti ad solutionem censuum instar aliorum

517 festi C || 518 actenus N || 519 post per add. p C | non supra scr. M || 520 ebdomada JNSZ ||
524 In marg. eiusdem temporis manu: quomodo none et decime solvantur Ch | de corr.
S || 525 ipsorum dominis N | partem nonam N || 526 capecii Ch || 528 tamen | autem Ch ||
529 actenus N || 530 item bis Ch | pentecostes Ch || 533 iobagiones Z || 534 vel om. J ||
535 ubi | si J | singulum om. N || 536 eciam | autem J || 537 hoc Ch | hactenus om. J | consueta
J || 539 In marg. eiusdem temporis manu: ne puer cum matre adducatur Ch || 540 permis-
sione Ch || 541 aliter corr. J || 542 iobagionum vices J S | filios om. Z || 543 imo ubique J |
imo N || 544 abducent N || 545 etate om. J || 546 teneantur N || 549 -que | et S | ceterorum
om. Ch || 550 edificare ChSZ

- 555 colonorum et rusticorum huius | iobagionum
regni de caetero
compellantur
et sint obligati.
- 23 Et quod Philistei et Comani ac ceteri iobagiones regie maiestatis ubi-
560 libet residentes — demptis civitatibus liberis et muratis — tam ad cen-
sum et munerum nonarumque solucionem quam eciam servciorum
exhibicionem instar aliorum colonorum et rusticorum huius regni de
cetero teneantur et sint obligati.
- 24 Item quod nemo de rustica progenie natus de cetero
565 episcopatum vel episcopalem di-
gnitatem eciam titularem aut vica-
riatum vel eciam aliter ecclesiasti-
cam prelaturam seu dignitatem
praeter simplicem canonicatum
570 consequi possit, aliter si quis eorum
eligeretur, huius modi electio seu
promocio nullius sit firmitatis et
universos proventus talis rusticani
cleri capitulum pro se tollendi et
575 inter se se dividendi habeant autho-
ritatem.

25

580

585

590

Item hoc expresse nichilominus
declarato, quod articulus de ioba-
gionum ulteriori non recessu vel
commigracione prescriptus et pre-
declaratus, quia plurime maxime-
que incommoditates et quotidiana
fere iurgia pretextu abductionis
et retencionis iobagionum haecenus
suboriebantur, eque ad omnia loca
ac universos iobagionalis et plebeie
condicionis homines ubilibet intra
limites regni huius et parcium sibi
subiectarum residentes referatur
et intelligatur ita, ut de cetero
iobagionum amissio vel abduccio
per omnia cesset perpetuoque abo-
leatur et extincta maneat semper.

559 Et quod — obligati *post versus* 576 *fert* J | et²ac J | ac]et JN || 560 mutatis N | ad
om. S | census ChM || 561 munerum]numerum S || 562 instat N | et om. N || 564 de
cetero]decreto N || 566 ob perpetuam om. N || 568 -moveantur N | -moventur Z | et —
promoveretur *bis* M || 569 illis Ch || 575 dividendi]dividendi *corr.* J | *post* autoritatem
fert versus 559—563 J || 577 nichilominus om. N | nichilominus *supra scr.* Z || 579 *post*
iobagionum *del.* abd Ch | *ulteriori corr.* S | vel *supra scr.* M || 580 comigracionem N | con-
migracione Z || 582 incommoditates et *corr.* S | quotidiana C || 583 iurgia fere Ch || 584
iobagionales S | actenus N || 585 -oriebatur N || 586 plebei CChMNZ || 590 *post et del.* I
M || 591 abmissio Z | abmisso NS || 592 cesset]esset N | oboleatur C

Verum de civitatibus liberis regie maiestatis et dominorum in alias civitates similiter liberas eorundem commigratio iobagionum prenotata inter se se per hanc constitutionem interdicta non intelligatur.

Item ordinatum est, quod

26

si quis potentum

aut alterius cuiusvis status et condicionis hominum

iobagiones quorumpiam manu violenta aut aliter contra dominorum suorum voluntatem abduceret, extunc ille, cuius iobagio abduceretur, acceptis penes se uno ex iudicibus nobilium ac aliis quatuor nobilibus illius comitatus, ubi iobagio abductus reperietur, qui omnes sub pena solucionis singulorum centum florenorum per comites vel vicecomites ac ceteros iudices nobilium immediate et irremissibiliter partim pro se, partim vero actori exigendorum requisiti venire tenebuntur, nisi gravi detineantur egritudine vel inevitabili prepediantur necessitate, postquam hoc et id, quod scilicet violenter et contra voluntatem suam fuisset iobagio suus abductus, sufficienter verificari et eundem iobagionem in facie talis oppidi vel talis ville constitutum nobilibus ipsis presente dicto iudice nobilium demonstrare poterit, extunc

dominus ille vel nobilis

amoneatur ad reddendum

qui si una cum rebus suis, reddiderit,

una cum rebus suis, qui si reddiderit,

nichilominus pro violencia — sufficienter tamen prius comprobata — solvat centum florenos

partim comitibus vel vicecomitibus ac iudicibus nobilium, partim autem ipsi actori.

Quibus solutis — si postea eundem iobagionem

aut res eiusdem

apud se temere retinebit — amittat locum illum, in quem iobagio ipse abductus est sive sit civitas sive oppidum sive villa sive porcio. Cuius tertia pars cedat illi, cui violencia illata est, due partes relique maneant

regie maiestati.

595 et]ad Z || 597 commigratio Z || 598 se C || 599 intelligantur N || 600 *In marg. eiusdem temporis manu*: de violenta abductione et detencione iobagionum et pena contra tales Ch de iobagionibus violenter abductis C || 601 *inde incipit* A | qui vero J || 602 alterius om. N | et]aut N || 604 -ppiam ChM || 605 adduceretur Z | abducent N || 606 accepto Ch | ex om. J || 607 iobagio om. A | pena om. J || 609 ac]et A | cetero N | immediate ACh N | et]ac CChM || 611 prepediant N | post A || 612 et]ad ChM || 613 verificare N || 614 opidi CS | talis² om. ACh | presentibus J || 617 amoneat A | admoneatur JN | ammoneatur C | *in* admoneatur a prior supra scr. Z | ad reddendum om. A | redendum N || 618 una — suis om. A || 620 sufficienter om. A | comprobata Z || 623 ac]vel CM | ac]et Ch | autem]vero NZ || 626 aut — eiusdem om. A || 627 locum illum amittat A | amittat ChZ | amittat N | iobagio — oppidum]abduxit sive sit oppidum sive civitas J | iobagio — est] abduxit A || 628 opidum C | post]porcio add. possessionaria N || 629 pars tertia AJ | maneant om. A || 630 maiestati etc. et *inde usque ad versus* 660 om. A

27 Si vero officialis in scio et ignorante domino suo huius modi violenciam commiserit et id verificari poterit neque dominus in ea re partes officialis sui tutatus fuerit, teneatur officialis violenciam solvere et dominus requisitus iobagionem abductum ad sua bona restituere sub pena premissa.

635

Si autem dominus ipse in remotis ageret et officialis suus ipso in scio patraret violenciam et in retinendo illo contra amonicionem perseveraret dominusque suus ob absenciam requiri non posset, talis officialis pro violenciam solvat centum florenos et pro retinendi temeritate amittat

640

bona sua, si que habet nobilitaria.

Si vero rusticus est ipse officialis, tradatur

| per dominum suum

ad manus eius, cuius iobagio fuit per illum abductus, qui si non tradetur, amittatur locus ille, quo iobagio fuit abductus.

645

Ubi vero diceret dominus eiusdem officialis eum ad manus tradere non posse, quia aufugisset, iuramento

| coram comitibus, vicecomitibus et iudicibus nobilium talis comitatus

se expurget, quod postquam sibi violenciam ista innotuit, detinere eum non potuit et si non iurabit, homagium illius persolvat.

650

Domini vero prelati, si violenciam huius modi fecerint aut facere procuraverint, pro violenciam solvant similiter centum florenos et si perseveraverint in retinendo iobagione abducto, quia bona ecclesie amittere non possunt, in estimacione loci illius, in quem abduxerunt, convincantur.

655

Hoc tamen addito, quod illi vel fratribus illius, qui iobagionem alterius violenter abduci fecerat, regia maiestas ipsas duas partes

| bonorum suorum

donare non possit, ne per hoc abduccio prenotata inulta pretereat et impunita maneat.

660

AJ

CChMNSZ

28 Si autem rusticus quispiam salto vel furtim discederet, ille — in cuius bonis reperietur — ad amonicionem et requisicionem domini sui per unum vel duos ex iudicibus nobilium fiendam restituere teneatur. Nam si reddere recusaverit, cum posset et hoc — modo antelato — verificari poterit, extunc penam de violenter abductis prenotatam subibit.

665

631 nescio Ch | et ignorante om. J || 634 in abductum ab post inser. Z | bona sua Z || 636 autem]vero NZ | ipse om. Z | agetur J | nescio Ch | post in scio del. domino S || 637 pararet N | et om. CChM | admonicionem CJ | perseveraverit J || 638 -que om. J || 639 violenciam S | et supra scr. Ch | et om. J | amittat N || 640 nobilitatem N || 641 ipse]tempore J || 643 tradiderit J | tradetur N || 644 amittatur Ch | amittatur N || 645 officialis eiusdem non posse ad manus eum tradere C | non posse eum ad manus tradere ChM | eiusdem officialis dominus non posse ad manus tradere J | non posse ad manus eum tradere NS | eiusdem officialis non posse eum ad manus tradere Z || 646 affugisset N || 647 comittibus S | vicecomittibus Z || 649 violenciam sibi ChM || 650 persolvat CN || 652 solvent S | similiter solvant ChM | florenos centum Z || 653 amittere ChJ | amittere N | anotare S || 657 abduci violenter ChM | fecerit]fecerat corr. Z | fecerit N || 659 donari NZ || 661 In marg. eiusdem temporis manu: de iobagionibus furtim et saltim (incerta lectio) discedentibus Ch de iobagionibus furtim recessis C | inde continuatur A | si]ubi A | autem]vero C | recte: saltu || 662 ad amonicionem]admonicione C | monicionem ChMS || 664 recusaret Ch | hoc om. A

Ubi autem abinde quoque iobagio ille furtim vel aliter discederet, super hoc — quod post amonicionem factam illum detinere non potuit — si dominus illius possessionis in propinquo erit, per se, si vero absens fuerit vel in longinquo agit, officialis suus iuramentum prestare tenebitur et si prestare noluerit, homagium illius actori persolvat et comites ac vicecomites satisfaccionem superinde modo prenotato impendant.

J

CChMNSZ

29 Si vero civitates libere vel munite sive Comani sive Philistei aut alii iobagiones regii in medium eorum iobagiones cuiuspiam violenter abducerent aut furtim illuc ipsi iobagiones confugerent et per iudices nobilium cum aliis quatuor nobilibus prenotatis modo antelato requisiti huius modi iobagiones abductos vel fugitivos

una cum rebus eorum

reddere nollent, extunc iudex et iurati cives talis civitatis et ville, quia bona regia per hoc alienari non possunt, pro quolibet iobagione in du-

centis florenis adversus nobilem

vel alium actorem
et insuper in homagiis talium iobagionum adversus comites vel vicecomites et iudices nobilium ipsius comitatus, ubi id fieri contingit, convincantur et iidem comites vel vicecomites cum iudicibus nobilium ex parte illorum satisfaccionem impendere et iobagionem reducere teneantur. Si autem eciam hac pena persoluta iobagionem reddere nollent, extunc eciam secundo et terciario ad restituendum amoneantur et quociens reddere recusarent, tociens penam prenotatam incurrant et persolvere teneantur.

Si vero iobagio aufugeret, quod post amonicionem detinere illum non potuerunt, iudex et iurati cives

coram ipsis comitibus, vicecomitibus et iudicibus nobilium

iuramentum prestant et si non prestiterint, homagium persolvere debent modo predeclarato.

Super oppidis eciam et bonis ecclesiarum, quantum ad iobagiones fugitivos, idem est sciendum atque faciendum et si temerarie retinuerint, tandem in estimacione illius loci convincantur.

666 ubi — persolvat om. A | post autem add. dominus J || 667 post om. N | admonicionem CM | factum Ch | no N | poterit ChM || 669 fuit J | suus officialis J || 670 actori | nobili J | comes AJ || 671 vicecomes | vicecomites corr. J | post vicecomes add. et iudices nobilium A | super- post inser. S | pretacto A | impendant J | impendant | impendere debeant A | inde usque ad finem om. A || 672 In marg. eiusdem temporis manu: quod civitates libere iobagiones dominorum et nobilium nusquam abducere presument sub pena specificata Ch | si | ubi J | vero | autem C | vel | seu Ch | sive² | aut J | aut | vel J || 674 ipsi iobagiones illuc C | per om. J || 678 cives J ceterae om. | et² | aut J | et² | vel NZ || 679 post bona add. illa CChM | qua- M || 682 comitem J | vicecomitem J || 683 et — nobilium om. N | illius ChM | fieri | feri Z | convincatur S || 684 idem C | comes J | vicecomes J | cum iudicibus nobilium | et iudices nobilium Ch || 685 teneatur J || 686 iobagionem J || 687 et terciario om. Ch | ammonicionem CJ | quociens JN || 688 recusaverint JNZ | tociens JN || 690 auffugeret NSZ | ammonicionem C | illum detinere Z || 696 opidis SZ | fugitivos Z || 697 retinuerint Ch || 698 convincatur S

30 Et si rusticus fugitivus aut violenter abductus per dominum suum in
700 campo vel alibi detineri poterit, libere detineatur et ad pristina sua ha-
bitacula

reducatur.

31 Ubi autem comites vel vicecomites cum iudicibus nobilium et univer-
sitate nobilium ad restitutionem huius modi pene insufficientes fierent,
extunc in loco communi penes litteras eorundem comitum vel vicecomi-
tum et iudicum nobilium quilibet colonorum et inhabitatorum talis
civitatis aut oppidi vel ville cum rebus suis arestari et ad satisfaccionem
710 compelli possit.

cum omnibus rebus suis, que in
manus domini sui incidere possunt,

Contra ipsos vero comites et vi-
cecomites, si per se ipsos prestarent
occasionem premissarum violen-
ciarum, universitas nobilium modo
predeclarato procedat et si ad
ipsam exequucionem seu proces-
sum insufficientes videbitur, tunc
maiestas regia superinde requisita
illam peragere et peragi facere
dignabitur.

32 Et quod persone quoque seculares contra ecclesiasticas civitatesque
liberas et iobagiones regio solummodo in pena prenotata et non in amis-
sione possessionis aut ville convincantur.

33 Item quia nemini dubium, quod preterita afflictio rusticana peccatis
725 nostris exigentibus permittente Deo illata est, peccata autem ex eo cre-
verunt, quod semper impunita manserunt. Inde latrocinia, furta, homi-
cidia, adulteria, falsarum monetarum cusiones, incendia aliaque malorum
genera multiplicata fuerunt. Propterea

statutum est, quod

730 in omnibus et singulis comitatibus huius regni prenotati vicecomites,
iudices nobilium ac duodecim electi iurati, qui ad revisionem et recupera-
cionem damnorum fuerint deputati, firmissimo sub iuramento universos
eiusce modi malefactores tam scilicet nobiles quam eciam ignobiles ex-
quirere de illorumque nominibus experiri et in registrum conscribere et
735 eos tandem iuxta ipsorum demerita punire debeant.

Preterea de nobilibus quoque illis, qui rusticis

699 aut]ac N || 700 detinere N || 705 *In marg. eiusdem temporis manu:* quod civita-
tenses ad litteras comitum vel vicecomitum et iudicum nobilium ubique arestari possint
Ch | comes J | vicecomes J | nobilium om. CChM | et]ac CChM || 706 requisicionem
Ch | insufficiens fieret J || 707 communi Z | comitis J | vicecomitis J || 708 et² om. N ||
709 opidi C | vel]aut J || 711 vero ipsos ChM | comites et *supra scr.* C || 716 exequucionem
NS | exequucionem C || 721 presone S || 723 *post* convincantur *add.* etc. C || 724 preteri-
ta]priediarna J | rusticana om. J || 725 illata]illa Z || 727 cusiones CZ | excusiones N ||
730 comitatibus]civitatis CChM | *post* vicecomites *add.* et CChM || 731 duodecem
S | electi N || 732 dampnorum NS | fuerint]sunt J | fuerunt NZ || 733 huiusce Ch ||
734 nominibus]nobilibus S || 735 eorum S || 736 ipsis J

in ipsorum premissa tumultuaria
insurreccione

- adheserunt et partem illorum tenuerunt cum eisq[ue] participaverunt,
 740 veritatem pariter inquirant et eos omnes, qui culpabiles inventi fuerint,
 in registrum similiter conscribant atq[ue] sub eorum sigillis regie maiestati
 mittant, ut tandem iuxta seriem huius modi registri illi tanquam pro-
 scripti omnibus eorum bonis et iuribus possessionariis destituantur et
 745 ad occupationem eiusce modi bonorum vigore donationis regie exinde
 iam facte vel fiende processus amplior non sit necessarius neq[ue] requira-
 tur, sed quilibet iuste talia bona impetrans eisdem de facto pociatur.
 Ne malefactores impuniti maneant et ne innocentes condemnentur!
 Multi enim nobilium in manus rusticorum incidentes, ne per eos occide-
 rentur, illis adheserunt et se se subdiderunt, postquam tamen potuerunt,
 750 mox illos reliquerunt et ab eis aufugerunt et tales condemnari non
 debent.
- 34 Et quia omnes fere nobiles comitatus Maramarosiensis partem rusti-
 corum tenuisse et cunctis eorum pravis perniciosisque actibus partici-
 passe dicuntur, ideo super illis in comitatibus de Wgocha et de Bereg
 755 fiat veritatis inquisicio prenotata.
- 35 Et quod regia maiestas bona talium sceleratorum nobilium dominis
 | et magnatibus
 — qui eciam alioquin satis habent — non conferat et si iam contulisset,
 huius modi collacio nullius sit firmitatis, sed illis donet, quorum fratres
 760 aut patres per rusticos occisi sunt; item illis, qui maiestati sue et regno
 in campis et exercitibus armata manu vel castris fideliter servierunt;
 preterea illis, qui ex rusticis parentibus nati sunt, sed penes ipsorum
 dominos et nobiles fideliter et probe servierunt eisq[ue] in ipsorum peric-
 ulis astiterunt, ut eciam reliqui rustici fideliores hoc exemplo reddantur
 765 et dominis eorum de cetero fervencius obsequantur.
- Et si quis bene impetrata bona illis, quorum fuerunt, favore remitteret
 vel gratis tanquam particeps sceleris, eadem pena condemnetur.
- 36 Et quod gracia regia tam rusticis malefactoribus, quantum ad perso-
 nas eorum, quam eciam nobilibus eisdem rusticis adherentibus et partem
 770 eorum modo antelato tenentibus, quantum ad bonorum ipsorum recu-
 peracionem, iam forsitan facta vel fienda suffragari non possit, sed om-
 ninio iuxta eorum demerita puniantur, ut de cetero eciam alii per hoc
 exemplati a vera fidelitate non discedant.

738 insurreccione SZ || 741 registro Ch || 742 ut]et J || 745 iam om. Ch | inquiratur J ||
 746 impetranda C | pociantur CCh | pociatur]pociantur corr. M || 747 ne om. C | con-
 demnentur CNS || 750 derelinquerunt CChM | auffugerunt NSZ | condempnari M
 NS || 752 Maramarus- ChM | Maromarus- CZ | Maramaros- J | Marmorus- N | Maro-
 noros S | partes Ch || 754 ido Ch | super]semper N | in om. CChM | Vgocha M | Wgochia
 J | de² NSZ ceterae om. | Beregh J || 755 prenotata supra scr. Z || 756 sceleratorum ChM
 S || 758 quia N | -tullisset N || 759 huius modi collacio om. J | ipsis S || 760 item om. CCh
 M || 763 et¹]ut Ch | serviverunt Z || 764 aliqui J || 765 -sequentur CChM || 766 si supra
 scr. N | bonis J | remitterent CChM | remitent N || 767 particeps N | sceleris ChS |
 condemnentur NS || 768 In marg. eiusdem temporis manu: de gracia regie maiestatis vide
 etc. Ch | post tam del. ram M || 769 pertem Z || 770 illorum JZ | modo antelato om. J ||
 771 vel]seu Ch | facienda J

775 De reliquis quoque malefactoribus in ipsis iudiciis seu exequucionibus comitatum proscribendis idem est intelligendum, ut omnes semota gracia puniantur ceterique in posterum terreantur et ad similia perpetranda facinora se se non apponant.

37 Ubi vero eiusce modi malefactores rustici existentes de bonis aliquorum ad manus comitum, vicecomitum ac iudicum nobilium ad infligendam 780 illis penam a iure statutam non assignarentur, dum requirerentur, extunc in homagiis eorundem convincantur serveturque modus et ordo in amonicione et requisicione huius modi, qui super capitaneorum centurionumque et decurionum etc. rusticorum punicione conscriptus est.

785 Et preterea ubicunque et per quemcunque tales malefactores sive nobiles sive rustici existant, comprehendi poterunt, penes litteras comitum ac vicecomitum et iudicum nobilium superinde confectas omni gracia semota occidantur

J

NSZ

CChM

necarique valeant
atque possint.

38 Item quia plures nobilium per rusticos etsi non interempti, tamen capti et diversis eciam cruciatibus ac verberibus affecti fuere, ideo iidem rustici, qui vel de quibus locis hec patrarunt, homagia talium nobilium viva

J

CChMNSZ

hoc est centum florenos auri

795 restituere teneantur limitacione pretactorum vicecomitum et iudicum nobilium et aliorum duodecim electorum hominum mediante.

39 Et ante omnia prenominati capitanei, centuriones, decuriones concitatoresque et seductores rusticorum necnon manifesti homicide nobilium stupratoresque puellarum et violatores mulierum tempore, quo 800 super damnis illatis exequucio fiet, per antefatos vicecomites et iudices nobilium ac duodecim electos in singulis comitatibus resciantur et consignentur atque per eos, in quorum bonis modo latitant vel si in remotis illi agerent, per officialem et si officialis quoque abesset, per iudicem et iuratos cives et si idem iudex et iurati cives essent tales malefactores, 805 per universitatem colonorum ad intimacionem et requisicionem ipsorum

774 exequucionibus C || 775 perscribens N | post est add. et CChM | ut]et J || 776 in om. S | imposterum ChJMZ || 777 opponant Ch || 779 comittum J || 780 a iure]aliud est S | statutum S | requireretur S || 781 convincatur S || 782 et]ac J | post huius modi del. s M | centurionum capitaneorumque Ch | centuriorumque J || 783 etc.]et J | post punicione add. superius est N | conscriptus om. N | constitutus C || 784 ubicunque ChMZ | et—quemcunque om. J || 786 ac]vel CChM | ac vicecomitum om. N | omni]omni S || 788 que om. S | possint atque valeant Z || 790 In marg. eiusdem temporis manu: rusticus verberando nobilem homagium solvat cuinam Ch || 791 verbebribus Ch | verberis Z || 792 idem C | locis supra scr. S | hoc J || 795 limitacionem N | post pretactorum add. quatuor J | vicecomitum et om. J | et]ac NZ || 796 duodecim]quatuor J | mediante bis C || 799 puellarum]virginum CCh | post mulierum add. nobilium J || 800 dampnis S | exequucio NMS | exequucio C | -fatos]-latos Ch | -fatis S || 801 restituantur Z || 802 eos, in quorum] illorum corr. M | post bonis add. in quo ChM || 804 idem CMZ | iurati om. Z

vicecomitum et iudicum nobilium ac duodecim electorum ad locum sedis iudicarie comitatum ad primam scilicet sedem importentur ibique capite condemnentur.

40 Verumtamen super capitaneis mera rei veritas inquiratur, si quispiam
810 illorum sponte vel proprio motu capitaneatum suscepit vel autem compulsive et metu alios rusticos processit. Nam si coactus processit penam capitalem non meretur.

41 Si qui autem contrarium facere presumerent sive domini seculares ac
815 nobiles sive autem civitates libere vel munitate sive Philistei vel Comani aut alii iobagiones regii sive officiales aut oppida vel ville ecclesiarum pro quolibet tali malefactore in singulis quadringentis florenis convincantur. Et tocies, quociens requisiti ad infligendam penam dare et importare illos noluerint, in ipsa pena solucionis quadringentorum florenorum

820 | partim hys, contra quos excesserunt, partim vero

comitibus, vicecomitibus et iudicibus nobilium condemnentur. Fiatque exequucio per omnia, sicuti de iobagionibus

| de cetero violenter

abducendis

825 | et aufugiendis haberetur superius expressata.

42 Ubi vero quispiam talem malefactorem aufugisse et post amonicionem non potuisse comprehendere allegaret, ille iuramento decimo se, si nobilis fuerit, si ignobilis quadragesimo se iuxta scilicet homagium expurget et si non iurabit, homagium eius persolvat.

43 Si qui vero comitatum cupiunt et a regia maiestate postulabunt super
830 exquirendis et extirpandis prenarratis omnibus malefactoribus tam scilicet nobilibus quam ignobilibus, sed et illis nobilibus, qui rusticis adhaeserunt et partem illorum tenuerunt, iudicium generale seu palatinale per maiestatem suam celebrandum concedatur, prout habetur in decreto.

44 Item quod omnes rustici, qui hoc disturbii tempore preter dominorum vel dominarum ipsorum voluntatem discesserunt, per comites ad pristina eorum habitacula simul cum rebus eorum reducantur et in huius modi reductione servetur modus et ordo, qui in nova abductione iobagionum

dicti regni Hungarie consuetudinem atque legem rite et legitime devo-
luta esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis suis utilitatibus et
pertinenciis quibuslibet premissis — sicut preferitur — stantibus et se
habentibus memorato Andree de Bathor heredibusque suis et posteri-
30 tatibus universis vigore aliarum literarum nostrarum donacionalium
superinde confectarum in perpetuum contullerimus velimusque eundem
in dominium eorundem bonorum per nostrum et vestrum homines
legitime facere introduci.

Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus,
35 quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo
presente Benedictus Ewry aut Albertus Iklody vel Benedictus Beregy
de Papos ve Blasius Jarmy aliis absentibus homo noster ad facies pre-
scriptorum universorum bonorum et iurium possessionariorum vicinis
et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presen-
40 tibus accedens introducat prefatum Andream de Bathor statuaturque
eadem et easdem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis
quibuslibet premissis nostre donacionis titulo ipsi incumbentes perpetuo
possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui
fuerint, evocet eosdem contra annotatum Andream Bathory ad ter-
45 minum competentem nostram personalem in presenciam racionem con-
tradictionis eorundem reddituros et post hec huius modi introductionis
et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum vicinorumque
et cometaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus termi-
noque assignato, ut fuerit expediens, dicte nostre personali presencie
50 fideliter rescribatis!

Datum Bude feria quinta proxima ante festum beate Katherine vir-
ginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.
In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro magnifico
Andree de Bathor cubiculario nostro introductoria et statutoria. Lecta.

1515
Mart. 2 Execucio facta est feria sexta post festum Mathie apostoli; homo
regius Blasius de Jarmy, testimonium frater Iohannes de Bechi nullo
contradictore inibi apparente in Thwkod introduxerunt magnificum
Andream.

Mart. 3
60 Item sabbato immediate sequenti ad facies predictae porcionis Genczy
accedentes introduxerunt similiter eundem Andream sine contradiccione
facta.

17 post Genchy del. aliquid || 18 in in marg. || 54 recte: Andrea

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut Iohannes Dési in dominium possessionum, quarum litteras se tempore insurrectionis amisisse dicit, introducat.

A in charta 29,5 × 28 cm (v. in tabula exemplarium no 32).

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 27408 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, D no 15).

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 229.

B transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 23 Novembris anno 1515 in charta 29 × 34 cm manca in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 27409 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, D no 3).

C transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 23 Novembris anno 1515 in membrana 41 × 29,5 cm perforata cum scissuris sigilli pendentis editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28022 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, D no 1).

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut egregius Iohannes Deesy de Themeshel in dominium totalium possessionum Waskapw, Posa et Erdekwth in de Doboka necnon totalium porcionum possessionariarum in possessionibus Iklod, Poklosthelke,

⁵ *Losad, Olnak, Budya, Hydalmas, Zenthgyergh, Chebernye et Warmezew in eodem de Doboka, item Zenthiwan, Pynthek et Gyrolt in de Zolnok Interiori et Ewr vocatis in de Colos comitatibus parcium regni...*

Transsilvanarum existencium habitarum, in quarum pacifico et quieto dominio idem Iohannes Deesy genitorem suum, sed et se ad hec usque

¹⁰ *tempora perstitisse persistereque et ea bona possidere asserit eciam in presenciarum litteras eciam et litteralia instrumenta super huius modi possessionibus et porcionibus possessionariis habuisse, sed superioribus temporibus, quibus gens rusticana per hoc ipsum regnum... insurgens varia maleficia, enormitates et alia multiplicia malorum genera patret,*

¹⁵ *per ipsam eandem gentem rusticam partim conflagrata, partim vero dilacerata vel aliter disperdita dicuntur... nove donacionis titulo*

introducatur.

Datum Bude in profesto beate Catherine virginis et martiris anno

Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum ipsius regis

²⁰ *Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.*

209: 3 litterae C alio ordine, quam AB, possessiones numerant. || 13 post insurgens add. ut C || 16 nove om. AB

Conventus ecclesiae de Kolozsmonostor nobiles dominas se obligasse, quae summam pecuniae mutuo sumptam et propter cruciferos insurrectos plene non persolutam ad terminum sint exsoluturae, testatur.

In charta 21,5 × 24,5 cm.

Sigilli vestigium in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28684 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare).

Nos conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra memorie commendamus, quod nobiles domine Penthek appellata relicta nobilis olim Nicolai de Lwpsa et Angaletha filia eiusdem consors videlicet nobilis Andree de Hosdath coram nobis personaliter constitute sponte per easdem confessum extitit in hunc modum, quod quia ipse circa festum ascensionis Domini in anno Domini millesimo quingentesimo decimo tercio transacto preteritum ab egregio Iohanne Lwlyay camerario Cibiniensi septuaginta quinque florenos in paratis pecuniis nomine veri mutui et restitutionis sub spe levassent et recepissent, quos eidem ad festum beati Galli confessoris novissime preteritum plenarie persolvere assummsissent, tamen adveniente ipso termino predicto scilicet festo beati Galli confessoris dictos septuaginta quinque florenos propter disturbiorum tempora, que ex cruciatorum consureccione acciderant, plene et integre persolvere nequivissent, sed dumtaxat viginti septem florenos ex eisdem persolvissent, residui vero quadraginta octo floreni adhuc per easdem solvendi forent, quos quidem quadraginta octo florenos ad festum ascensionis Domini proxime affuturum prelibato Iohanni Lwlyay integre persolvere assummsissent, ymmo assummserrunt in nostri presencia tali modo, quod si ad ipsum festum ascensionis Domini proxime affuturum plene persolvere nollent aut non possent modo aliquali, extunc elapso ipso termino domine N et N solum vigore presencium in amissione prescriptorum viginti septem florenorum convicte habeantur ac insuper prenominatus Iohannes Lwlyay totalem porcionem earundem dominarum Penthek et Angalethe in possessione Lwpsa in comitatu Thordensi existenti habitam cum cunctis suis utilitatibus solum vigore presencium in et pro septuaginta quinque florenis titulo pignoris occupandi et tamdiu eodem titulo pignoris tenendi atque possidendi fructusque et utilitates percipiendi, donec scilicet et quousque eundem de et super ipsis septuaginta quinque florenis eidem plenariam impenderint satisfaccionem, omnimodam habeat potestatis facultatem harum nostrarum testimonio litterarum mediante.

Datum in festo beate Katherine virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

In dorso: Lwpsa in Thorda.

210: 21 domine — insuper *in marg.* [N et N *sc.* Penthek et Angaletha || 26 in — florenis *supra scr.* || 28 ipsis — quinque]pretactis quadraginta octo *corr.* || 29 plenariam — satisfaccionem]domine plenarie contemptum reddiderint *corr.* || *in fine del.* ac insuper in amissione prescriptorum viginti septem florenorum persolutorum convicti habeantur eo facto

Vladislaus II rex Hungariae Sophiae consorti Ladislai Dana possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, denuo donat.

In membrana 33,5×31 cm perforata maculataque.

Sigilli vestigium rubrae cerae sub textu impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 107682 (ante: Archivum familiae Eötvös).

Ann. Grates agimus Petro Németh archaeologo Musei Comitatum Szabolcsiensis Szatmáriensisque in Nyíregyháza pro litteris istis.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos ad humillimam supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum nostre per eos pro parte et in persona nobilis domine Sophie
 5 cons[or]tis Ladislai Dana de Bagd filie videlicet condam domine Elene alias consortis olim Stephani de Wemer propterea porrectam maiestati totales porciones suas possessionarias in possessionibus Chathar, Ewlweth ac Halazthelek in de Bekes necnon Bagd et Wemer predictis ac Symonkerek, Saap, Bewgewe et Panaz vocatis in Byhoriensi comitatibus
 10 existentes habitas, in quarum quieto et pacifico dominio eadem domina Sophia progenitores suos ab antiquo legitime perstitisse seque ipsam eciam de presenti persistere litterasque et litteralia instrumenta factum earundem porcionum possessionariarum tangentes et concernentes suffi-
 15 cientes habuisse, sed ea hys disturbiorum temporibus, quo scilicet tempore rustici et iobagonalis condicionis homines huius regni nostri in perniciem et ruinam tocius vere nobilitatis tumultuabantur, per eosdem rusticos ablata dilapidataque et deperdita esse asserit, ittem totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem porcionibus possessionariis,
 20 possessionibus in predictis existentibus qualitercumque haberemus aut eedem nostram ex quibuscumque causis, viis, modis vel racionibus concernerent maiestatem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinen-
 25 cenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque
 30 decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentes premis-
 35 sisque — sicut prefertur — stantes et se habentes memorate domine Sophie ipsiusque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contullimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigy
 40 faciem[us], dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria secunda pro[xima] post festum beate Katherine virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo sexto, Bohemie vero quadragesimo sexto.

Dextra subter: Relacio magistri Philippi prepositi secretarii regie maiestatis et *inferius:* Philippus More s(ecretarius).

In dorso: Registrata folio 16 anno etc. 1514.

Vladislaus II rex Hungariae nobilibus de Mártonfalva possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et eos nobiles facit mandatque conventui ecclesiae de Kolozsmonostor, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur.

- A** in membrana scriptae, sigillo ex filis pendenti consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.
 Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Armales no 5.
 Ed. *Monumenta Heraldica* III, no 23.
- B** in charta 31,5 × 26,5 cm.
 Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26522 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, C no 16).
- Ca** transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 14 Novembris anno 1515 in charta 42 × 28 cm manca dilacerataque, in dorso consignata editum.
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26521 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, C no 5).
 Ed. *Történelmi Tár* 5 (1904), p. 231.
- Cb** transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 14 Novembris anno 1515 in membrana 43 × 29,5 cm sigillo pendenti destituta editum.
 Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Bánffy.

A

BC

Vladislaus II rex Hungariae

ex relatione . . . Pauli Thomori
 castellani castri Fogaras . . . nobi-
 libus Iohanni, Gabrieli et Michaeli
⁵ Cheh filiis . . . nobilis quondam
 Valentini similiter Cheh de Mar-
 thonfalva . . . totales porciones
 possessionarias duas videlicet ses-
 siones nobilitares in possessione
¹⁰ Marthonfalwa, item unam sessio-
 nem similiter nobilitarem in pos-
 sessione Rawas vocata una cum
 duabus sessionibus nobilitaribus
 in possessione Iwanfalwa appellata
¹⁵ eisdem per magnificos condam
 Petrum Gereb palatinum regni
 istius . . . ac Mathiam similiter
 Gereb alias regnorum . . . Dalma-
 cie, Croacie, Selavonie banum . . .
²⁰ donatas . . . item quatuor sessiones
 iobagionales ex fassionibus nobili-
 um dominarum condam Brigide . . .
 nobilium Casparis de Bolya ac
 Catherine Francisci filii Michaelis

*conventui ecclesiae de Kolozsmonos-
 tor mandat, ut nobiles Iohannes,
 Gabriel et Michael Cheh filii . . .
 nobilis condam Valentini Cheh de
 Marthonfalwa in dominium tota-
 lium porcionum possessionariorum
 duarum videlicet sessionum nobili-
 tarium in possessione Marthon-
 falwa, item unius sessionis similiter
 nobilitaris in possessione Rawas
 vocata una cum duabus sessionibus
 iobagionalibus in eadem Rawas,
 item aliarum duarum sessionum
 nobilitarium in possessione Iwan-
 falwa appellata eisdem per magni-
 ficos condam Petrum Gereb pala-
 tinum regni istius . . . ac Mathiam
 similiter Gereb regnorum . . . Dal-
 macie, Croacie et Selavonie banum
 . . . donatas . . . ittem quatuor
 sessionum iobagionalium in predic-
 ta Marthonfalwa ex fassionibus no-
 bilium dominarum condam Brigide*

212: 13 iobagionalibus — sessionum *supra scr. B* || 22 in predicta Marthonfalwa
supra scr. B

²⁵ Mihalfy de Gezt consortium pro
nece condam Benedicti Byro ipso-
rum vitrici in predicta Marthon-
falwa et rursus decem sessiones
³⁰ iobagionales in dicta Iwanfalwa
per . . . nobiles Sigismundum fi-
lium condam Pancracii de Bolya
et alterum Sigismundum similiter
de Bolya perhemnaliter eisdem in
³⁵ certa pecuniarum summa inscriptas
omnino in comitatu Albensi Trans-
silvanensi existentes et habitas,

olim Gasparis de Bolya ac Katheri-
ne Iohannis Baladffy consortium
pro nece condam Benedicti Byro
vitrici ipsorum *datarum* . . . rursus
decem sessionum iobagionalium in
dicta Iwanfalwa per nobiles Sigis-
mundum filium condam Pancracii
de Bolya et alterum Sigismundum
de Bolya perhemnaliter eisdem in
certa pecuniarum summa inscripta-
rum omnino in comitatu Albensi
Transsilvanensi *existencium* et ha-
bitarum,

in quarum pacifico dominio se ipsos persistere asserunt eciam de presenti,
sed litteras et litteralia eorum instrumenta superinde confectas et ema-
⁴⁰ nata in ista preterita rusticorum sedicione et insurreccione Chanadini
pro securiore eorum custodia et conservacione reposita rustici et homines
populares penitus destruxerunt et incinerarunt . . . nove . . . donacionis
titulo

*donat eosque heredes et poste-
45 ritates utriusque sexus universas
a statu ignobilitatis et rusticitatis,
in quo hactenus fuere, de regia . . .
potestatis plenitudine et gracia
speciali eximens . . . in veros nobi-
50 les huius regni preficit.*

introducantur.

Datum Bude in festo beati Andree apostoli anno Domini millesimo
quingentesimo decimo quarto regnorum *ipsius regis* Hungarie etc. anno
vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

1514 Decembris 4 — Buda

213

*Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat,
ut Iohannes Bánffy in dominium illorum possessionum, qui castrum Valkó nomi-
natum rusticis insurrectis tradiderunt, introducatur.*

In charta 29,5 × 35 cm perforata aquaque maculata.

Sigillum rubrae cerae impressum et scida tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula
sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26841 (ante: Archivum conventus ecclesiae de
Kolozsmonostor regnicolare comitatus Colos B no 94).

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 233.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
conventui ecclesie de Kolosmonostora salutem et gratiam!

26 Iohannis Baladffy]Francisci — Gezt ac consortium Francisci de Gezth corr. B ||
29 decem]octo corr. B || 39 post sed add. et C | eorum supra scr. Ca | post emanata add.
quas et que C || 52 regnorum — quinto supra scr. Ca

Cum nos considerantes fidelitatem et fidelium serviciorum merita, fidelis nostri egregii Iohannis Banffy de Lossonecz, que ipse sacre imprimis
5 huius regni nostre Hungarie corone et deinde maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia fideliter exhibuit et impendit, universa bona possessiones porcionesque et que libet iura possessionaria egregiorum Petri et Andree Banffy ac nobilis Andree Porcy castellani castri Walko ubivis et in quibuscunque comitatibus huius regni nostri Hungarie atque eciam in partibus Transsilvanis
10 existencia et habita, que ex eo, quod iidem superioribus diebus postposita fide et fidelitate eorum nobis et sacre corone nostre debita, rusticane plebi, que contra nos et hoc regnum nostrum sub nomine cruciate insurrexerat, adherentes et partes ipsorum foventes inter alia plurima
15 mala per eos commissa castrum prefatum Walko ad manus eorundem popularium et malefactorum tradidisse, ubi tandem universe littere et litteralia instrumenta ac privilegia et iura res eciam et bona queque prefati Iohannis Banffy in eodem castro habita ad manus eorundem malefactorum devenerunt et per eos direpta et ablata extiterunt propterque
20 iidem Petrus et Andreas Banffy et alter Andreas Porcy notam infidelitatis incurrisse dicuntur, ad nostram maiestatem consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem atque legem rite et legitime devoluta esse perhibentur et redacta . . . memorato Iohanni Banffy ipsiusque
25 heredibus et posteritatibus universis imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eorundem universorum bonorum per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci . . .

Datum Bude in festo beate Barbare virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

30 *In dorso:* Fidelibus nostris conventui ecclesie de Kolosmonostra pro magnifico Iohanni Banffy de Lossonecz introductoria et statutoria.

1514 Decembris 4 — Buda

214

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut Stephanus Tomori in dominium possessionum, quarum litteras ille tempore insurrectionis se amisisse dicit, introducatur.

In charta 29 × 26 cm lacerata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26523 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, T no 9).

Reg. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 233 (Hungarice).

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut egregius Stephanus Thomory de Chwch in dominium totalium possessionum Chwch . . . ac Galacz necnon porcionum possessionariarum in possessionibus Gabod, Gese et Kewesd vocatis omnino in comitatu
5 *Albensi Transsilvanensi existencium habitarum, in quarum omnium*

213: 10 atque — Transsilvanis supra scr.

quieto et pacifico dominio idem Stephanus Thomory a certis iam annis se perstitisse persistereque eciam de presenti litteras eciam et litteralia instrumenta sufficiencia superinde habuisse, sed tempore proxime preterite insurreccionis rusticorum et malefactorum inter alias suas res direptas et depredatas ea omnia amississe asserit . . . donacionis titulo *introducatur*.

Datum Bude in festo beate Barbare virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum *ipsius regis Hungarie etc.* anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

1514 Decembris 4 — Buda

215

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Nicolaus Barillovics in dominium possessionum illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, introducatur.

In charta 29,5 × 22 cm manca lacerataque.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 32.

Ann. Regi conventus refert no 251.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam!

Quod nos considerantes fidelitatem et servicia fidelis nostri egregii Nicolai Baryllowyth de Hwzth, que ipse sacre inprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibuit et impendit, universa bona possessiones porcionesque et quelibet iura possessionaria nobilium Nicolai et Lazary Zthoyka ac alterius Nicolai filii Georgii similiter Zthoyka de Krysfalwa neonon Benedicti Elekze de eadem, Stephani Romany de Kewesligeth, Iohannis de Waynak et Stephani Merche de eadem ubivis et in quibuscumque comitatibus istius regni nostri existencia et habita, que per notam infidelitatis eorum, quam iidem ex eo, quod diebus preteritis disturbiorum relicta fide et fid[el]itate nobis et sacre corone nostre observanda rusticis, qui sub nomine cruciate insurrexerant et tumultuabantur, adhesisse unaque [cum] illis omne crudelitatis genus in nobiles huius regni nostri exercuisse dicuntur, incurrissent, ad nos consequenterque coll[acionem] nostram regiam iuxta antiquam et approbatam legem atque consuetudinem dicti regni nostri Hungarie rite et legit[ime] devol[ute] esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet sub ipsarum veris meti[s et antiquis exis]tentibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato Nicolao Baryllowyth suisque heredibus [et posteritatibus] universis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus [velimusque eos]dem per nostrum et vestrum homines in dominium eorundem introduci.

215: 3 *recte*: cum

Super quo fidelitati vestre harum ser[ie firmiter preci]pientes commit-
timus et mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio
fide dignum, quo presente Fra[nciscus P]alko aut Georgius de Bylkey
30 sin Franciscus et Benedictus litterati de Hwzth sive Bartholomeus
litteratus de Zygeth alii[s absentibu]s homo noster ad facies universorum
bonorum predictorum Nicolai ac Lazary Zthoyka et aliorum predictorum
ub[ivis et] in quibuscumque comitatibus — ut prefertur — habitorum
vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legittime convocatis et
35 presenti[bus] accedens introducat prefatum Nicolaum Baryllowyth in
dominium eorundem statuaturque easdem eidem simul cum cuncti[s] suis
utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premisse nostre donacionis titulo
ipsi incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum,
contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum
40 Nicolaum Baryllowyth ad terminum competentem nostram personalem
in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec
huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et
evocatorum vicinorumque et commetaneorum, qui premisse introduc-
cioni et statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato — ut
45 fuerit expediens — eidem nostre personali presencie fideliter rescri-
batis!

Datum Bude in festo beate Barbare virginis et martyris anno Domini
millessimo quingentesimo decimo quarto, regnorum nostrorum Hungarie
etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

50 *In dorso:* Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro egregio Nicola
Baryllowyth de Hwzth introductoria et statutoria; lecta.

1514 Decembris 6

216

*Vladislaus II rex Hungariae pro Matthiae Bruz meritis, quae idem in pugna
ad Temesvár reprimendi rusticorum insurrectionem causa meritis erat, eidem
unam nobilitarem sessionem in oppido Lugos nominata existentem donat.*

Reg. *Kövári, Erdély családai*, no 39. — *Pesty, Krassó II/1*, p. 318 (Hungarice).
Ann. Nescitur tamen quo ex fonte sumpsere illi auctores.

1514 Decembris 6

217

*Conventus ecclesiae Lelesziensis Michaellem Belsei Sebastiano et Iohanni
Csobádi possessiones, quas rex Iohanni Sebastianoque propter cruciferatum infide-
litate damnatis ademerat et Michaeli donavit, remisisse testatur.*

In protocollo ex charta confecto scripta esse videtur copia eiusdem temporis simplex ex
copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis
regnicolare, Protocollum parvum fol. 244.

Quod nobiles Michael Belsey de Dobza ab u[na necnon Iohannes] et
Sebastianus Chobady de eadem Dobza partibus [ab altera]*** nobis ve-

29 cf. *Csánki, Történelmi földrajz I*, p. 454 | aut *supra scr.* || 30 sin *supra scr.*

217: 2 lac. 9 circa litterarum

nientes sponte et libere proposuerunt et confessi sunt [in hunc modum,] quomodo ipsi matura deliberacione intra se prehabita quandam [inter se] feci[ssent] compositionem, quod primo idem Michael Belsey universa [bona et] iura possessionaria ipsorum Iohannis et Sebastiani Chobady a regia maiestate tanquam bona infidelium ratione exercitacionis crucifera[tus] ac eiusdem occasione †plurimos actus potenciarios patracionis† sibi ipsi impetrata ipsis Iohanni et Sebastiano fraternali amore ac intrinseca miseracione ductus dono remiserit et concesserit, ideo ipsi Iohannes et Sebastianus in horum recompensam porciones suas totales in possessione prefata Dobza in comitatu de Abawywar existenti habitas in ducentis quilibet videlicet eorum in centum florenis auri eidem prefato Michaeli Belsey usque tempus redempcionis earum pignori duxissent obligandas, quod si qua parcium huius modi composicioni et concordie in toto vel in parte contraire aut quovis modo infringere curaverit, extunc pars non persistens quelibet ipsarum contra se ipsos vicissim in centum florenis auri convinci debeant et convicti habeantur eo facto, ad quod partes ipse eorum personali astancia sponte obligaverunt observans.

20 Datum in festo Nicolai episcopi anno Domini 1514.

1514 Decembris 7

218

Conventus ecclesie Lelesziensis Michaellem Belsei Sebastiano et Iohanni Csobádi possessiones, quas rex Iohanni Sebastianoque propter cruciferatum infidelitatis damnatis ademerat et Michaeli donavit, remisisse testatur.

In protocollo ex charta confecto scripta esse videtur copia eiusdem temporis simplex ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Protocollum II fol. 56.

Nos B(enedictus) Kornys e(piscopus) D(rivastensis) necnon prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod nobiles Michael Belsey de Dobza ab una necnon Iohannes et Sebastianus Chobady de eadem Dobza onera et quevis gravamina universorum filiorum et filiarum ac heredum et eorundem successorum in subnotandis super se levantes partibus ab altera coram nobis personaliter constituti proposuerunt et sponte confessi sunt in hunc modum, quod quamvis idem Michael Belsey de prefata Dobza ratione et pretextu cuiusdam enormi excessus et presertim exercitacionis cruciferatus ipsorum Iohannis et Sebastiani prefatorum occasioneque huius modi cruciferatus †per eosdem diversos actus illicitos et nephandos patratos† universas porciones et iura possessionaria eorundem Iohannis et Sebastiani Chobady ubivis et in quibuscumque comitatibus sitas et habitas a serenissimo principe domino Wladislao Dei gracia rege nostro ad eandem scilicet regiam maiestatem previa ratione condensas tanquam bona, porciones et iura possessionaria infidelium pro se noviter

8 forte: plurimorum actuum potentiariorum patracionis cf. no 218, 11 || 19 post sponte del. astiterunt | obligaverunt supra scr. | recte: observandum

218: 9 recte: enormis || 11 forte: plurimorum actuum potentiariorum patracionis cf. no 217, 8

impetrauerit regieque donacionis titulo in dominium earundem porcionum et iurium possessionariorum se de facto rite et legitime statuerit iure perpetuo possidenda, tamen tum ex ordinativa dispositione certorum proborum et virorum nobilium utilitatem et pacem parcium zelancium interueniencium, medianti, potissime autem annotatus Michael Belsey ex vere et intime fraternalis compassionis, miseracionis, qua uidelicet in prefatos Iohannem et Sebastianum Chobady afficeretur, ductus ad talem mutue composicionis et concordie devenissent finem, quod memoratus Michael Belsey pretaetas universas porciones et iura possessionaria annotatorum Iohannis et Sebastiani Chobady eisdem penitus et per omnia concessisset et condonasset, ymmo concessit, condonavit pureque et simpliciter remisit pacifice manus suas de dominio earundem excipiens coram nobis.

E converso vero prelibati Iohannes et Sebastianus Chobady huius modi accepti beneficii non immemores in recompensam conatum et expensarum ipsius annotati Michaelis Belsey in impetracionem huius modi iurium et porcionum possessionariarum ipsorum — ut dicitur — Iohannis et Sebastiani Chobady effusorum et factarum totales porciones ipsorum possessionarias in possessione dumtaxat Felsewdobza in comitatu Abawywariensi existenti habitas cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus etc. et generaliter etc. prenotato Michaeli Belsey et suis posteris universis in et pro ducentis singuli uidelicet ipsorum seorsum in centum florenis titulo pignoris ipsi possidendas duxissent obligandas et impignorandas salva siquidem una sessione iobagionali propria scilicet domo ipsius prefati Iohannis Chobady in eadem Dobza habita et locata cum utilitatibus ad eandem spectantibus pro se finaliter reimpetratis ab eodem Michaeli Belsey, ymo ipsi Iohannes et Sebastianus Chobady dictas ipsorum porciones possessionarias in prefata Dobza eidem Michaeli Belsey modo quo supra pignori obligaverunt et impignorarunt coram nobis tali modo, ut dum et quandocumque iidem ab eodem easdem porciones ipsorum redimere voluerint, redimendi habeant potestatis facultatem, dictus vero Michael Belsey rehabitis sibi primum a singulis ipsorum Iohannis et Sebastiani Chobady per centum florenos eisdem easdem protinus quovis litis scrupulo et renitencia aliquali semotis remittere et resignare debeat et teneatur eo facto.

Ad que observanda premissa et persistenda partes prefate personali eorum astancia sponte obligaverunt coram nobis tali vinculo obligaminis inter se posito, quod si qua parcium ipsarum premissa composicioni et fassioni in toto vel in parte contraire vel easdem infringere curaret quovis modo, extunc dicti Iohannes et Sebastianus Chobady premissa forte non observantes contra sepe nominatum Michaeli Belsey in ducentis singuli uidelicet eorum in centum, econtra prelibatus Michael Belsey contra illos in ducentis florenis auri ante litis ingressum persolvendis convincentur et convinci debeant eo facto harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum feria quinta in profesto presentacionis virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano mandat, ut libertates oppidorum Dés et Torda vocatorum illaesas conservet, qui enim eas tempore insurrectionis amissas regia ex gratia recuperaverunt.

In charta manca lacerataque scriptae, sigillo sub textu scida tecto consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Dés.

Ed. *Studia* 8 (1955), vol. 5–6 p. 102.

Reg. *Történelmi Lapok* 1 (1874), p. 471.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Iohanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepu-siensis waywode Transsilvano et Siculorum nostrorum comiti ac capitaneo nostro generali necnon vicewaywodis eiusdem salutem et gratiam!

⁵ Expositum est maiestati nostre pro parte et in personis fidelium nostrorum universorum civium et inhabitatorum oppidorum nostrorum Dees et Thordensis gravi cum querela, qualiter plerique essent nobilium et regnicolarum parcium istius regni nostri Transsilvanarum, qui in causis et negociis quantumvis levibus eosdem exponentes contra vetusta iura ac libertates et privilegia ipsis a divis regibus Hungarie nostris scilicet ¹⁰ predecessoribus concessa et per nos eciam eis graciose confirmata median-tibus litteris vestris vestri in presenciam evocare et istic gravibus litibus et expensis gravare et opprimere cepissent allegantes eosdem exponentes libertates et iura ipsorum ipsis superinde concessa ex eo ammississe, ¹⁵ quod scilicet rusticis, qui in partibus illis Transsilvanensibus nuper insurexerant, adhesissent, nam et his quoque diebus proxime preteritis, dum scilicet per tales nobiles iidem exponentes vestri in presenciam evocati fuissent et confisi in libertatibus et privilegiis huius modi ipsorum istic coram vobis comparere noluisent, [ips]os in certis birsagiorum ²⁰ oneribus condemnassetis.

Quum tamen ipsi exponentes a iudicio vestro et aliorum quorumlibet iudiciariorum et iusticiariorum regni nostri in quibusvis causis et negociis eorum vigore lib[er]tatis et privilegiorum huius modi suorum per omnia exempti et supportati habeantur et nonnisi iudicio so[liu]s maiestatis ²⁵ nostre reservati sint premissaque allegacio ipsorum nobilium ad id minus sufficiens vi[detur], quandoquidem ipsi incole non sponte, sed [inviti consorcium ips]orum [rusticorum et] popularium *** [quibus eciam utcunque] excessissent, superinde gratiam fecimus.

Itaque nolentes per hoc oppida ipsa nostra et consequenter eosdem ³⁰ cives, qui alioquin hoc tempore satis et oppressi et damnificati undique exist[un]t, magis per quempiam opprimi seu damnificari et maxime hos, quos solos habemus in manibus, [q]ui scilicet pro nostro et regni nostri privato commodo istic in proventibus salium nostrorum regalium nobis assidue inserviunt, propterea volumus et mandamus fidelitati vestre ³⁵ harum serie firmissime, quatenus amodo dictos cives et incolas nostros ad standum coram vobis iuri ad instanciam dictorum nobil[ium] vel alterius cuiusvis cogere et compellere vel ad evocandos illos in presenciam

vestri litteras vestras cuippiam [da]re minime audeatis, sed ipsos cives
et incolas nostros ab onere huiusmodi insolito in iuribus et libertatibus
40 eorum illesos semper et indempnes conservare et conservari facere modis
omnibus debeatis aliud nulla ratione facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude sabbato proximo [po]st festum concepcionis beatissime
virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo.

45 *Dextra subter*: Relacio reverendissimi domini Petri episcopi Wespri-
miensis thesaurarii regie maiestatis etc.

1514 Decembris 14 — Buda

220

Vladislaus II rex Hungariae Thomam Bakócz cardinalem Strigoniensem legatumque a latere contra nobiles, qui in diaeta propter cruciatam expeditionem accusarunt, protegat. Ipse enim cardinalis pro emolumento regni Hungariae et non interneceione nobilium regni cruces distribuerat regnicolis.

In charta ex commissione propria domini regis scriptas et sub textu rubrae cerae impresso sigillo consignatas esse scimus has litteras.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum familiae Erdődy Galgóciense, lad. 4 f. 1 no 2.

Reg. Márki, Dósa, p. 520 (ex elencho eiusdem archivi).

Ann. Haec fragmenta duobus ex regestis sumpsimus, quia litteras istas in archivo eodem reperire non potuimus. Ex elencho archivi signaturam et textum antiquis litteris impressum, ex regestis autem Belae Iványi (regesta eiusdem in Archivum Hungariae Nationali reperire potes) ad diem, materiam sigillumque attinentia exhausimus.

1514 Decembris 15 — Buda

221

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae omnibus significat se oppido Dés vocato gratiam delicti tempore insurrectionis patrati fecisse.

In charta scriptae, sigillo sub textu scida tecto consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Dés.

Ed. *Studii* 8 (1955), vol. 5—6 p. 103.

Reg. *Történelmi Lapok* 1 (1874), p. 471.

Nos Iohannes de Zapolya comes perpetuus terre Scepusiensis waywoda Transsilvanus et Siculorum comes etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos tum ex gracia nostra speciali tumque petitionibus et intercessionibus egregii
5 Stephani Josa comitis camerarum salium regalium parcium Transsilvanarum inclinati prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ac universis hospitibus et celeristis oppidi Deesiensis capitibus rebusque et bonis ipsorum universis de et super illis illicitis et ineptis actibus,
10 per cruciatos una cum aliis cruciatis contra statuta rei publice enormiter se erigentes certas sediciones excitare facereque veriti non fuissent,

33 minime supra scr. || 46 in thesaurarii t]s corr.

excepto tamen cuiusdam Iohanne Nagh civi consimiliter eiusdem oppidi Dees, qui inter ceteros in excitandis huiusce modi malis insignior et quasi omnium scelerum per eos perpetratorum caput fuisse reputatur et dinoscitur, quem serie presencium ubique inventum detineri et detentum nobis reservari iubemus, gratiam et misericordiam duximus faciendas speciales. Ita tamen quod lesi sive dampnificati eorum lesiones et dampna iure mediante per eosdem requirere valeant atque possint seque de cetero a talis modi nefandissimis actibus immunes studeant preservari, alioquin presens nostra gracia ipsis minime videatur suffragari, ymmo auctoritate regia facimus per presentes.

Quocirca vobis vicewaywodis nostris parcium ipsarum regni Transsilvanarum necnon castellanis, vicecastellanis, comitibus vel vicecomitibus et iudicibus nobilium quorumcumque comitatum, item iudicibus ceterisque iuratis civibus civitatum oppidorumque et villarum cunctisque aliis cuiusvis status et condicionis hominibus in ambitu parcium regni Transsilvanarum ubilibet constitutis et existentibus presencium noticiam habituris harum serie regia in persona firmissime committimus et mandamus, quatenus agnitis presentibus memoratos cives et hospites prefati oppidi Dees racione premissorum criminum et delictorum hac vice qualitercumque patratorem et commissorum contra formam huius modi graciae nostre in personis aut rebus ipsorum quovis modo turbare molestareque seu dampnificare nullatenus presummatis nec sitis ausi modo aliquali presentibus perfectis exhibenti restituti!

Datum Bude feria sexta post festum beate Lucie [virginis et] martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto.

1514 Decembris 18 — Buda

222

Vladislaus II rex Hungariae civitatem Cassoviensem pro eorum fidelitate, qua tempore insurrectionis regi regnoque auxilium, nobilibus autem asylum praebuerant, solvendis censibus viginti annorum regis absolvit.

In membrana 63,5×39 cm.

Sigillum ex filis viridis, rosei violaeque colorum sericeis plicae litterarum insertis rubrae cerae impressum pendet (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Archivum secretum, f. G contributio no 18.

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos digna quadam consideracione nobiscum reputantes inconcussam fidem ac fidelitatem meritaque simul et servicia cumulatissima fidelium nostrorum prudentum et circumspcctorum universorum civium et incolarum spectate civitatis nostre Cassoviensis, quibus iidem se se et ipsam civitatem nostram non nostra solum, sed predecessorum quoque nostrorum divorum condam ac serenissimorum regum Hungarie felicium recordacionum tempestate spectatam atque de toto hoc regno et sacra corona nostra bene meritam reddere studuerunt.

221: 12 recte: quodam

301

Non enim aliud ab officio et fidelitate bonorum et constantissimorum civium ulla unquam temporum memoria egisse comperti sunt, sed ut veros et sinceros sacre corone nostre cives et subditos decet, omnibus omnium temporum tempestatibus atque procellis penes sacram coronam
15 huius regni nostri se se intrepide opposcentes alacriter semper constantissimoque animo civitatem ipsam a manu hostili integram semper ac illesam ad omnes fortune casus huic regno conservarunt. Quam quidem eorum memorandam et constantem fidelitatem tempore maxime felicis susceptionis nostre ad regimen huius incliti regni nostri, quo scilicet civitas
20 ipsa per proprium fratrem nostrum serenissimum condam Iohannem Albertum Polonie regem arctissima obsidione circumcincta fuerat, plurimum illustrarunt. Non enim diuturnitate obsidionis ipsius civitatis quassati, non minarum asperitatibus percussi, non denique fame et inedia victi hostium cervicibus eorum incumbencium impetus curarunt,
25 sed omni prorsus metu periculorum et discriminis vite posthabito se et civitatem ipsam militari egregiaque audacia atque fortissimo animo nobis et huic sacre regni corone constantissime tamdiu, donec nos ipsi cum castris et exercitibus nostris eos ab huius modi obsidione liberavimus, conservarunt.

30 Novissime vero, quum hac proxima estate omnis fere plebs rusticana in hoc regno nostro sub nomine cruciate contra nos et hoc regnum nostrum ad delendam scilicet totam nobilitatem insurrexisset nobisque magna admodum huius modi sedicionis reprimende cura incumberet in eo quoque ipsi cives nostri Cassovienses nobis et huic regno non defuerunt; plures
35 enim nobiles et maioris eciam condicionis homines, ut ipsos et vitam eorum inter tot et tantas procellas conservare possent, intra civitatem ipsam receperunt et tutati sunt; nobis vero et pro defensione proprie persone nostre serenissimorumque liberorum nostrorum usque huc certum presidium gencium una cum machinis et ingeniis bellicis non sine
40 maximis eorum sumptibus miserunt et eo quoque tempore, quo plura huius regni loca sive timore sive perfidia ducti a recto fidelitatis tenore aberrarunt, prefati cives nostri Cassovienses, ut saxum a fluctibus minime fracti sunt, sed semper in fide et fidelitate nobis et sacre corone nostre debita fideliter et constanter perseverarunt. In qua deinceps quoque
45 perpetuo eos permansuros priora fidei et constancie eorum monumenta facile testantur.

Pro quibus omnibus, licet iidem cives nostri Cassovienses maiora a nobis promererentur, nunc tamen quo nos memores saltem suorum apud nos meritorum esse senciant et gratiam ac benivolenciam erga se nostram
50 vel in parte experiantur, licet eisdem eciam antea ad quatuor annos, qui nondum expirarunt, tales libertates exigendis serviciis ipsorum concesseramus, tamen ultra ipsos quatuor annos post illorum expirationem eosdem universos cives et incolas ac totam communitatem ipsius civitatis nostre Cassoviensis atque eciam universos similiter colonos et
55 iobagiones eorum ubivis in villis et possessionibus ad ipsam civitatem nostram Cassoviensem pertinentibus ac in quibuscunque comitatibus existentibus residentes et commorantes ab omni solucione censuum et taxarum tamstrarum quam huius regni nostri ordinariarum scilicet et extraordinariarum, sed et subsidii nostri ac lucri camere nostre nobis
60 sive in medium regnicolarum nostrorum qualitercunque debencium,

iterum infra viginti integrorum annorum spacia a die expirationis dictorum quatuor annorum computando graciosè duximus eximendos et supportandos decernentes, quod nulla unquam tanta possit nostra vel huius regni nostri esse necessitas neque ullus unquam casus, ut ipsi cives nostri, sed et eorundem coloni in dictis ipsorum possessionibus commorantes infra tempus premissum ad aliquam sive census sive taxarum tam ordinariam quam extraordinariam, sed neque ullius subsidii quocunque vocabulo vocitati solutionem artari et compelli possint. Immo eximimus et supportamus presencium per vigorem.

⁷⁰ Quocirca vobis fideli nostro reverendo in Christo patri domino Petro Beryzlo episcopo ecclesie Wesprimiensis thesaurario nostro necnon regnorum nostrorum Dalmacie, Croacie et Sclavonie bano etc. moderno scilicet futurisque thesaurariis nostris eorundemque vicethesaurariis, item dicatōribus et exactoribus quorumcunque censuum et taxarum seu contributionum nostrarum aut subsidii sive lucri camere nostre, preterea comitibus ac vicecomitibus et iudicibus nobilium quorumcunque comitatum, in quibus prescripte ville et possessiones ipsius civitatis nostre adiacent aliis eciam quibuscunque officialibus et exactoribus nostris quocunque tempore constitutis presentibus scilicet et futuris presentes ⁸⁰ visuris harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus post expirationem dictorum quatuor annorum infra dictos viginti integros annos prefatos cives et incolas dicte civitatis nostre Cassoviensis, sed et colonos ac iobagiones in dictis villis et possessionibus eorum commorantes dicare seu connumerare aut ipsos ad aliquam solutionem censuum et taxarum sive nostrarum sive huius regni nostri ordinarium videlicet ⁸⁵ et extraordinarium aut eciam subsidii vel lucri camere nostre artare seu compellere aut ipsos racione previa in personis aut rebus et bonis eorum quibusvis impedire, turbare aut dampnificare nullo modo presumatis, sed huius modi graciosam nostram exempcionem et libertacionem eisdem infra tempus, ut prefertur, premissum viginti annorum illibate ac firmiter observare et observari facere modis omnibus debeatis et teneamini! Et aliud nullo modo facere presumatis! Presentes vero, ⁹⁰ quas maiori secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impendenti communiti fecimus, post earum lecturam semper reddi volumus ⁹⁵ presentanti.

Datum Bude feria secunda proxima post festum beate Lucie virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

¹⁰⁰ W(ladislau) rex

In dorso: Registrata folio 27 anno etc. 1514.

Conventus ecclesiae de Kolozsmonostor ad Iohannem Zapolyai vaivodam Transilvaniae refert, ne introduceretur Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis, quia fama erat eundem proscriptum esse, in dominium castri et oppidi Hunyad appellatorum, contradictum esse.

Aa in charta 22×32 cm duplicata minimeque manca.

Copia eiusdem temporis simplex.

Ab in charta 29,5×44 cm.

Conceptus.

Ba in charta 22×30 cm duplicata mancaque.

Conceptus.

Bb in charta 22,5×32 cm duplicata ac manca.

Conceptus.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum familiae Erdődy Galgócienne, litterae no 81.

Ann. Iste textus in quattuor exemplaribus superest, quorum primum copia genuini (forte purificatus conceptus), reliqua autem conceptus esse videntur. Exemplaria **Aa** et **Ab** vocata (sicut **Ba** et **Bb** quoque) minime, attamen **A** et **B** maiore ex parte differunt inter se.

A

B

Spectabili et magnifico domino domino Iohanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis wayvode Transsilvano et Siculorum comiti amico eorum honorando conventus ecclesie beate Marie virginis de Kolosmonostora amicitiam paratam cum honore! Noverit vestra magnificencia, quod cum nos receptis debita cum reverencia litteris eiusdem vestre magnificencie adiudicatoris modum et formam cuiusdam possessionarie statucionis in se denotantibus pro parte reverendissimi in Christo patris et domini domini Thome tituli sancti Martini in Montibus sacrosancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis archiepiscopi Strigoniensis summique ac secretarii cancellarii regie maiestatis ac patriarche Constantinopolitani etc. necnon reverendi domini Iohannis prepositi ecclesie Tituliensis personalis presencie regie maiestatis locum tenentis, item egregiorum Petri Erdewdy ac Stephani et Wolffgangi filiorum condam Valentini similiter Erdewdy eiusdem domini Thome cardinalis et archiepiscopi fratrum contra illustrissimum dominum Georgium marchionem Brandenburgensem in civitate Koloswar quinto decimo die octavarum festi epiphaniarum Domini proxime preteriti emanatis nobisque amicabiliter sonantibus et directis iuxta earundem continenciam amicabilibus petitionibus eiusdem vestre magnificencie annuentes | volentes amicabilibus petitionibus eiusdem vestre magnificencie satisfacere — ut tenemur —

223: 1 domino² om. B || 4 Kolosmonostora ABb || 5 cum¹ om. B || 6 post possessionarie del. reambulacionis et Ba || 7 Cristo Ba || 9 post cardinalis add. ac Bb || 10 [summi]que Bb | ac² et Ab || 11 etc. om. Ab | I[ohan]nis Bb || 12 Thituliensis ubique ABb || 13 egregiorum Petri Bb | Erdewdj ubique Ba || 14 Erdewd[y] eiusdem domini Bb || 15 m[archionem] Bb || 16 Branden- ubique Ba | die supra scr. Bb || 17 [Domini proxime] Bb || 19 volentes et supra scr. aliquid et del. Bb | [petitionibus eiusdem] Bb || 20 post satisfacere supra scr. add. volentes Bb || 21 magnificencie vestre Ab

una cum nobili magistro Alberto de Phylpes homine vestro wayvodali inter alios in eisdem litteris vestre magnificencie adiudicatoriis nominatim conscriptos specificato et ad id de sede vestra iudiciaria specialiter

25 transmissio unum ex nobis videlicet religiosum virum fratrem Mathiam sacerdotem socium nostrum conventualem ad premissam possessionariam statucionem suo modo peragendam nostro pro testimonio fide dignum duxissemus transmittendum. Tandem iidem exinde ad nos reversi

30 sub iuramento in decreto superinde edito expresse declarato ac more et consuetudine harum parcium Transsilvanarum

pariformiter nobis retulerunt eo modo: quod cum ipsi

35 dum prefatus homo vestre magnificencie dicto nostro testimonio presente

Dec. 19 feria tertia proxima ante festum beati Thome apostoli proxime preteritum et aliis diebus immediate sequentibus ad id scilicet aptis et sufficientibus primo et principaliter ad

Item die Hungerischen edelleüt
 haben am ersten der creiczer vil
 gespißt do sind die creiczer erzürnet
 vnd thund den edelleüten, bischo-
 fen vnd preläten auch allso, wo
 sy die ankommen.

Item der könig von Hungern ist
 teglichs vil volckes wartten auß

104 ist om. C || 105 auff — iars add. C || 106 auffrur C || 109 angenommen C | sein C ||
 112 -enden C || 113 ain C || 115 ain C | künig C || 117 künig C || 119 vndtertheniger C ||
 120 konigs C | vnnnd C || 124 ergreyffen C || 125 vnd C | nemen C | gut C || 126 ain C || 127
 herren C || 131 oberhal C || 132 widerstandt C | thun C || 133 sein C || 137 frewndt C | vnd
 C || 138 andern C || 146 lanng C || 147 vnd C | künig C

CD

gewesenn außreytten etc. Vnd die sach all stundt zu pöserer gestalt
150 begeben zubesorgen sey; der almechtig Got schick es zu einem guten endt. Amen.

155

160

165

170

175

Beham vnd Märhern vnd auch an andern ortten bey ettlich vil tausendten damit vermaint er die creützer zu uertreyben vnd zu erschlagen; des sich die creützer nicht bekütern lassen. Geschicht aber soliches, das sys erschlagen so muß darnach der kônig besorgen wie er dye gesst auß dem lannd mög pringen.

Item es ist auch auf disen hewtigen tag vast vil volcks vmbkommen zu bayden taylen, dauon nit zesa-gen ist daß sich in ainem grossen zimlichen krieg vast wol vergieng.

Item dem kônig von Hungern begern die creützer nichts zethunt nur den grossen herren vnd sonst dem adel vnd prelâten sind nicht sicher vor inen.

Item ainer ist vnder den creützern das volck also genannt der heißt mit namen Zâgkl' Jôrg, der ist ein vrsacher des wesens vnd der aufrur.

Es stat vast kommerlich in Vngern, dauon noch vil zuschreiben wâr von kürcz vnderwegen gelassen.

D

MCCCCXIII

Got hab lob!

Wie man den Zeckel Jôrg gefangen hat, volgt hernach.

Inl. 15 Hernach volgt wie man der creützer haubtman gefangenn hat, mit namen Zeckel Jorg, am tag der heyligen zwelffpotten taylung.

Item des margraffen diener mit namenn Cristoffel ist auß dem heer kumen; sagt wie man den Zeckel Jôrg gefangenn hab. Anfengklich, so sagt dieser Cristoff, vnd er auch in dem heer mitt augen gesehen hat,

185 das man in genummen hat vnd auß gezogen vnd auff eyne hohen stull gesetzt hab. Vnnd darnach yme gemacht hat ein kron auß einer radtschinnen, vnd darnach dieselbig kron glüent gemacht; vnd haben im dieselben auffgesetzt. Vnd in solehem krönen haben ir pey sechtzig nach im vnd vor im müssen tantzen nach ir manir, vnd auch darzu mit geygen vnd pfeiffen gepfeufft auff ir art. Vnd was do gegenwertig ist gewesen von

190 münchen oder pfaffen oder sunst gelert, haben alle gesungen: „Te Deum laudamus“. Vnd in solchem singen seyennen bruder so mit im gefangen ist worden von dreyen zu stückenn hawen lassen vor seinnen augen; vnnd darnach die tantzenden, sein pest diener, haben in roch sollen fres-

148 gewesen C || 152 gûten C | post Amen usque ad finem om. C

sen; solches haben sich sein diener gewidert; in dem sendt drey oder
195 vier nider gehawen worden. Vnd da die andern solichs gesehen habenn,
send sie mitt geöffentem meütern in in gefallen vnnd stück auß im
gepissen. Vnnd welcher solichs nit hat geschlunden, ist nyder gehawenn
worden; vnd nach dem sie in also gepissen vnd gefressen haben, hat man
in darnach geuierteylt. Vnnd ist die that durch graff Hanssen waida in
200 Sibenpürgen gescheben, vnd durch seynen obersten haubtman diese
marter dem Zeckel Jörg angelegt. Vnd alles volck das pey im gewesen
ist, on alle straff fridlich ab zihen lassen nymmermer wider die landschafft
zuthun vnd in ir vbelthat vergeben, damit man sich gantzlich verhofft,
durch die creützer kein vnrat weiter entsten wert. Aber noch durch
205 etlich vill volcks das auffenthalten vnd auff genummen wirdt, daruon
niemand sagen kan wo hin das raychen soll, zu friden oder vnfriden;
wirt man künfftig woll hören.

inter 1514 et 1516

228

*Vladislaus II rex Hungariae heredes feminei sexus cuiusdam nobilis tempore
insurrectionis necati successores sexus masculini praeficit.*

In libro ex charta 22×30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in libro formulari scripta.

Sign. Bibliotheca Conventus Praemonstratensium Jászóviensis: ms. 78 fol. 161.

Comm. *Századok* 32 (1898), p. 494.

Ann. Litteras has inter annum 1514, quo anno dictus nobilis interfectus erat, et annum
1516, cum rex Vladislaus II, qui easdem edidit, mortuus est, datas esse habemus.

Nos Wladislaus etc. memorie commendamus etc. quod nos cum ad
nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instanciam
per eos pro parte nobilis domine t(alis) alias consortis egregii condam
t(alis) nunc vero relicte nobilis condam t(alis) tempore proxime preterite
5 sedicionis et insurreccionis popularium interempti ac puellarum t(alis) ex
egregio condam t(ali) et Elene ex predicto condam t(ali) procreatarum
maiestati nostre factam, tum vero et precipue pietate ipsa ad id inducti,
ne scilicet ipsam dominam t(alem) et filias suas predictas orphanas vide-
licet et omni solacio proteccionis destitutas temporum in successu sed-
10 dibus incertis et sub alienis tectis vagari contingat, eandem dominam
t(alem) in universis possessionibus porcionibusque et quibuslibet iuribus
possessionariis dictorum condam t(alis) et t(alis) ubivis et in quibuscun-
que comitatibus huius regni nostri existentibus et habitis, prefatas vero
puellas singillatim scilicet et distinctim quamlibet earum in eisdem
15 bonis et iuribus possessionariis paternis in veros heredes et successores
masculinos duximus instituendas, preficiendas et creandas ac dicta uni-
versa bona, possessiones porcionesque et quelibet iura possessionaria
prefatorum condam t(alis) et t(alis) modo et ordine premissa observato
in perpetuas hereditates earundem domine t(alis) et prefatarum puel-
20 larum ascribenda, imo instituimus, creamus et preficimus atque ascri-
bimus presencium per vigorem et nichilominus totum et omne ius
nostrum regium, si quod in eisdem bonis et possessionibus ac iuribus
possessionariis ipsorum condam t(alis) et t(alis) qualitercunque habe-
remus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus
25 concernerent maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et
pertinenciis quibuslibet terris scilicet etc. memoratis domine Sophie ac
puellis t(ali) et t(ali) filiabus suis ipsarumque heredibus et posteritati-
bus universis observato — ut prefertur — inter eas ordine prescripto
dedimus, donavimus et contulimus, immo etc.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvanus civitati Bistriciensi mandat, ut iobagiones castri Bálványos dicti, qui tempore insurrectionis rusticorum ad loca civitatis eiusdem commigrati sunt, sine mora ad loca superiora remittantur.

In charta scriptae et sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii.

Reg. Berger, *Urkunden-Regesten*, no 595 (Germanice).

Prudentes et circumspecti amici dilecti!

Refert nobis egregius Paulus Arthandy castellanus castri Balwanyos, qualiter multi forent iobagiones de pertinencia illius castri Balwanyos, qui inter hec tempora disturbiorum illo ad vos aufugissent et novo quoque illic existerent, quia enim ex constitucione eciam dominorum regnicolarum omnes iobagiones taliter discessi ad eorum propria eciam 5 ipsis nolentes reduci debent. Propterea requirimus vos et nichilominus harum serie regia in persona committimus, quatinus agnitis presentibus omnes iobagiones, qui scilicet — ut premisimus — de pertinencia prefati 10 castri Balwanios inter hec tempora disturbiorum et ante disturbium quandocumque illo ivissent, remittere et restitui facere debeatis et teneamini secus nullo modo facturi!

Ex Coloswar feria quinta proxima ante festum epiphaniarum Domini anno 1515.

15 Iohannes comes et wayvoda Transsilvanus etc.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici ceterisque iuratis civibus civitatis Bystriciensis etc. amicis nobis dilectis.

Comitatus de Ung civitatem Cassoviam rogat, ut quendam praepositi conventus ecclesiae Lelesziensis iobagionem, qui tempore disturbii in civitatem ipsam se recepit, reddat.

In charta 21,5×16,5 cm.

Sigilli vestigium, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Civitatis Cassoviae: Supplementum H, no 311.

Salutem et amiceciam paratam cum honore! Egregii domini amiceique nobis honorandi!

Accepimus ex querelis reverendi domini prepositi conventus ecclesie de Lelez episcopi Driwastensis, quomodo in hys temporibus disturbii 5 proxime preteritis quidam providus Martinus Kalmar de oppido Kapos eiusdem domini prepositi male et indebito modo per saltum ad civitatem

229: 4 post qui del. per || 5 dominorum supra scr. || 6 post taliter del. fugiti | discessi supra scr. || 9 post de del. bonis

vestram Cassoviensem se recepisset, quod precise et directe contra contenta generalis novi decreti fore dinoscitur.

Quare vestras e(gregietates) et a(micicias) harum serie rogamus diligentissime, quatenus ob ulteriorem et respectum amicitie nostre ipsum
10 prefatum Martinum Kalmar modo premissis per saltum recessum eidem domino preposito reddere et restituere velitis.

Quod si feceritis bono et grato animo a vestris e(gregietatibus) recipiemus; alioquin credant e(gregietates) v(estre), quod ex parte istius
15 rei domino nostro regi conquerere studebimus.

Easdem v(estras) e(gregietates) optamus feliciter valere!

Datum in oppido Kapos in festo beatorum Fabiani et Sebastiani martirum anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

20

Universitas
nobilium comitatus de Wng

In dorso: Egregiis dominis iudici necnon universis civibus civitatis Cassoviensis amicis nobis honorandis.

1515 Ianuarii 26 — Buda

231

Vladislaus II rex Hungariae civitati Poseniensi mandat, ut summam pecuniae, quam rex urgentibus necessitatibus eisdem civibus imposuerat et illi hactenus non persolverunt, assignent.

In charta 29,5 × 26,5 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Civitatis Posonii: no 4549 (ante: no 2516).

Reg. *Inventár*, no 4549 (Slovace).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fidelis nobis dilecti!

Scripseramus et mandaveramus vobis hoc superiori tempore in aliis nostris et deinde ad supplicationem vestram vobis medio egregii Marci
5 alias vicethezaurarii ultimam relacionem super eo feceramus, ut illam summam duorum milium florenorum, quam urgentibus nos gravibus nostris et regni nostri necessitatibus ad vos imposuimus, nobis de vestri medio quam primum dare et disponere deberetis, tam(en) vos ignoramus quibus respectibus ducti huius modi summam diversis subterfugiis et
10 occasionibus adinventis non curatis eciam huius modi litteris et mandatis nostris hactenus exolvere minime curastis.

Quum tamen alie omnes libere civitates nostre non solum impignoratae, verum eciam per nos et predecessores nostros reges Hungarie libertate nobis in tot necessitatibus positis opportunum subsidium de ipsorum
15 medio prestiteri soli dumtaxat vos comperti estis, qui immemores nostre erga vos graciae a contribuendo nobis subsidio ipso ab eisdem ceteris civitatibus nostris defecistis et se se mandatis et voluntati in hac parte

231: 2 recte: fideles

nostre manifeste opposcentes, nedum summam ipsam ad vos impositam nobis solvere, verum cum hoc fidele nostro egregio Michaelae Hrwssowczy
20 familiare nostro, quem protunc hac in re ad vos miseramus nec concordare superinde voluistis.

Sciatis autem nos ob graves et inexplicabiles necessitates nostras presentes, que admodum celeri egent expedicione, vos a solucione subsidii huius modi nullo modo preservare neque velle et neque posse ullo
25 pacto. Itaque statuimus omnino prescriptam summam duorum milium florenorum a vobis quam citissime exigere et manifeste videre, quoniam sunt hy, ex quibus qui se in hac parte mandatis nostris de cetero opponere et ab eisdem ceteris civitatibus nostris deficere audebunt.

Propterea mandamus et committimus fidelitati vestre rursus sub nota
30 perpetue infidelitatis et amissione capitum et omnium bonorum vestrorum serie presencium ex superhabundanti strictissime, ut statim visis presentibus huius modi summam duorum milium florenorum semota iam tandem omni ulteriori mora et quavis excusacione ad manus prefati familiaris nostri, quem hac sola de causa ad vos cum plena auctoritate
35 et informacione nostra misimus, dare et assignare et cum eo superinde omnino concordare atque ea, que vobis in hys nostro nomine dixerit, non solum credere, verum eciam facere, exequi et adimplere modis omnibus debeatis et teneamini. Nec ad nos pro hac re quospiam ex vobis supplicaturos mittere audeatis, nam alioquin certi estote, quod vobis
40 in hac re ulterius nullo modo scribemus, sed e vestigio vos condigna pena castigari et puniri faciemus et taliter quidem ut et aliis cedere poteritis in exemplum. Aliud igitur nulla racione facere audeatis!

Datum Bude feria sexta proxima post festum conversionis beati Pauli apostoli anno Domini millesimo quingentesimo quinto decimo.

45 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ac toti communitati civitatis nostre Posoniensis fidelibus nobis dilectis.

1515 Ianuarii 31 — Buda

232

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Georgius, Stephanus et Andreas Báhory in dominium possessionum Alberti Vetési, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicitur, introducantur.

In charta 30 × 25 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum seidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 362.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fide[libus nostris conventui] ecclesie sancte crucis de Lelez salutem et gratiam!

Cum nos considerantes gratam fide[litatem et fidelium se]rviciorum merita fidelium nostrum magnificorum Georgii, Stephani et Andree de
5 Bathor pe[r ipsos sacre imp]rimis huius regni nostri Hungarie corone

232: 4 *recte:* nostrorum

325

deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum vari[etate cum
omni] fidelitatis constancia exhibitorum totales possessiones Wethes,
Gywlweez, Kekes, Wada, Chek e[t Almas in Z]athmariensi necnon Bathar
vocas in de Wgocha comitatibus existentes et habitas, que nobilis
10 Alberti [de Wethes] prefuissent, sed per notam infidelitatis eiusdem,
quam ipse ex eo, quod preteritis disturbiorum tempo[ribus r]usticis sive
malefactoribus plebee condicionis, qui in hoc regno nostro Hungarie
insurrexerant et tumultu[aban]tur, relicta fide et fidelitate nobis et dicte
15 sacre nostre corone observanda adhesisse, et cum eis omnes a[ctu]s
nefarios crudelitatesque in nobiles exercuisse dicitur, incurrit, ad nos
consequenterque collacionem nostram [reg]iam, iuxta antiquam et
approbatam legem atque consuetudinem dicti regni nostri Hungarie
rite et legitime devolute esse perhibentur et redacte, simul cum cunctis
suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis — sicut prefertur —
20 stantibus et se habentibus memoratis Georgio, Stephano et Andree de
Bathor ipsorumque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum
litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum
contulerimus velimusque eosdem in dominium earundem per nostrum
et vestrum homines legitime facere introduci.

25 Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et man-
damus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum,
quo presente Iohannes aut Demetrius de Bagos vel Benedictus sin
Andreas de Ewr seu Benedictus de Banhaza sive Dionisius neve Iohannes
de Saswar aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum totalium
30 possessionum Wethes, Gywlweez, Kekes, Wada, Chek et Almas necnon
Bathar vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convo-
catis et presentibus accedens introducat memoratos Georgium, Stephanum
et Andream de Bathor in dominium earundem statuaturque easdem eidem
simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis
35 nostre donacionis titulo ipsis incumbentes perpetuo possidendas, si non
fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem
contra annotatos Georgium, Stephanum et Andream de Bath[or] nostram
personalem in presenciam ad terminum competentem racionem contra-
dicionis eorum reddituros et post hec huius modi introduccionis et sta-
40 tucionis seriem simul cum contradictorum et evocatorum vicinorumque
et commetaneorum, qui premissis introduccioni intererunt, nominibus
terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali pre-
sencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria quarta proxima ante festum purificationis beatis-
45 sime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto
regnorum nostrarum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero
quadragesimo quinto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie sancte crucis de Lelez pro
fidelibus nostris magnificis Georgio, Stephano et Andree de Bathor
50 introductoria et statutoria; lecta.

Mart. 1 Execucio facta est feria quinta post festum Mathie apostoli in posses-
sionibus Wethys etc. — ut prescribitur interius.

Gregorius de Wethys in sua et nobilium Alberti, Iohannis, Thome et Petri filiorum Alberti de eadem Wethys contradixit et idem Albertus
55 de Wethys in propria contradixit statucioni in personis quoque filiorum predictorum et Francisci suorum.

1515 Februarii 11 — Héderfája

233

Leonardus Barlabássy vicevayvoda Transilvaniae Bistriciensibus committit, ut iobagiones, qui tempore insurrectionis ad pertinentias civitatis eorum discesserunt, dominis restituant.

In charta aqua maculata scripta esse copia eiusdem temporis simplex videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 349.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 597 (Germanice).

Leonardus Barlabassy de Hederfaya vicewayvoda Transsilvanus et vicecomes Siculorum prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus civitatis Bistriciensis debitam reverenciam cum honore!

Quominus vobis spectabilis et magnificus dominus noster graciosus
5 dominus Iohannes de Zapolya comes et wayvoda litteris suis preceptorii mandaverit, ut providos Simonem in Senthandras et Gregorium in Kayla alias possessionibus commorantes iobagiones egregiorum Pauli et Ladislai Czereny de Balasfalwa, qui videlicet tempore sedicionis cruciatorum nuper per eosdem exortarum de bonis eorum ad pertinentias eiusdem
10 civitatis vestre furtive discessissent moraturi, simul cum omnibus rebus eorum reddere et restituere deberetis. Alioquin decimo die dei eiusdem littere domini nostri graciosi emanacionis coram sua dominacione, ipso absente coram nobis comparere teneretis rationem reddituri.

Vos autem non curatis huius modi commissionibus domini nostri
15 graciosi eosdem iobagiones prefatorum Pauli et Ladislai Czereny reddere et restituere neglexissetis tandemque in prescriptis per procuratores prefatorum exponencium tota ipsa die coram nobis legitime expectati nostram in presenciam venire vel mittere non curastis. Unde vos pro huius modi vestra non veniencia contra prefatos actores in decem marcis
20 commisimus fore convictos et aggravatos, si vosmet ipsos racionabiliter non poteritis excusare. Et quia adhuc ad premissa vice secundaria amonendi et evocandi fore videbamus, requirimus igitur vos et nichilominus in persona prefati domini nostri graciosi firmiter committimus, quatinus acceptis presentibus dictos iobagiones annotatorum actorum
25 simul cum omnibus rebus eorum eisdem reddere et restituere, alioquin decimo quinto die datarum presencium coram nobis comparere debeatis rationem superinde reddituri ac de decem marcis nobis et parti adverse satisfacturi secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum in possessione Hederfaya prefata Dominico die proximo ante
30 festum beati Valentini martyris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Febr. 23 *Dextra subter*: Presentate in vigilia beati Mathie apostoli hora decima ante meridiem.

Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae annuit Nicolao Thuróczy vicevaivodae, ut capitaneus cruciferorum, qui Bistricii fuit detentus, a civibus Bistriciensibus puniatur.

In charta aqua maculata scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 350.

Ed. *Studii* 8 (1955), vol. 5–6 p. 104.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 598. (Germanice).

Iohannes comes et wayvoda Transsilvanus etc. Egregie nobis sincere dilecte!

Scribitis nobis ex parte illius suttoris de Wycze capitanei cruciatorum, qui scilicet modo apud Bysthriciensis foret detentus. Cupitisque a nobis⁵ superinde informari, quid scilicet cum eo ageretur. Nos cuperemus, ut medio vestri summeret idem penam. Sed ex quo scribitis cives ipsos affectare, ne idem hinc inde deferendo amitteretur, ibidem apud ipsos illum penam luere debere. Id quoque ipsis annuimus, dummodo — prout iusseritis — illi debitam infligant penam.

¹⁰ Ex Lyppa die Dominico carnisprivii anno 1515.

In dorso: Egregio Nicolao Thuróczy vicewayvode nostro nobis sincere dilecto.

Nicolaus Derencsényi promittit se quandam summam pecuniae cruciferorum Francisco Várday episcopo Transilvano remitturum.

In charta 20×14 cm.

Sigillum sub textu scripto rubrae ceræ impressum scidaque tectum anulare (v. in tabula sigillorum no 17).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82426 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4. no 1650).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1026.

^{**} Ego Nicolaus de Derenchen promitto reverendissimo domino Francisco de Warda episcopo Albensi Transsilvaniensi domino meo gratiosissimo, quod illas sex marcas argenti et nonnullas uncias, que post eundem dominum reverendissimum ad manus meas in officio episcopatus^{Apr. 24} Chanadiensis de manibus cruciatorum venerunt, ad festum beati Georgii martyris proxime venturum eidem domino reverendissimo per aliquem fidem hominem meum remitto. In cuius rei memoriam has litteras meas sigillo meo utensili consignatas dicto domino reverendissimo dedi et assignavi.

¹⁰ Datum Albe in festo chathedre beati Petri apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Servitores Iohannis Drágffy civitatem Radnensem solutis pro damnis tempore insurrectionis illatis florenis a se absolutam esse testantur.

In charta scriptae et sigillis sub textu anularibus consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Bistricii, no 351.

Ed. *Archiv des Vereins* 4 (1859), vol. 3 p. 77. — *Studii* 8 (1955), vol. 5–6 p. 105.

Reg. *Berger, Urkunden-Regesten*, no 599 (Germanice).

Nos Iohannes Butjann de Zomcuthi et Thodor de Thamanj recognoscimus puplice per presentes universis et singulis, quibus presentes ostenduntur, quod nos in persona domini nostri graciousissimi Iohannis Dragffy recepimus et levavimus a circumspectis iudice et iuratis civibus civitatis

⁵ Rodnensis ratione et pretextu dampnorum tempore istius disturbii illorum pessimorum cruciatorum per dictos protunc iudicem et iuratos dicte civitatis Rodnensis nobis allatarum pro omnibus istis dampnis et iniuriis pro plenaria solutione et satisfactione finali florenos viginti octo. Quos quidem iudicem et iuratos cives ac totam communitatem sepe

¹⁰ dicte civitatis quittos et absolutos presencium per vigorem reddimus. In cuius rei <firmitatem> et testimonium presentes litteras sigillis nostris, quibus utimur, consignatas duximus concedendas.

Datum Bistriciis feria secunda proxima post Dominicam reminiscere anno Domini 1515.

Vladislaus II rex Hungariae civitati Brassoviensi mandat, ut ei bella et impedimenta, ob quae proventus vigesimae solvere non potuerunt, perscribant.

In charta scriptae, sigillo scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Privilegia, no 313.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Prudentes et circumspecti fideles nobis dilecti!

Quoniam nos cum fidele nostro nobile Felice Florentino mercatore Budensi tam de rebus et pecuniis per ipsum variis temporibus ad facta

⁵ nostra creditis quam eciam de percepcione et administracione proventuum vigesime nostre Transsilvanensis racionem fecimus et computum remansimusque eidem ultra ea, que in sortem exolucionis creditorum suorum de ipsa vigesima excipere potuit certa et satis magna summa pecuniarum obligati.

¹⁰ Quia idem Felix propter gueras et alia impedimenta proventuum ipsius vigesime nostre Transsilvanensis dicit se eandem non semper in arenda, sed interdum eciam pro officio iuxta continenciam litterarum nostrarum alias eidem super inscripcione eiusdem vigesime per nos concessarum tenuisse et habuisse.

¹⁵ Ob hoc, ne et nos in proventibus nostris damnificaremur et ipse credita sua sine aliquo suo damno a nobis rehabere posset, voluimus de summa,

quam proventus ipsius vigesime nostre faciunt simul et de gueris et impedimentis eorundem proventuum nostrorum, propter que dicit se ipsam vigesimam interdum eciam pro officio tenuisse quoad plenum experiri et edoceri.

20 Volumus itaque et vobis serie presencium sub pena indignacionis nostre firmissime committimus et mandamus, quatinus summam ipsam, quam proventus ipsius vigesime nostre Transsilvanensis in preteritis annis, per quos scilicet fuit apud manus ipsius Felicis, fecisse existimatis simul et
25 gueras et impedimenta, per que proventus eiusdem vigesime interturbari et impediri sive diminui potuissent, nobis ad fidem vestram Deo debitam et sacre huius regni nostri Hungarie corone observandam recte perscribere et notificare debeatis et teneamini, ut vel hoc pacto intellecta mera huius rei veritate possimus et damna nostra vitare et ipsi Felici credita sua sine
30 damno suo restituere. Aliud itaque pena sub premissa nullo modo et nulla racione facere presumatis!

Datum Bude feria quarta proxima ante Dominicam letare anno Domini millesimo quingentesimo quintodecimo.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

35 *Dextra subter:* Paulus prepositus vicethesaurarius.

In dorso: Prudentibus et circumspectis iudici et iuratis civibus ac toti communitati civitatis nostre Brassoviensis fidelibus nobis dilectis.

post 1515 Martii 14

238

Registrum rerum, quae Brassoviensibus impediunt, quominus vigesimam solvere possent.

In charta scriptum esse videtur ex copia photographica registrum.

Sign. Archivum Publicum Brassoviense: Archivum civitatis Brassoviae, Privilegia, no 313a.

Ann. Registrum hoc conscriptum esse videtur post litteras Vladislai II regis Hungariae die 14 Martii anno 1515 datas (v. no 237).

Impedimenta proventuum vigesime

Item wayvoda Myhne fuit expulsus de partibus Transalpinis.

Item successor eius fuit interfectus.

5 Item cesar Turcorum modernus stetit per certa tempora in partibus Kilie et Nestor et ibi sunt interfecti mercatores viginti tres etc.

Item orator quoque regie maiestatis stetit plusquam tribus mensibus in Brassovia nec exire audebat.

Item Iohannes Zeckel plura scandala in Transsilvania fecit.

10 Item tempore Georgii Zeckel familiares vigesimatorum absque equis currikeris fuerunt cum sedecim equis cum domino wayvoda plusquam tribus mensibus.

Item dominus wayvoda intravit ad terram Rascianam.

Item cesar Turcorum in duobus annis vel amplius habuit bella cum suo fratre.

15 Item wayvoda Moldaviensis certa bella cum Tartaris gessit et ideo nil ex proventibus vigesime cesserunt.

Item wayvoda Moldaviensis vocatus Bogdanus magnum dampnum fecit in oppido Breyla et piscatores abinde captivavit et in hoc fecit magnum dampnum vigesimo.

1515 Martii 27 — Szentjános

239

Comitatus Bihariensis litteras Iohannis et Benedicti Bajoni tempore insurrectionis a rusticis deletas esse testatur.

In charta 29 × 32,5 cm aqua maculata.

Sigilla quinque scripto sub textu medium viridi bina extrema flavae cerae impressa. Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22669 (ante: Neoregistrata Acta f. 4 no 8). Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 235.

Nos Paulus de Arthand ac Iohannes Scepesy de Endred vicecomites et quatuor iudices nobilium necnon duodecim iurati electi comitatus Byhoriensis ad refusionem et recuperacionem dampnorum per rusticos in eorum sedicione et tumultuaria superiore anno adversus universam nobilitatem insureccione eisdem nobilibus illatorum deputati memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod cum nos iuxta constitutionem generalem universorum dominorum prelatorum ac baronum et tocius regni nobilium in dieta et convencione eorum generale pro festo beati Luce evangeliste proxime preterito per serenissimum principem et dominum dominum Wladislaum Dei gracia regem Hungarie et Bohemie etc. dominum nostrum gracious ipsi celebrata inter alios eorum tractatus super exquirendis et recuperandis prenaratis dampnis per rusticanam ipsam coluviem nobilibus illatis et irrogatis factam et per prefatum dominum regem nostrum roboratam atque confirmatam in hoc Byhoriensi comitatu processissemus et feria sexta proxima post Dominicam invocavit me Deus etc. ad possessionem Bayon vocatam in hoc eodem comitatu sitam et adiacentem locum videlicet habitacionis egregiorum Iohannis et Benedicti filiorum condam Nicolai de Bayon venissemus, tunc idem Iohannes et Benedictus plurimos testes et quidem idoneos probateque condicionis et vite homines ecclesiasticos videlicet et seculares nostram in presenciam adduxerunt, quos dum super dampnis per predictos rusticos ipsis Iohanni et Benedicto tempore premissis irrogatis requisitis habuissemus, extunc ipsi ecclesiastici ad consciencie eorum puritatem, prefati vero seculares ad fidem eorum Deo debitam fidelitatem dicto domino nostro regi et sacro suo diademate observandam inter alia dampna prelibatis Iohanni et Benedicto illata universas litteras et quelibet litteralia eorum instrumenta factum cunctorum bonorum ac iurium possessionariorum suorum in domo et curia ipsorum nobilitari in eadem possessione Bayon habitata tempore sedicionis et insureccionis prenotate repositas et collocata per predictos rusticos videntibus ipsis testibus partim dilaceratas et dilaniatas, partim vero incineratas et conflagrata fuisse, nonnullas vero ex eisdem inter se se distribuisse atque discipatas extitisse et inde abduxisse,

239: 9 recte: generali || 19 sc. iidem || 26 recte: diademati || 32 nonnullas — extitisse in marg. alia manu

35 quo tamen postea illas et illa fecerint, se se ignorare recognoverunt, fassi et attestati sunt seriose. In cuius rei testimonium nos presentes litteras nostras protinus memoratis Iohanni et Benedicto de Bayon iurium ipsorum ad cautelam duximus concedendas.

Datum in possessione Zenthyan<os> loco scilicet sedis nostre iudicarie feria tertia proxima post Dominicam iudica me Deus etc. anno Domini
40 millesimo quingentesimo decimo quinto.

In dorso: Iohanni Bayony etc.

Artandi Pal es Szepessy Janos Bihar warmegie ispan lewele ez, ky adatata Baiony Benedeknek es Janosnak bizonsagul, hogy az kereztessek elegettek es zagattak volt leweliket az kiraltul ismit massat kertek
45 az el wezewt leweleknek kereztessek myat.

1515 Aprilis 5 — Posonium

240

Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano mandat, ut Paulo Bélydy et civibus Brassoviensibus Prasmáriensibusque, ne eorum discordia occasio insurgendi praebat, iudicium administret.

In charta scriptae et sigillo sub textu impresso consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.
Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Bélydy.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Iohanni de Zapolya comiti perpetuo terre Scepusiensis wayvode Transilvano ac Siculorum nostrorum comiti et capitaneo nostro generali affini nostro nobis sincere dilecto salutem et gratiam!

Conquestus est nobis fidelis noster nobilis Paulus Beldy de Bodola, qualiter fideles nostri prudentes et circumspecti cives civitatum nostrarum Brassoviensis et de Prasmar hyeme hac proxime preterita silvas eiusdem exponentis glandiferas ad eandem possessionem Bodola pertinentes cum porcis ipsorum contra voluntatem ipsius exponentis nulla
10 penitus solucione ipsi exponenti superinde facta violenter depasci et ibidem porcos huius modi tamdiu armata manu in pascuis custodiri fecissent, quousque ipsorum placuisset voluntati, in quibus prefato exponenti maximum intulissent damnum. Hoc non contenti insuper
Febr. 26 feria secunda proxima post Dominicam invocavit proxime preteritam iidem cives assumptis secum mille equitibus peditibusque pixidariis ad possessionem et curiam ipsius exponentis nobilitarem in dicta possessione Bodola habitam more predonico et manu violenta irruentes illamque
20 hostiliter obsidentes dictum exponentem, nisi sibi fuga consulere potuisset, ibidem nece miserabili interemissent.

Unde nos nolentes huius modi violencias remque tam indignam maxime hoc tempore, quo aliis quoque popularibus occasio insurgendi et similia attentandi exinde preberi posset, silencio ullo pacto preterire, fidelitatem igitur vestram requirimus e[ide]mque nichilominus serie presencium
25 firmissime commi[t]imus et mandamus, quatinus statim visis presen-

240: 4 post nostro del. fideli

tibus tam ipso exponenti quam eciam civibus predictis pro uno certo et brevi termino per vo[s] ipsi prefigendo vestri in presenciam convocatis auditisque earundem parcium proposicionibus allegacionibusque et responsis causa et negotio in premissis bonum et rectum iudicium et iusticiam facere et administrare et si idem exponens de huiusmodi iudicio vestro contentari noluerit, extunc eandem causam simul cum tota serie ipsius vestre adiudicacionis absque omni gravamine dicti exponentis et difficultate aliquali in curiam nostram regiam nostram scilicet personalem in presenciam transmittere debeatis discuciendam secus nulla ratione facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Poso[n]ii feria quinta in die cene Domini anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Dextra infra: Relacio magnifici domini Iohannis Bornemyssa castellani castri Budensis etc.

¹⁵¹⁶
^{Febr. 3} *In dorso:* 1516 in festo beati Blasii martiris pro a(ctore) scilicet Paulo Beldy Dominicus Wtlen de Chycho cum nostris pro i(n) causam attracto Iohannes Aledwes civis Brassoviensis cum eorundem i(n) presenciam parere tenentur.

1515 Aprilis 24 — Posonium

241

Vladislaus II rex Hungariae Francisco Dóczy possessiones, quarum litterae tempore insurrectionis amissae esse dicuntur, denuo donat.

In membrana 48 × 33 cm (v. in tabula exemplarium no 17).

Sigillum rubrae cerae scripto sub textu impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 72162 (ante: Archivum familiae Rákóczi-Aspremont, capsula 37 f. 1 no 16).

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos — ut decet — respectum habentes ad fidelitatem et fidelium servitorum grata ac cumulatissima merita fidelis nostri egregii Francisci Doczy de Naghlwche suppressi magistri cubiculariorum serenissimi domini Lodovici regis filii nostri charissimi, que idem sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre et ipsi domino Lodovico regi sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibuit et impendit, castellum suum Zadorlaka nuncupatum ac oppidum similiter Zadorlaka vocatum simul cum vado in fluvio Maros exigi solito ac possessiones Zewlews et Apache vocatas necnon porciones possessionarias in possessionibus Wyzes, Dezk et Lyky vocatis ac predia Wdwary et Zenthmaria appellata in Orodiensi, item possessiones Thofew et Nemethy vocatas ac porciones possessionarias in possessionibus Pabd, Chathad, Petherd, Erdews et Naghwth vocatis ac porciones possessionarias in prediis Sedecz, Chontheghhaz et Ewche appellatis, item predia Hetheen, Orolthawa, Kerthwehlyes, Meggyes et Erdewhelye nuncupata in Themesiensi, item possessionem Nadab simul cum thelonio in eadem exigi solito ac porciones possessionarias in possessionibus Haromhaaz, Thothfalw, Fewldhyd, Kezy,

Zenthmarthon et Janoshaza vocatis necnon porciones possessionarias in
prediis Wereseghhaaztheleke, Kydeghhaaztheleke et Cherepeghhaazthe-
leke appellatis in de Zarand comitatibus existentes et habita, in quorum
omnium quieto et pacifico dominio idem Franciscus Doczy progenitores
25 suos ab antiquo perstitisse seque ipsum etiam de presenti persistere
litterasque et litteralia instrumenta superinde sufficiencia habuisse, sed
illas et illa superiore transacto anno rusticano disturbio, quo rustici
dictum castellum suum Zadorlaka expugnassent, per eosdem rusticos
30 ibidem repertas et inventa partim concrematas, partim vero dilaceratas
et omnino anichilata esse asserit, item totum et omne ius nostrum regium,
si quod in prescriptis castello Zadorlaka ac oppido similiter Zadorlaka
et aliis prenominationis possessionibus porcionibusque et prediis necnon
thelonio et vado in predictis comitatibus existentibus et habitis quali-
tercunq̄ue haberemus aut nostram ex quibuscunq̄ue causis, viis, modis
35 et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis utilita-
tibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis,
agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, valli-
bus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis
aquarumque decursibus, molendinis molendinorumque locis, generaliter
40 vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus
quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existen-
tibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato
Francisco Doczy de prefata Naghlwche ac Nicolao et Ladislao filiis
eiusdem necnon similiter Ladislao de eadem Nachlwche ac Michaeli
45 filio eiusdem Ladislai ipsorumque heredibus et posteritatibus universis
tum ex eo, tum vero vigore generalis novi decreti et constitutionis nuper
post sedata ipsa rusticana disturbia per nos totumque hoc regnum
nostrum communi omnium voto et assensu facte, ubi scilicet id inter alia
conclusum determinatumque extitit, ut deperdita in eisdem disturbiiis
50 quorumvis regnicolarum nostrorum iura et privilegia super quibuscunq̄ue
bonis confecta nova nostra donacione reformari eademque nova nostra
donacione omnis defectus talium iurium et privilegiorum suppleri possit,
ipso nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus,
immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter
55 tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum
nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam
nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis <in> specie fuerint reportate.

Datum Posonii in festo sancti Georgii martiris anno Domini millesimo
quingentesimo quinto decimo regnorum nostrorum Hungarie etc. anno
60 vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

Dextra subter: Relacio reverendi domini Michaelis Kesserw episcopi
Bosnensis secretarii regie maiestatis *et inferius:* Michael Kesserw.

Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano committit, ne cives Claudiopolitani propter res tempore insurrectionis gestas impediantur.

In charta 29,5 × 43 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Claudiopolis, f. P no 42. Ed. *Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez*, no 209.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Iohanni de Zapolya perpetuo comiti Scepusiensi ac waywode parcium regni nostri Transsilvanarum et comiti Siculorum nostrorum necnon capitaneo nostro <generali, nostro> affini nobis sincere
 5 dilecto eiusdemque vicewaywodis ac officialibus et locum tenentibus cunctis eciam aliis officialibus et subditis nostris presentibus et futuris presentes visuris salutem et gratiam!

Expositum extitit maiestati nostre in personis fidelium nostrorum prudentum et circumsectorum Andree Kalmar iudicis anni proxime preteriti ceterorumque universorum civium et incolarum civitatis nostre
 10 Koloswariensis, quod quum estate proxime preterita rustici et plebee condicionis homines ubique ferme per totum hoc regnum nostrum sub nomine cruciate contra nos et hoc ipsum regnum et ad delendam universam nobilitatem insurrexissent plurima et horrenda mala hinc inde
 15 exercentes et perpetrantes, nonnulli tandem capitanei ipsorum rusticorum, qui versus Transsilvaniam insurrexerant, cum ingenti copia suorum complicum prope civitatem ipsam nostram Koloswariensem castra metati fuerant, quos cum ipse Andreas Kalmar tanquam iudex ob fidelitatem maiestati nostre et sacre corone nostre debitam ad eandem
 20 civitatem nostram intrare vetaret, prefati capitanei postularunt cum paucis dumtaxat suorum intromitti, quamobrem idem iudex habito superinde cum toto consulatu eiusdem civitatis nostre maturo consilio, quo magis a rabie et sinistris conatibus ipsorum popularium civitatem ipsam preservare et tutari possent, visum eis fuerat capitaneum eorundem
 25 cruciferorum cum exigua comitiva ad ipsam civitatem intromittere, qui quum ingressi fuissent, temeritate sumpta excitataque sedicione tandem certa bona nobilium, que iidem metu periculi intulerant, ab hys, apud quorum manus reposita erant et locata, vi extorsissent et depredati fuissent et inter se se sortiti.

Quibus iidem iudex et cives timentes, ne civitas ipsa tota in predam a communi populo converteretur, aliis eciam bonis et salutaribus respectibus resistere protunc quidem noluerunt, verum paucis post diebus refrigerato et sedato aliquantisper furore ipso populari quesitaque aliqua
 35 occasione et oportunitate eosdem cruciferos puta principaliorem capitaneum eorum cum viginti duobus servitoribus ipsius captivari fecit, quos tandem ad manus vestras tradidit publico supplicio exterminandos, qui mox merita eciam morte perempti esse dicuntur.

Licet igitur idem iudex et cives nostri ea, que fidei [et] fidelitatis eorum nobis et sacre corone nostre debite sunt et in hoc et aliis omnibus
40 accionibus eorum egerint et inter alia integritatis eorum indicia proclamari eciam fecerint, quod nullus omnino de medio eorum in auxilium ipsius rusticane plebis accurrere auderet.

Nunc tamen nobiles ipsi, quorum — ut prefertur — bona premissa modo casu in ipsa civitate nostra per ipsos malefactores sunt dispersa
45 et ablata, qui quidem nobiles sex numero aut septem sunt, pretextu huius modi direpcionis et ablacionis bonorum eosdem Andream Kalmar protunc — ut prefertur — iudicem et ceteros cives eiusdem civitatis nostre molestare et inquietare cepissent vellentque propterea eosdem ac personas et res eorum arestare. Cum tamen — prout ex premissis elucet —
50 non culpa neque vicio aut negligencia ipsorum iudicis et civium nostrorum depredacio prescripta facta extitit, non enim ad depredacionem faciendam, sed ad preservandam civitatem a tumultu et periculo capitaneus prefatus cum paucissimis suis intromiss[us] fuerat, qui tamen postmodum modo premissa penam sui sceleris subierunt. His igitur
55 omnibus consideratis et maxime, quia iidem cives nostri fideles semper se se nobis et predecessoribus nostris divis condam regibus Hungarie dive memorie sacreque corone nostre exhibuerunt multaque et varia onera penes fidelitatem eorum sustinuerunt, prout eo ipso quoque tempore tumultuacionis rusticorum magna et incredibilia — ut intelligimus — dampna maxime in abaccione omnium pecorum et armentorum suorum in valore aliquot forte milium florenorum perceperunt, accedente insuper ad hec supplicacione eciam humillima nonnullorum fidelium nostrorum per eos maiestati nostre superinde facta eosdem Andream Kalmar protunc iudicem et ceteros cives ac communitatem diete civitatis nostre Koloswariensis de et super huius modi rebus et bonis per prefatos cruciferos sive malefactores modo premissa depredatis et ablatiis rebus premissa modo stantibus et se habentibus et in quantum — ut permittitur — depredacio [i]psa de voluntate et commissione ipsorum civium non est perpetrata bonaque ipsa ablata in manibus eorundem civium aut usque alias in ipsa civitate nostra non sunt ordinacionique regnicolarum nostrorum super rectificandis eiusce modi hinc inde illatis dampnis edite derogare id non videbitur, quietos et expeditos atque ab omnium et quorumlibet impeticione et perturbacione securos et liberos regia nostra auctoritate reddendos et pronunnciandos duximus, immo reddimus et pronunnciamus presencium per vigorem.

Quocirca fidelitatem vestram requirimus et hortamur eidemque eciam omnino committimus et mandamus, ut amodo deinceps prefatos Andream Kalmar iudicem anni preteriti [ce]terosque cives et incolas prefate civitatis nostre Koloswariensis racione premissorum in personis aut rebus et bonis eorum ad instanciam quorumpiam nemini prorsus impedire, molestare aut inquietare permittere neque permitti facere, sed eosdem contra quoscumque previa racione ipsos turbare volentes tueri, protegere ac defendere ac indempnes conservare debeatis et teneamini auctoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa mediante secus
80 non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Posonii feria secunda proxima ante festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quinto.

Dextra subter: Relacio venerabilis Francisci prepositi Transsilvanensis secretarii regie maiestatis et *inferius*: Franciscus prepositus Transsilvanensis etc.

1515 Maii 15 — Sásvár

243

Comitatus de Ugocsa ad personalem praesentiam regiam litteras adiudicatorias suas, quibus interrogatum est, utrum Gregorius Veres crucifer fuerit, an non, transmittit.

Transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 25 Augusti anno 1516 editum. (v. no 301). Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Acta anni 1516 no 28.

Ed. *Történelmi Tár* 1897, p. 489. — *Márki, Dósa*, p. 333 (partim, Hungarice).

Serenissimo principi et domino domino Wladislao Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum naturali graciosissimo ac metuendo obsequium paratissimum perpetua cum fidelitate!

5 Vestra noverit maiestas nos causas nobilium Iohannis de Saswar ut
actoris ab una ac Gregorii Weres de eadem Saswar veluti in causam
attracti ab altera partibus coram nobis *** que hoc modo et hac serie
10 vertebantur: quomodo feria tertia ante festum conversionis beati Pauli
nostre iudicarie nobilibus eiusdem comitatus de Wgocza nonnullis pro fa-
cienda moderativa causancium pro tribunali consedissemus, tunc prefatus
Iohannes de Saswar ut actor e medio aliorum causancium nostram
exurgens in presenciam contra predictum Gregorium Weres de prescripta
Saswar in causam videlicet attractum et proposuit eo modo: „Domine
vicecomes et iudices nobilium, hoc dico, quod hys nobilis Georgius Weres
15 de Saswar temporibus hys preteritis sponte et libera voluntate in medio
rusticano disturbione abiisset et preteriisset. Idem ipsis belli ductoratum
kermes hadnag communi vocabulo direxisset, inter ipsos et ipse spoliator,
depredator et cremator fuisse fateor”.

Hoc audito prefatus Gregorius Weres de iam dicta Saswar ex adverso
20 sic respondit: „Domine vicecomes et tota universitas nobilium, hoc
bene audio, que contra et adversum me hys nobilis Iohannes de Saswar
dicit et exponit contra honorem et humanitatem meam hec fore dinosco;
sub tali enim colore et fame inhoneste viteque nolo vitam perducere,
sed volo me ipsum expurgare”.

25 Prefatus vero Iohannes Saswarj iterato respondit contra eundem Gre-
gorium Weres de sepe dicta Saswar: „Pro certo ea, que omnia aprobare
volo, prout dixi, sic esse, fassionibus et attestacionibus cum tempore
aprobabo”.

Item fassiones Iohannis Saswarj nobiles Mathias Fodor Zwdor et
30 Michael Egrj in Saswar commorantes iurati interrogati fassi sunt in
hunc modum: quomodo ipsi, dum iam fuissent in castro Nyalab, tunc
aspicientes vidensque multitudinem rusticorum sub castrum venientem
et obsedis, extunc e medio rusticorum tres equites ipsum castrum

243: 6 lac. 8 litterarum || 26 omnia — prout supra scr.

circuire nitebantur. Cum iam ipsi nobiles illos tres equites vidissent;
35 mox ipse prescriptus Mathias Zwbor pro nobile Michaelae Egri sic dixisset,
„Prout visu ad noticiam mei aparet pro illis equitibus tres, unus esset
Gregorius Weres de Saswar, attamen verasciter nescio, sed quicumque
sint, ipsos cum pixide excitabo”. Mox idem Mathias Zwbor illos tres
equites de facto sagittasset illique tres equites statim hinc-illinc divisi
40 sunt et ad partes fugissent, sed ipsum Gregorium Weres dubiose dicebant
fore. Sed tamen ipsi duo nobiles non asserunt fore neque audisse belli
ductorem, spoliatorem, depredatorem et crematorem, nisi a rusticis
tempore pacis audierunt, quod idem Gregorius Weres ipsis rusticis consilio
suo adhibuisset et dixisset quomodo: „Stramina multa producite sub
45 castrum Nyalab et sic recipi potestis”. Rustici autem exsurgentes stra-
mina multa sub portam ipsius castrum produxerunt et postea de mane
combuste sunt sicque porta ipsius castrum combustus est.

Item Iohannes Zabo, alter Iohannes Barthws de dicta Saswar iurati
interrogati fassi sunt in hunc modum: quomodo ipsi audierunt Gregorium
50 Weres in consilio rusticorum fore, sed nesciunt neque audierunt aliquibus
belli ductorem extitisse neque bona impremam convertisset, spoliasset,
aliquosque ignibus conburisset.

Item Valentinus Nagh de Chama iuratus interrogatus fassus est in
hunc modum: quomodo cum iam Gregorius Weres venisset ad castrum
55 Hwsthiensem ibique dixisset, quod „ipsi rustici, qui castrum Nyalab
obsederant, adhuc de sero incendio exponebant, nisi ego ipsis aliter non
consulebam, sed sic eis dicebam, quomodo de sero non incendant, sed de
mane; causa illa, ut qui in ipso castro Nyalab sunt collocatae, velociter semet
ipsos ad defensionem promptuant et securi existant”, attamen ipse nobi-
60 lis nescit belli ductorem fore, spoliatorem, predatorem et crematorem.

Anthonius Zok de Kysaswar iuratus interrogatus fassus est in hunc
modum: quomodo scit, quod idem Gregorius Weres in consorcio
rusticorum processisset et audivit a ceteris, prout ipsis rusticis consu-
lisset, quod stramina multa deducerent sub castrum vel sub portam
65 ipsius castrum Nylab et sic si possent reaccipere eundem castrum an non,
tamen nescit belli ductorem fore, spoliatorem, predatorem et crematorem,
nisi audivit, quod voluissent sublevari et ad belli ductorem esse, tamen
id nescit manifeste.

Item Benedictus de Chama et Paulus Zupan de Petherfalwa iurati
70 interrogati fassi sunt equali sermone in hunc modum: quomodo dum ipsi
de castro Nylab ad castrum Hwsthiensem quasi oratores ad dominum
Gabrielem de Peren transfugissent ibique reperiens Gregorium Weres
et Paulus Zupan eidem dixisset: „quare nobiscum antehac non venisti” et
sic de verbo ad verbum in tantum, quod alter alteri verba inhonesta et
75 iniuriosa dicebant et Gregorius Weres respondit: „Pro certo vobis non
nocuit, quod ego cum ipsis rusticis fui, quia statim de sero incendebant
stramineas, quas ibi sub portam ipsi rustici portaverant, {incendebant,},
sed ego nonnisi pro defensione vestrorum, prout vosmet ipsos in castro
promptuare velitis”. Sed tamen iidem nobiles nesciunt belli ductorem,
80 spoliatorem, depredatorem et crematorem fore.

Item Petrus Zabo de Farkasfalwa iuratus interrogatus fassus est in hunc modum: quomodo audivit ab aliis, ut ipse dixisset: „Si castrum [Nyalab] vultis accipere, tunc scala multa portate et sic potestis recipere”. Attamen nesciunt belli ductorem, spoliatorem, depredatorem et crematorem fore.

⁸⁵ Item providi Albertus Hagyo et Iacobus Salanky in eadem possessione Saswar residentes iurati interrogati fassi sunt in hunc modum: quomodo sciunt ipsum Gregorium Weres inter rusticos exortos ambulantem et procedentem sponte et libere, cum iam venissent ipsi rustici ad possessionem

⁹⁰ Saswar: „ita et nos cum ipso procedissemus inter ipsos obedientes”. Attamen nesciunt belli ductorem, spoliatorem, depredatorem et crematorem fore.

Item Mathias Chwpros de eadem Saswar iuratus interrogatus fassus est in hunc modum: quomodo audivit a ceteris rusticis, quod idem Gregorius Weres dixisset, quod si ipsum non occidunt, extunc per triduum ipsum castrum Nyalab accipiet et eciam nisi eundem non tradant morti, adaucter tantum gubernat, quantum unus colonus; attamen nescit belli ductorem, spoliatorem, depredatorem et crematorem fore.

Interea sepe fatus Gregorius Weres de dicta Saswar, ut nos eidem secundum Deum et eius iusticiam — prout debemus — dignemur, ut et ipse aprobare et attestare vult, fassiones Gregorii Weres.

Item Georgius Zubor de Saswar, Demetrius Gede de Ezethfalwa, Michael Kanthor de Chama iurati interrogati fassi sunt in hunc modum: quomodo audierunt inter ipsos fore, sed nesciunt belli ductorem spoliatorem, depredatorem et crematorem fore.

Item Michael Egri de Saswar, Mathias Zwbor, Anthonius Zok de eadem Saswar, isti similiter fecerunt fassionem pro nobili Gregorio Weres de sepe scripta Saswar per eundem sermonem, sicut pro nobile Iohanne de dicta Saswar ut actore.

¹¹⁰ Item providus Gregorius Zablyas in Saswar commorans iuratus interrogatus fassus est in hunc modum: quomodo ipse, sicuti ceteri incole possessionis Saswar, in consorcium eorundem rusticorum abiissent; quando autem venissent ad compitum possessionis Tekehaza, extunc pro aliquibus nobilibus caput eorum excisti sunt. Interea mox eundem

¹¹⁵ Gregorium Weres tribus vicibus ad decolandum exportaverunt, sed nos in tantum supplicavimus, ut detentus est de morte.

Item providus Blasius Kyrál iuratus interrogatus fassus est in hunc modum: quomodocunque vidissent ipsi rustici prefatum Gregorium Weres statim imprimum irruentes et captivantes, qui ex eis decolare volentes, qui autem alia morte crudeli determinari festinabant. Idemque Gregorius Weres supplicabat, ne tam repente occiderent: „Si quid enim mali fecissem cum ista possessione Saswar, aprobare volo, ut si quid nocumenti ipsis contulissem, id quod mereor, audacter per vos perspicuar”. Postea quidem captum abduxerunt. Postea audivit, quod ad

¹²⁵ castrum Hwsthense salivit e medio rusticorum. Attamen nescit belli ductorem, spoliatorem, depredatorem ac crematorem fore.

Item Michael Kanthor de Chama, Iohannes Gedyn de eadem, Petrus Akus de Chepe, Ambrosius Mokos de dicta Chama, Demetrius similiter

Mokos de eadem, Iohannes Mokos de eadem Chama, Ladislaus Zoltan
130 iurati interrogati fassi sunt in hunc modum: quomodo audierunt, quod
inter rusticos exortos processisset per aliquod tempus et ad castrum
Hwsthense e medio rusticorum fugam arripisset, sed tamen nesciunt
belli ductorem, spoliatorem et depredatorem ac crematorem.

Item Ladislaus Gyakfalui iuratus interrogatus fassus est in hunc
135 modum: quomodo vidit eundem Gregorium Weres, quod ipsi rustici
quidem captum sic adduxerunt, sed tamen nescit belli ductorem, spo-
liatorem, depredatorem ac crematorem fore.

Quibus sic abbitis, acciones, propositiones et attestaciones examinan-
dorum auditis et intellectis iudicantes commisimus isto modo: ex quo
140 prefatus Iohannes Saswary ut actor prenominato Gregorio Weres de
Saswar in causam scilicet attractum facie ad faciem verba inhonesta,
iniuriosa dixisset et diffamaret, quomodo ipsum belli ductorem kermes
nominasset et tandem spoliatorem, depredatorem et crematorem fore
pronunciasset, quod attestare minime potuit, nos eundem Iohannem

145 de Saswar ut actor contra Gregorium Weres in causam scilicet attractum
convictum et agravatum fore commisimus super florenos centum idest
vive homagia, ex quo eciam inhonesta verba contra eundem Gregorium
Weres idem Iohannes Saswary proposuisset. Quo enim iudicio nostro
sepe dictus Iohannes de Saswar non contentus, sed eandem causam ad
150 examinandum iudicium maiestatis vestre appellare curavit. Quam iuxta
apellacionem ipsius prefati Iohannis Saswari — ut debemus — litteras
nostras adiudicatorias partibus superinde confectis duximus prorogandam
ad tricesimum secundum diem partibus <termino> comparendi assignato.

Datum in Saswar loco et die sedis nostre iudicarie feria tertia in festo
155 beate Sophie virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo
quinto.

1515 Maii 22 — Buda

244

*Emericus Perényi palatinus Hungariae conventum ecclesiae Promontorii
Varadinensis requirit, ut Gabriel Perényi in dominium possessionum, quibus
eundem palatinus pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta remunera-
tus est, introducatur.*

In charta scriptae, sigillo, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia
photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum familiae Pálffy, Senioratus f. 27
no 288.

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie sancti Stephani prothomartiris
de Promonthorio Waradiensi Emericus de Peren comes perpetuus comi-
tatus Abawyvariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum
ac in presenti absentia serenissimi principis et domini domini Wladislai
5 Dei gracia regis Hungariae et Bohemie etc. domini nostri graciousissimi
locum tenens salutem et favorem!

Cum nos debitum habentes respectum ad integerrimam magnifici
domini Gabrielis de Peren cubiculariorum regalium magistri ac comitatus
de Wgocha et terre Maramarosiensis comitis complacendi atque grati-

¹⁰ ficandi promptitudinem, qua ipse cunctis in rebus per nos sibi creditis et commissis se nobis gratum semper reddere studuit et acceptum; tum igitur ex eo, tum vero pro illis mille et quadringentis florenis, quos nos ad nonnullorum negociorum nostrorum expedicionem, signanter vero in pridiana sedicione rusticana, que contra tocius regni huius nobilitatem
¹⁵ hostili manu insurrexerat, conservacionem a prefato domino Gabriele iam levavimus et accepimus, totales possessiones nostras Gellyenes et Papy appellatas in comitatu de Beregh existentes necnon totalem porcionem nostram possessionariam in possessione Borlobasy appellata in eodem comitatu existenti habitam et adiacentem per nos propriis
²⁰ nostris laboribus et virtutibus acquisitas simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus memorato domino Gabrieli de Peren et generose domine Katherine de Frangepanibus consorti sue ipsorumque heredibus et posteritatibus
²⁵ universis imperpetuum dederamus donaveramusque et inscriperamus volumusque eosdem per nostrum et vestrum homines in dominium earundem legitime facere introduci.

Pro <eo> requirimus vos et nichilominus premissa auctoritate regia, qua fungimur, vobis harum serie committimus et mandamus, quatenus
³⁰ vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Iohannes de Iloswa aut Georgius de Bylke sive Franciscus Palko de Dobroka aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum totalium possessionum nostrarum Gellyenes ac Papy necnon totalis porcionis nostre possessionarie in dicta possessione Borlobasy habite vicinis et
³⁵ commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatos dominum Gabrielem de Peren ac dominam Katherinam consortem eiusdem in dominium earundem statuaturque easdem eisdem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis donacionis et inscripcionis nostre titulo ipsis
⁴⁰ incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos dominum Gabrielem de Peren ac dominam Katherinam consortem eiusdem ad terminum competentem in curiam nostram palatinalem nostram scilicet in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros efficacem et
⁴⁵ post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, nobis amicabiliter rescribatis!

Datum Bude in festo beate Elene regine anno millesimo quingentesimo decimo quinto.

In dorso: Amicis suis reverendis capitulo ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promonthorio Waradiensi pro magnifico domino Gabriele de Peren cubiculariorum regalium magistro ac comitatus de Wgocha et terre Maramarosiensis comiti necnon alia intrascripta introductoria
⁵⁵ et statutoria. Lecta.

Capitulum provinciale ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria inter alia, quomodo assumat quisquis fratrum crucem, constituit.

Copia eiusdem temporis simplex — ut ex copia photographica videtur — in codice copiarum transcripta ex charta confecto.

Sign. Bibliotheca Batthyányana, ms. II. 148 fol. 87.

Ed. *Leges ecclesiasticae* III, p. 668.

Comm. *Catalogus concinnus*, no 307.

Ann. Constitutiones illae — ut nobis videtur — post diem 27 Maii anno 1515 sunt conscriptae, eodem enim die convenerant fratres quaedam constituendi causa (cf. *Karácsonyi, Szent Ferencz rend* I, p. 373). Quamquam pars minima tangit res anno 1514 gestas, nos tamen completum constitutionum textum publicamus. Speramus enim ex collatione partis res anno 1514 tangentis, quae haud potest censi maxima esse, et partis residuae illustrari posse, quantopere interfuerint fratres in cruce distribuenda.

Ordinata noviter Bude in capitulo provinciali anno MDXV.

Primo ordinatum est, quod cum exacta diligencia, ex quo periculum est in mora, exproprientur conventus et loca, in quibus aliqua proprietas saltem tendens ad proprietatem, ut in censibus, redditibus, domibus, 5 pratis, territoriis, piscinis, iobagionibus ac quibusdam oneribus, serviciis necnon angariis secularium et huius modi forsitan invenitur. Et ne dum in talibus, sed eciam in victualibus necnon et in aliis eciam que ad Divinum cultum pertinent, ut in paramentis, vasis, monstranciis, calicibus, turribus ac aliis utensilibus sancta paupertas, vilitas et simplicitas 10 luculenter appareant, prout ex nostra professione cercius obligamur. Et caveant fratres nedum ab exteriori proprietate, sed eciam ab interiori et intrinseca rerum preciosarum quarumcunque proprietaria detencione ita, quod monstrancie, turribula ac alia utensilia sumptuosa distrahantur per procuratores et de cupreis habeantur et subveniant exinde locorum 15 necessitatibus. Si autem premissa habent patronos particulares, si potest fieri distraccio, cum eorum beneplacito bene quidem, si minus vel relaxentur ipsis patronis vel includantur, de quibus patroni ipsi teneant claves et saltem ipsi fratres non utantur huius modi superfluis et preciosis, cum 20 regula et declaraciones prohibeant.

Item secundo, quod non fiant aliqua edificia nova nobilia sine prehabita auctoritate congregacionis provincialis et committatur, priusquam talia 25 edificia fiant, aliquibus patribus saltem quatuor, ut — ubi talia fieri debent — accedant et omnia designent ac in scriptis redigant prout recto et honesto eorum iudicio videbuntur. Scripturam autem relinquunt 30 penes guardianum et vicarius teneat apud se copiam postea examinaturus. Si talis ordinacio fuerit servata, quam observari mandavit congregacio provincialis a guardianis sub pena privacionis officiorum et aliarum penarum, prout videbitur eorum vicariis et eo casu, quo non debet congregacio ad propinquum tempus celebrari, vicarius cum consilio 35 guardiani et discretorum hoc facere possit.

Item quod pro servicio fratrum in conventibus vel locis quoad officia interiora non habeantur seculares, sed magis ipsi fratres pro Christo humilitatis officia ac opera non recusent iuxta statutum constitutionum generalium presertim laici fratres per se et non per seculares faciant 40 opera sibi incumbencia.

245: 20 nöbliä

Item fratres non faciant questus pecuniarum cum pixide vel alio modo illicito; contrafacientes penam carceris tribus diebus sustineant.

Item non vadant ad questas aliorum locorum. Si qui contrarium fecerint, puniantur per custodes et si custodes negligentes fuerint, tunc per sequens capitulum et ipsi puniantur.

Item lampades curiose amplius non fiant et si qui fecerint, puniantur ad arbitrium prelatorum.

Item simili modo baculi non fiant sic excessive magnitudinis et si qui fecerint, similiter puniantur et ab eis quoque qui habuerint, auferantur.

Item quod nullus fratrum possit nec debeat crucem assumere, dare vel predicare sine licencia vicarii provincialis petita et obtenta secundum regulam nostram sanctissimam de hac materia mencionem facientem, cum etiam in bullis cruciate principalius tam a domino nostro papa Leo X moderno quam predecessoribus eiusdem emanatis nulla super hoc nobis licencia bene intuentibus concedatur, licet bene innuatur in eisdem seu supponatur, quod aliqui etiam de nostris sint eandem crucem accepturi modo tamen licito et nostre professioni congruo, a cuius obediencia et limitibus per huius modi factas bullas apostolicas nullatenus eximantur. Quicumque contrarium fecerit, incarceretur ad arbitrium prelatorum.

Item diffinitum est, quod si quis frater denunciatur de peccato, propter quod penam carceris incurrit et non habentur duo testes ad minus, sed apparent multa indicia ac coniecture probabiles vel si talis frater est suspectus vel si unus testis apparet bone fame et consciencie, contra eum talis frater possit artari ad dicendam veritatem in domo discipline et hoc tali modo fiat, quod videlicet detineatur in domo discipline sine amocione capucii cum ieiunio panis et aque ter in ebdomada et disciplina similiter ter in ebdomada secunda scilicet quarta et sexta feriis per mensem seu ad arbitrium prelatorum et interim congruis intervallis visitetur talis frater per guardianum vel alium prelatum adhibitis duobus testibus deturque illi attramentum ad scribendum, si quid fateri voluerit et quicquid scribendo fatebitur, fiat fassio coram guardiano vel alio prelo ac testibus prescriptis, qui se ad fassionem istius modi subscribant, quodsi convinci nequibit per propriam confessionem, moneatur canonice et postea apparente alio teste procedatur contra eum tanquam contra convictum. Si autem simpliciter convici poterit per propriam confessionem, extunc puniatur iuxta delicti quantitatem. In hiis autem agat solus pater vicarius de consilio discretorum plus et minus sicut videbitur secundum Deum expedire ita, quod semper secundum caritatem procedatur et fama fratris quantum potest servetur.

Item quod quilibet fratrum habeat unum habitum tantum, quo induatur de die et de nocte exceptis hiis, quibus in constitutionibus conceditur, nec permittantur fratres indecenter pro libito eorum duobus uti habitibus.

Item quoad eleccionem hoc unum observetur, quod littere de eleccione discretorum ad capitulum provinciale inportate primum et ante omnia die eleccionis vicarii et diffinitorum presententur et sic habita iustificatione et purgacione vocum tandem procedatur ad eleccionem non obstante constitutione in contrarium.

85 Circa Divinum officium sancitum est, quod ad illud verbum evangelii „ecce ancilla Domini” et ad illud apostoli „in nomine Iesu omne genu flectatur” a fratribus genu flectatur iuxta constitutiones generales.

Item quod in fine completorii in maioribus duplicibus dicatur: „Divinum auxilium” etc.

90 Item si quando contigerit generalem ante tempus deficere ac nos pastore orbari usque ad tempus eleccionis sequentis generalis cantetur loco antiphone „salve sancte pater”, post completorium autem „plange turba pauperula” etc.

Circa studium ordinatum est, quod vicarius provincie et ceteri prelati diligenter curent, quod fratres sibi commissi discant et sciant necessaria ad eorum salutem et officium et maxime confessores et predicatores et quod ad studia litterarum propter hoc aliqui secundum eorum capacita-
95 tem promoveantur ad provincie comoditatem ad conscienciam et discrecionem vicariorum provincialium et idonei iudicentur per capitulum provinciale et sic deinceps continuetur Bude et Strigonii studium per
100 tres lectores, quorum unus legat sententias, alter in casibus consciencie, 3^{us} in artibus iuxta modum per patrem vicarium cum diffinitoribus limitandum cum debita et possibili temporis comoditate, super qua sit eorundem arbitrare ac limitare ita tamen, quod Divinum officium propter studium huius modi a studentibus non negligatur exceptis lectoribus,
105 quibus comoditas temporis provide assignetur.

Item declaretur fratribus per prelatos, quod gracie concesse per sanctissimum dominum Sixtum papam ac eciam Innocencium octavum de indulgentia et absolucione plenaria intelliguntur sine preiudicio prelatorum et ordinis disciplina servata de novem casibus. In aliis autem
110 ultra hos casus possint se fratres ad precipuas festivitates Domini Sabaoth ac virginis gloriose necnon sanctorum ordinis nostri absolvi facere, ut eo melius et efficacius indulgentiam plenariam consequi possint.

Item fratres habeant stolam circa collum, quando communicant.

1515 Maii 29 — Posonium

246

Franciscus Vajai ad Emericum Vajai scribit rusticos in Carinthia insurrexisse et timendum esse, ne illi Hungariam invadant, neve rustici hic illis insurrectis adhaereant.

In charta scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 97646 (ante: Archivum familiae Vay, no 1556). Ann. Litterae genuinae in Archivo Hungariae Nationali tempore belli orbis terrarum secundi combustae sunt.

Post mei ac serviciorum meorum commendacionem salutem!

Post data aliarum litterarum mearum, quas hys proximis diebus ad d(ominacionem) v(estrā) perferendas duxi, nichil novi accidit preter illud, quod hoc sero certe littere ex partibus Corinthie et confinibus
5 huius regni venerunt ad dominum nostrum reverendissimum cardinalem

85 cf. *Luc. 1, 38 et Phil. 2, 10* || 91 post completorium del. pl || 113 *textus imperfectus*

et legatum, quibus certo significatur homines populares et plebeos ac rusticas gentes in Corinthia, prout anno preterito in hoc regno erat, insurrexisse et castra iam in confinibus huius regni nostri satis munita cepisse et miram crudelitatem exercere. Timendum est profecto, ne hoc

¹⁰ regnum invaderent et nostri quoque rustici illis rursus adhererent. Preterea in regno Croacie fertur duo castra satis forcia per Turcas capta esse, puta Bochacz et Kothor, quo factum est, ut nullo modo iam alimenta ad Jaycza imponi possunt, undique enim mala et pessima imminet.

Maii 23 Preterea hys proximis diebus puta feria quarta proxime preterita per quendam adolescentem reverendissimi d(omini) episcopi Transsilvanensis misi d(ominacioni) vestre litteras sentencionales et excommunicatorias contra dominam Sophiam relictam condam Thome Pethenyehazy, quas d(ominacionem) vestram rogo quam citissime, si manibus suis iam

²⁰ devenerunt vel veniunt, execucioni demandari facere velit.

Fecit mecum iam multas facere expensas, sed pro facto prout ipsa expensis meis non pepercit nec ego suis. Agat agere d(ominacio) vestra, prout melius sit!

Ceterum hys proximis diebus thesaurarius regius in presenti contributione regnicolarum totas possessiones Waya et Ewr pro serviciis nostris nobis cum domino et fratre meo Benedicto de Waya deputavit et hic coram dicatoribus commisit, ut nobis ille due possessiones deputentur et ad rationem suam scribat, qui promiserunt et dixerunt, quod

³⁰ non erunt necessarii superinde litteras extrahere, tamen pro maiori cautela extrahemus. Interim d(ominacionem) vestram rogamus, invigilet et scri[b]at fratribus nostris David et Michaeli Wayay, ut faciant mentionem dicatori superinde tam Zathmariensi quam eciam dicatori de Zabolch, ex quo una pars possessionis Waya numeratur ad comitatum de Zabolch, mitemus enim postea et litteras super ipsa deputatione.

³⁵ Reliquum est, quod d(ominacionem) vestram felicissime valere cupio, cui me et servicia mea unice commendo.

Ex Posonio raptissime tercio die festi penthecostes 1515.

Franciscus de Waya

1515 Iunii 6 — Buda

247

Emericus Perényi palatinus Hungariae a Blasio Ráskai castrum Lednice vocatum cum pertinentiis pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta Ambrosio Sárkány venditum esse testatur.

In charta 28,5 × 34 cm lacerata (v. in tabula exemplarium no 30).

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 7).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22694 (ante: Neoregistrata Acta f. 1604 no 1).

Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus

246: 7 in Corinthia supra scr. || 19 post quam del. aliquid || 22 post non del. perpe ||
25 post regnicolarum del. possessio || 28 post suam del. accep || 31 post faciant del. de ||
37 post raptissime del. aliquid

tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod magnificus dominus Blasius de Raska thavernicorum regalium magister
5 oneribus et quibusvis gravaminibus Gasparis ac Iohannis filiorum necnon generosarum dominarum Margarethe Francisci Pethew de Gerse, Elizabeth Francisci Bodo de Gyewrgy egregiorum, item Katherine Ladislai Bwzlay de Gergellaka et Elene Francisci Banfy de Bolondos magnificorum consortum, preterea puellarum Anne, Barbare, Ursule
10 et Dorothee filiarum suorum aliorum eciam quorumlibet fratrum et consanguineorum suorum, quos presens tangeret vel tangere posset negocium, per omnia super se et cunctas hereditates suas assumptis et levatis coram nobis personaliter constitutus sponte et libere est confessus retulitque nobis in hunc modum, quomodo ipse . . . pro illis octo milibus
15 Sarkan *libero domino de Olnod* ad nonnullorum negociorum et necessitatum suorum expeditionem, signanter vero gencium in proxime transacta sedicione rusticana conductionem pariter et conservacionem — prout dixit — effective plenarieque iam levasset et accepisset, totale
20 castrum suum Lednycze nominatum in comitatu Thrinchiniensi habitum necnon totales possessiones suas Mezthechko ac Pwhow, Zaryche, Zbor, Mozthych, Lwka, Dohnan, Dwbko, Hosthyna, Lwpohlaw, Ihryche, Bezdedow, Nywnycze, Qwaso, Kysberzencze, Naghberzencze, Horawecz, Zwbak et Wyderna vocatas necnon predia Kathlyna et Rawna nuncupata
25 omnino in eodem comitatu Thrinchiniensi existentes et adiacencia ad idem scilicet castrum de iure pertinentes et spectancia . . . memorato Ambrosio Sarkan de Akoshaza ac per eum genere domine Sophie de Zablatz consorti necnon Iohanni et Francisco similiter Sarkan de predicta Akoshaza fratribus carnalibus suis . . . vendidisset . . .
30 Datum Bude in profesto sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quinto.
Dextra subter: Ellyewelgy.
In dorso: Inscriptio castri Lednycze per dominum Blasium de Raska domino Ambrosio Sarkan facta.

Vladislaus II rex Hungariae Gallo Ispán duas curias Gregorii Varsány et Demetrii Nagy, qui rusticis adhaesisse dicuntur, nobilitares in possessione Kamut sitas donat et capitulum ecclesiae Aradinensis eundem Gallum in dominium earum introducere iubet.

A in charta 29,5 × 21,5 cm duplicata (v. in tabula exemplarium no 18).

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22699.

Ed. *Diplomatarium Békéssienne*, p. 125. — *Olvásokönyv*, p. 64 (partim, Hungarice).

B transcriptum capituli ecclesiae Aradinensis die 19 Septembris anno 1515 editum (v. no 258).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22701.

A

B

Nos

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

memorie commendamus tenore | fidelibus nostris capitulo ecclesie
presencium significantes, quibus | Orodienis salutem et gratiam!

⁵ expedit, universis, quod | Cum

nos attentis et consideratis fidelitate et fidelium serviciorum meritis
fidelis nostri egregii Galli Ispan provisoris curie castri Gywla per eum
sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati
nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia

¹⁰ exhibitis et impensis duas curias nobilitares in possessione Kamvth in
comitatu de Bekes existenti habitas, que nobilium Gregorii Warsan
et Demetrii Nagh de dicta Kamvth prefuissent, sed ex eo, quod iidem
Gregorius et Demetrius hoc superiori anno, quo rustici et populares

¹⁵ contra nobilitatem insurrexerant, posthabita fide et fidelitate nobis et
huic regno debita eisdem rusticis adhesisse cum illis quoque una indicibilis
mala, rapinas et cedes ac nobilium interempciones commisisse et
perpetrasse et ob id nuper de medio universitatis nobilium comitatus
de Bekes extradati et impalati esse dicuntur, ad nos consequenterque

²⁰ collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti regni
nostri Hungarie consuetudinem rite et legitime devolute esse perhiben-
tur et redacte, simul cum omni iure nostro regio, si quod in dictis duabus
curiis nobilitaribus qualitercumque haberemus aut nostram ex quibus-
cumque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem ac

²⁵ pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet
terris scilicet arabilibus cultis, et

incultis, agris, pratis, pascuis, cam-
pis, fenetis, silvis, nemoribus, mon-
tibus, vallibus, vineis vinearumque
promonthoriis, aquis, fluviis, pisci-

³⁰ nis, piscaturis aquarumque decur-
sibus, molendinis molendinorum-

248: 7 Gally B || 8 -que om. B || 10 Kamvth A || 12 Kamvth A || 15 illisque A || 16 et JacA | ac Jet A || 19 collacionem]collacionemque corr. B | regiam om. B || 20 devoluta B

que locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum eiusdem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis
 35 veris metis et antiquis existentibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato Gallo Ispan suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus donavimus et contulimus,
 40 immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum
 45 litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

50

55

60

65

70

75

vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus volumusque eundem in dominium earundem et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Blasius Bereczky de Endred aut Andreas Wer de Tharcha sive Iohannes Bernothy de Soklo, Dionisius Fekethe de eadem et Andreas Zyvos de Kamvth aliis absentibus homo noster ad facies dictarum duarum curiarum nobilitarium in possessione Kamvth prefata habitatum vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatum Gallum Ispan in dominium earundem statuaturque easdem eidem prescripte nostre donacionis et dicti iuris nostri regii titulo in eisdem habiti ipsi incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Gallum Ispan ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorundem reddituros. Et post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus ter-

80

minoque assignato, ut fuerit expediens, dicte nostre personali presentie fideliter rescribatur!

Datum Posonii feria sexta proxima post octavas sacratissimi corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo quinto,

85 regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

Dextra subter: Relacio magnifici domini Moysi Buzlay magistri curie regie malestatis.

90

In dorso: Kamuth.

1515 Iunii 28 — Eperiesinum

249

Emericus Perényi palatinus Hungariae comitatum Sárosiensem requirit, ut fassionem fateantur, utrum civitas Eperiesinensis tempore insurrectionis rusticis adhaeserit necne.

Transcriptum Emerici Perényi die 29 Iunii anno 1515 editum (v. no 250).

Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini, no 918.

Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum egregiis et nobilibus Ladislao Farkas de Hassagh, Iohanni similiter Farkas de eadem, Davidi de Kakasfalwa, Andree Borsway de Salgo, Michaeli de Therek, Emerico de Kellemes, Georgio de Kendy, Sigismundo de Enyske, Thome de Sebes, Stephano Polyanka, Michaeli Reslawycza, Emerico de Thernye, Laurencio Gombos de Rakos iudicibus nobilium Michaeli Therek de Therekffalws, Simoni de Kalnas, Petro Wz de Wzffalwa, Georgio de Balpathaka, magistro Anthonio Gyрман de Proch notario sedis iudicarie comitatus de Saros, Iohanni Waryw de Warywffalws salutem cum favore!

10

Dicitur nobis in personis prudentium et circumspectorum iudicis ac iuratorum ceterorumque civium civitatis Eperyes, qualiter nonnulli fuissent nobiles, qui in congregacione generali regnicolarum novissime Bude de regio edicto celebrata publice et manifeste coram omnibus in denigracionem bone fame prefatorum civium exponencium dixissent et manifeste fabulassent, ut videlicet ipsi iudex et iurati ceterique cives in insurrectione cruce signatorum rusticorum scilicet popularium, qui pridem contra regiam maiestatem et hoc regnum Hungarie ad delendam nobilitatem insurrexerant, adhesissent et sic per singula capita cruciferi extitissent, que vobis et aliis nonnullis nobilibus dicti comitatus de Saros omnia premissa constarent suo modo evidentem. Unde ipsi cives fassionibus et attestacionibus vestris et aliorum nobilium dicti comitatus de Saros superinde fiendis pro iurium suorum defensione plurimum indigerent et essent necessarii.

20

Pro eo vestras egregietates et nobilitates harum serie requirimus et hortamur diligenter, quatenus acceptis presentibus in uno certo et brevi

termino insimul convenire et personaliter in presenciam egregii magistri Iohannis de Ellyewelgh protonotarii nostri accedere ibique ad fidem vestram Deo debitam fidelitatemque domino nostro regi et sacro eius regio diademati observandam hoc et id, qualis vobis de prescriptis constat certitudo veritatis, suo modo dicere faterique et refferre velitis et debeatis. Super qua quidem fassione et attestacione vestra superinde fienda tandem per eundem magistrum Iohannem nostrum prothonotarium litteras nostras prefatis exponentibus iurium eorundem ad cautelam dari volumus, secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

Datum in Eperyes predicta in vigilia festi beatorum Petri et Pauli apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

1515 Iunii 29 — Eperiesinum

250

Emericus Perényi palatinus Hungariae Eperiesinenses ex fassionibus nobilium tempore insurrectionis rusticis non adhaesisse testatur.

In charta 32×43,5 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 7).

Sign. Archivum Publicum Eperiesinense: Archivum civitatis Eperiesini, no 918.

Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum damus pro memoria, quod egregius magister Iohannes de Ellyewelgh prothonotarius noster nostram veniens in presenciam exhibuit nobis et presentavit quasdam litteras nostras preceptorie egregiis et nobilibus Ladislao Farkas de Hassagh, Iohanni similiter Farkas de eadem, Davidi de Kakasfalwa, Andree Borsway de Salgo, Michaeli de Therek, Emerico de Kellemes, Georgio de Kendy, Sigismundo de Enyske, Thome de Sebes, Stephano Polyanka, Michaeli Reslawycza, Emerico de Thernye, Laurencio Gombos de Rakos iudicibus nobilium Michaeli Theryek de Theryekfalws, Simoni de Kalnas, Petro Wz de Wzffalwa, Georgio de Balpathaka, magistro Anthonio Gyarman de Proch notario sedis iudicarie comitatus de Saros, Iohanni Waryw de Warywfalws sonantes ipsum magistrum Iohannem in certa sui parte tangentes et concernentes, hunc tenorem continentes:

Sequuntur litterae Emerici Perényi palatini die 28 Iunii anno 1515 datae (v. no 249).

Quibus exhibitis et presentatis idem magister Iohannes de Ellyewelgh retulit nobis in hunc modum: quod dum ipse in dicta vigilia festi beatorum Petri et Pauli apostolorum in dicta civitate Eperyes fuisset constitutus, prefati Ladislaus et Iohannes Farkas et alii predicti nobiles suam venissent in presenciam et ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque prefato domino nostro regi et sacro corone eiusdem observandam taliter fassi extitissent: quod primo Ladislaus Farkas de Hassagh fassus extitisset isto modo: quod ipse sciret, ut prefati cives numquam cruce signatis adhesissent et neque ipsi cruciferi fuissent, quin ipse testis tempore di-

250: 5 de bis || 9 post Thernye del. G || 21 recte: sacre

²⁵ sturbii una cum uxore, filiis et filiabus et aliis suis domesticis in ipsa civitate perseverasset, audisset tamen magis ab ipsis civibus et ipsum testem superinde rogassent, ut si quos sciret nobiles pauperes fortalicia non habentes, qui ad ipsam civitatem pro defensione sui ipsius intrare vellent, libenti animo in ipsorum medio susciperent et si etiam forent in tantum
³⁰ pauperes, ut se sustentare inter ipsos non valerent, eisdem omni auxilio et sustentacione adesse vellent et si necesse esset etiam currus et equos, post tales nobiles mitterent et sic in ipsam civitatem ducerent, prescriptos tamen clamores ad ipsos cives in congregacione factos audivisset.

³⁵ Item Thomas Sebessy fassus extitisset, sicuti Ladislaus Farkas et in nullo differens. David Chwda, Stephanus Polyanka fassi extitissent scitu, quod prefati cives numquam cruciferis adhesissent et nec cruciferi facti fuissent.

Item Michael Reslawycza, Emericus de Kellemes, alter Emericus de Thernye, Laurencius Gombos de Rakos, Andreas Borsway de Salgo,
⁴⁰ Georgius de Kendy iudices nobilium comitatus de Saros Michael Theryek de Theryekffalws, Simon de Kalnas, Petrus Vz de Wzffalwa, Georgius de Balpathaka, magister Anthonius Gyarman notarius sedis iudiciarie comitatus de Saros et Iohannes Waryw de Warywfalws fassi extitissent, sicuti prefati David Chwda et Stephanus Polyanka et in nullo dif-
⁴⁵ ferrent.

Datum in prefata civitate Eperyes secundo die termini prenotati anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto supradicto.

Dextra subter: Ellyewelghy.

1515 Iulii 20

251

Conventus ecclesiae Lelesziensis ad Vladislaum II regem Hungariae, ne Nicolaus Barillovics in dominium possessionum suarum introduceretur, contradictum esse refert.

Conceptus relationis conventus ecclesiae Lelesziensis in margine dorsoque litterarum regis die 4 Decembris anno 1514 datarum scriptus (v. no 215).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 32.

Serenissimo principi et domino domino Wladislao Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum gracioso B(enedictus) episcopus Drywasthensis necnon prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate!

⁵ Vestra noverit serenitas, quod nos litteras eiusdem vestre serenitatis introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas summo cum honore recepimus in hec verba: Wladislaus Dei etc.

Nos itaque premissis preceptis et mandatis eiusdem v(estre) serenitatis obediens — uti debemus — una cum prefato Francisco litterato de

¹⁰ Hwzth homine vestre serenitatis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Iohannem presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio fide dignum duximus

251: 6 preceptorie *supra scr.*

351

destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis consona voce
 Jun. 30 retulerunt isto modo, quod dum ipsi sabbato in vigilia festi visitacionis
 15 beatissime virginis Marie proxime preterito ad facies universorum bono-
 rum possessionum porcionumque et quorumlibet iurium possessiona-
 riorum prefatorum Nicolai et Lazary Ztoyka de Crychfalwa necnon
 alterius Nicolai similiter Zthoyka ac Benedicti Elekze de eadem, Stephani
 Roman de Keweslygeth, Iohannis de Waynak et Stephani Merche de
 20 eadem Keweslygeth ubivis habitorum et adiacencium accedere anno-
 tatumque Nicolaum Barylowych idem prefatus regius homo habito
 secum dicto nostro testimonio in dominium eorundem universorum
 bonorum et porcionum possessionariarum introducere eademque eidem
 prescripte vestre regie donacionis titulo incumbencia simul cum cunctis
 25 eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet modo prescripto per-
 petuo possidenda statuere intendisset, tunc ipsis dictis regio et nostro
 hominibus ad facies dictorum totalium bonorum prefatorum nobilium
 in prescriptis possessionibus Crychffalva, Keweslygeth et Waynak ac
 alias ubivis habitorum nondum attingentibus, sed ipsis primo adhuc in
 30 facie dicte possessionis Waynak persistentibus prefati nobiles Iohannes
 de Waynak et alter Iohannes Ztoyka de Crychffalva in suis et aliorum
 nobilium fratrum suorum Nicolai et Lazary Zthoyka dictorum ac alterius
 Nicolai filii Georgii similiter Zthoyka de e[adem] Crychfalwa necnon
 Benedicti Elekze de eadem, item Stephani Roman de Keweslygeth,
 35 Iohannis et Stephani Merche de Vaynak personis introduccioni et
 statucioni huius modi fiende in facie eiusdem possessionis Waynak
 contradiccioni velamine obviassent, ob quam quidem contradiccioni
 inhibicionem prefatus homo v(estre) serenitatis eodem nostro testimonio
 presente ibidem et eodem die eosdem omnes et singulos prescriptos in
 40 litteris eiusdem vestre serenitatis specificatos nobiles contra annotatum
 Oct. 6 Nicolaum Barylowych ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc
 affuturi vestre serenitatis personalem eo facto evocasset in presenciam
 rationem contradiccioni eorundem reddituros.

Datum vigesimo die diei execucionis, evocacionis prenotatarum anno
 45 Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

14 dum supra scr. | post ipsi del. aliquid | festi supra scr. || 15 post facies del. por-
 cionis possessionarie prescriptorum nobilium Nicolai et Iohannis Zthoyka, Francisci
 et Andree Benche || 17 post Ztoyka del. de Crychfalwa et aliorum ipsorum fratrum de
 eadem et aliquid | de Crychfalwa subter scr. | necnon — Zthoyka supra scr. || 20 post
 accedere del. eademque || 24 post titulo del. sibi || 27 post totalium del. prefatorum || 28 ac
 — ubivis subter scr. et post haec forte sequuntur: et alias quaslibet ac prefatas possessiones
 et porciones ipsorum possessionarias ubivis — ut premittitur — habitatum || 29 primo
 subter scr. || 31 aliorum supra scr. || 35 personis supra scr. || 37 post obviassent forte sequun-
 tur: minis mortis et periculi ipsis vestro regio {regio} et nostro hominibus per eosdem
 imminentibus et presagientibus || 38 post prefatus del. regius || 39 ibidem — die supra scr.
 || 40 nobiles supra scr. || 44 execucionis subter scr. | prenotatarum supra scr.

Conventus ecclesiae Lelesziensis Vladislao II regi Hungariae, ne Nicolaus Barillovics in dominium possessionum suarum introduceretur, contradictum esse refert.

Conceptus relationis conventus ecclesiae Lelesziensis in margine dorsoque litterarum regis die 9 Septembris anno 1514 datarum scriptus (v. no 187).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 31.

Serenissimo principi domino Wladislao Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum graciousissimo Benedictus Kornys e(piscopus) Dryuastensis necnon prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate!

⁵ V(estra) noverit s(erenitas) nos litteras eiusdem v(estre) serenitatis introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas summa cum honore recepisse in hec verba: Wladislao Dei gracia etc.

Nos itaque premissis preceptis et mandatis eiusdem v(estre) s(erenitatis) obediens — uti tenemur — una cum prefato Francisco litterato de

¹⁰ Hwzth homine vestre serenitatis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Iohannem de Bech presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissa fideliter exequenda nostro pro testimonio fide dignum duxeram[us] destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis

¹⁵ Jun. ³⁰ consona voce retulerunt eo modo, quod ipsi sabbato in vigilia festi visitacionis virginis Marie proxime preteriti ad facies prescriptorum universonum bonorum possessionum porcionumque et iurium possessionariorum prefatorum nobilium Nicolai de Crychfalwa, Petri et Iohannis de eadem,

Francisci et Andree Benche de eadem Crychfalwa, Simonis et Francisci Kysko de Keweslygeth, Simonis Roman de eadem, item Wasko Havloka

²⁰ de Chomafalwa, Nicolai et Lazari Feyer de Wglya, Thome Wlaz, Iacobi Chwgolya, Nicolai Bakoch, Thome Koztha, Iohannis Kopcha et Bogdany Isthanfy de eadem Vglya in eisdem possessionibus in comitatu Maramorusiensi habitorum et adiacencium accedere dumque ipsi regius et

noster homines annotatum Nicolaum Barylowyg in dominium eorundem et earundem introducere eademque eidem modo prescripto et mandato

²⁵ et prescripte vestre regie donacionis titulo sibi incumbencia simul cum cunctis eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet sub ipsorum veris metis et antiquis existentibus perpetuo possidenda statuere intendissent, tunc dum ipsis dictis regio et nostro hominibus illuc

³⁰ nondum adhuc attingentibus, sed ipsis in itinere in oppido Hwzth ipsis iam constitutis et existentibus †nobiles Nicolaus et Iohannes Zthoyka, Franciscus et Andreas Benche de Crychfalwa et Iwasko de Chomanffalwa

istic eosdem vestrum regium et nostrum homines repertos eisdemque

252: 6 preceptorie *supra scr.* || 10 religiosum *supra scr.* || 14 *post sabbato del.* proximo || 19 in Havloka *littera v supra scr.* || 22 *post Maramorusiensi del.* et de Wgocha || 23 accedere *supra scr.* | *post accedere add.* accessissent *post ipsi del.* eadem et easdem ac dicta iura possessionaria prescriptorum nobilium ipsi annotato Nicolao Barylovygh premisse vestre regie donacionis titulo eidem — ut dicitur — incumbencia | regius — homines *supra scr.* || 25 et earundem *supra scr.* || 28 *post statuere del.* voluissent tunc prelibati Nicolaus Zthoyka et Iohannes Zthoyka || 30 ipsis *supra scr.* || 33 vestrum — homines *supra scr.*

35 nobilibus rem et negocium istud per eosdem vestre regie maiestatis et
 nostro hominibus palam exprimentibus† prefati nobiles Nicolaus et
 Iohannes Zthoyka de Crychffalwa et alii predicti in suis ac alterius
 Nicolai Zthoyka et Lazary similiter Zthoyka de eadem Crychffalwa
 necnon Petri et Iohannis, Andree et Francisci Benche de eadem ac alte-
 40 rius Petri, Francisci et Simonis Kysko de Keweslygeth, Stephani Roman
 de eadem, Iwasko Hawloka de Chomanffalwa, item ulterius dum ipsi
 Iul. 2 die Dominico in festo visitacionis virginis Marie tandem ad faciem dicte
 possessionis Wglya vocate accessissent et eadem integraliter idem pre-
 fatus homo vestre serenitatis ipso nostro testimonio presente memorato
 Nicolao Barylowygh premissa vestre regie donacionis titulo ipsi incum-
 45 bencia statuere voluisset, tunc nobiles Lazarus Feyr et Iacobus Merche
 in suis similiter et nobilium Nicolai Feyr de eadem Vglya, Thome Volaz,
 alterius Nicolai Bakoch, Thome Koztha, Iohannis Kopcha et Bogdani
 Ysthanfya de eadem Vglya nominibus et personis huius modi intro-
 duccioni et statucioni universonum bonorum possessionum porcionumve
 50 et iurium possessionariorum eorundem nobilium in predictis possessioni-
 bus Keweslygeth, Chomaffalwa, Crychffalwa et Darwa ac aliis quibuslibet
 et ubivis in comitatu Maramorusiensi existentibus habitatarum et adiacen-
 cium contradiccionis velamine obviassent et dictis vestro regio et nostro
 hominibus ibidem in pretactis locis dicti nobiles Valachy ad facies certa-
 55 rum et singularum possessionum et porcionum possessionariarum
 eorundem et suorum fratrum ubivis videlicet habitatarum non accessuros
 debere minis quibusdam ipsis presagientibus pervasissent prohibuissent-
 que et iidem vester et noster homines e[x] eo ipsam execucionem — ut
 debuissent — modo alias in talibus fieri consueto perficere terrore mortis
 60 nequivissent seque retraxissent, ob quam quidem eorundem nobilium
 contradiccionis inhibitionem idem homo v(estre) serenitatis presente
 dicto testimonio ibidem et eadem die annotatos omnes et singulos
 in litteris eiusdem vestre serenitatis prescriptis clarius specificatos nobiles
 Oct. 6 ad octavas festi beati Michaelis archangeli nunc affuturi contra anno-
 65 tatum Nicolaum Barylowych de Hwzth vestre serenitatis personalem
 ipso facto evocasset in presenciam rationem contradiccionis eorundem
 reddituros.

Datum vigesimo die diei execucionis et evocacionis prenotatarum anno
 Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

70 Execucio facta est sabbato in vigilia [festi] visitacionis beatissime
 Iun. 30 virginis Marie homo regius Franciscus litteratus de Hwzth et testimo-
 nium frater Iohannes noster de Bech et Nicolaus et Iohannes Zthoyka,

34 post istud del. palam ipsis regio || 39 post Keweslygeth del. Iwask || 40 ulterius — ipsi
 supra scr. || 41 recte: feria secunda | dicte supra scr. || 42 accessissent in marg. | post
 in vocate del. ipsis accessis (incerta lectio) et similiter dictam statucionem eisdem peragere
 volentibus | et — Feyr in marg. || 43 homo supra scr. || 44 post Barylowygh del. statuere || 45
 nobiles — Feyr bis || 46 Feyr — Vglya supra scr. || 49 post statucioni del. prefatorum || 50
 post possessionariorum del. prescriptarum | nobilium supra scr. || 51 Keweslygeth — ubivis
 in marg. | post Darwa del. aliorum eciam quorumlibet ipsorum || 52 et supra scr. | post
 comitatu del. de || 54 post ad del. aliquid | certarum forte: omnium || 55 et singularum
 supra scr. || 56 post fratrum del. ac res debere || 57 prohibuissentque in marg. || 58 vester
 — homines supra scr. || 60 seque retraxissent supra scr. || 61 post inhibitionem del. anno-
 tatos

Franciscus et Andreas Benche de Crychfalwa et Iwasko de Chomanfalwa predicti etc. in suis et Nicolai de Crysfalwa et Petri ac Iohannis, Andree et Francisci Benche de eadem Crysfalwa, item Petri, Francisci et Simonis Kysko de Kewesslygeth.

1515 Iulii 30 — Nemeş

253

Emericus Perényi palatinus Hungariae comitatus de Zaránd mandat, ut iobagiones tempore insurrectionis discessi ad pristina habitacula reducantur.

Transcriptum Vladislai II regis Hungariae die 24 Februarii anno 1516 in charta 29×73 cm lacerata, sigillo sub textu consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37832 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum ac in presenti absentia regie maiestatis locum tenens egregiis et nobilibus viris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zarand debitam reverenciam cum honore!

Dicitur nobis in persona generose domine Marthe relicte condam Petri Rawazdy de Azzonlaka, quomodo in disturbio cruce signatorum proxime preterito quidam Laurencius Kys ac Dominicus, Valentinus, Gregorius et Stephanus similiter Kys iobagiones ipsius domine exponentis in possessione Bathonya vocata in dicto comitatu de Zarand existenti commorantes non habita licentia nec iusto terragio deposito ac aliis debitis eorum minime persolutis ad possessionem illustris et magnifici domini Georgii marchionis Brandemburgensis Banhegyesse vocatam in preallegato comitatu de Zarand existentem habitam furtim et clandestine discessissent moraturi, quos dictus dominus Georgius marchio ad creberimas repeticiones dicte domine exponentis eidem hactenus reddere et ad pristina ipsorum habitacula remittere recusasset, prout recusaret etiam de presenti potencia mediante in preiudicium et dampnum annotata domine exponentis valde magnum.

Et quia quilibet iobagio et iobagionalis condicionis homo, qui videlicet tempore dicti disturbii utcumque de bonis dominorum suorum ad aliorum bona discesserunt, iuxta formam articulorum in preterita dieta festi beati Luce evangeliste proxime preterita Bude celebrata per dominos prelatos et barones ceterosque universos regnicolas editorum et stabilitorum sub pena in ipso articulo imposita reddi et remitti debent, pro eo egregietates et nobilitates vestras presentibus requirimus diligenter nichilominusque in persona et auctoritate prefati domini nostri regis, qua in presenti absentia maiestatis fungimur, vobis committimus et mandamus, quatenus habita presencium noticia scita prius premissorum mera veritate prefatos Laurencium, Dominicum, Valentinum, Gregorium et Stephanum Kys iobagiones annotata domine exponentis fugitivos iuxta formam et continenciam premissi articuli ad pristina eorum habitacula sub pena in eodem articulo posita modis omnibus reducere velitis et debeatis secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti!

253: 21 dicti *supra* scr. || 30 post Valentinum *del.* et

³⁵ Datum in Nemegeh feria secunda proxima ante festum beatissime virginis Marie de nive anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

ante 1515 Septembris 1

254

Stephanus Istvánffy testamentum facit, in quo 200 florenos ab iobagionibus suis tempore disturbii acceptos memorat.

Transcriptum a Paulo Nagyváti notario publico die 1 Septembris anno 1515 (v. no 255). Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 49527 (ante: Archivum familiae Orsich f. 70 no 2).

Ann. Testamentum Stephani Istvánffy anno 1515 ante diem 1 Septembris quidem conscriptum est, tunc enim idem iam transcribitur a publico notario.

In nomine Domini! Amen. Anno eiusdem milesimo quingentesimo decimo quinto ego Stephanus Istwanfy de Kysazzonfalwa, licet eget corpore, mente tamen per omnia sanus condo seu facio de bonis a Deo mihi collatis *** legium seu testamentum tale:

⁵ Ittem primo animam meam lego Deo [omni]p[otenti] creatori [m]jeo, corpus vero terre.

Ittem domum filiosque lego domino generoso spectabili et magnifico domino Emerico de Peryn palatino regni Ungarie eosdemque doceat {ob} intuitu omnipotentis Dei genitricisque eiusdem ac servici<i> mei
¹⁰ respectu.

Ittem constitutionem, quam cum plebano meo de Baronyawar feci, super quam et litteras meas sigillo meo roboratas eidem plebano dedi et assignavi, puta decimas de omnibus bonis, molendinis, teloniis et frugibus arandis, insuper tinas vini quinquaginta ante omnia persolvant ac volo nichilominus ut ista a meis heredibus persolvantur in perpetuum,
¹⁵ pro quibus plebanus eiusdem loci — quicumque fuerit — in qualibet septimana tres missas celebrare velit et teneatur. Misse vero in litteris super hoc assignatis nominatim exposita sunt. Si vero heredes mei hoc facere nollent vel non curarent, precipue tinas vini quinquaginta, extunc
²⁰ incurant {in} indignacionem sancte et individue Trinitatis et insuper plebanus illius loci illo tempore constitutus iuxta testamentum meum potestatem habeat pro huius modi tinarum vini non solucione ipsos heredes meos astringi coram iudice spiritali ita, ut per primam monicionem valeat ipsos excommunicari facere tanquam fractores testamenti
²⁵ mei.

Ittem in Kysazzonfalwa rectoratui altaris sanctorum Iohannis, Stephani regis ac beate Barbare virginis fundati lego annuatim in perpetuum de akonibus in Aranyos cubulos vini centum quosque heredes mei persolvere nolent, eandem indignacionem incurrant, ut per plebanum de
³⁰ Baranyowar dictum est et iterum astringi possit atque valeat coarctari coram iudice ecclesiastico sub pena excommunicacionis ita, ut per primam monicionem excommunicari facere possit atque valeat illos, qui huic testamento meo contrarii essent vel reddere recusarent, insuper unam

254: 2 eget recte: egeam || 4 lac. 3 litterarum || 18 recte: exposite || 31 ante ita del. ut

vineam, que concernit illud altare, eidem lego, molendinum vero Zara-
35 kezegh vocatum eidem lego, in quo continentur duo rote.

Item lego eidem iobagiones in Kysazzonfalwa infra domum altare
in fine ville eiusdem a parte occidentali duas s[e]ssiones populosas et
terciam desertam ibidem.

Item in possessione Wyfalw vocata sunt sessiones due, super quas
40 existunt iobagiones et iterum due deserte, quas eidem lego, hos autem
iobagiones cum omni utilitate puta taxis, serviciis omnimodis, sicut mos
est servire domino terrestri, lego et commito, ut eidem rectoraltari ser-
viant et here<de>s mei sint patroni in hiis omnibus servandis, de Zeremis
vero ab antiquo consueto eidem per singulos annos duo porci succedant,
45 quos idem dare debeant, si vero dare hec noluerint, extunc dent florenos
viginti, ut possessionem aliquam cum ipsis ad sustentacionem summe
ordinari possit, quod si non redderent, extunc coram iudice ecclesiastico
heredes nostros iuxta prius dictum astringi possit et valeat, donec et
quousque ipsi altari satisfactum fuerit.

50 Item circa domum altaris terras arabiles et prata falcancia, que suffi-
cientes erunt, dare debeant.

Item eidem altari lego quatuor boves ad aratrum valentes et equos
duos ac duas vaccas mulgendas.

Item Felici Italo obligor florenis quadraginta, de quibus eundem con-
55 tentari debeat filius meus Iohannes.

Item Kazoni mercatori Bude obligor florenis 4,5, quos iterum filius
meus Iohannes persolvat.

Item Gasparo de Lipo ex parte possessionis Lapanch obligor florenis
quingenta, quem filius meus Iohannes contentari debeat, ne obligacio
60 ista coram [Deo] animam meam accusare possit.

Item possessio Markhfalwa vocata aput me a domino palatino est
pro florenis mille impignorata, quam possessionem credo, quod idem domi-
nus palatinus redimet ac de illis mille florenis dictas obligaciones per-
solvat Iohannes filius meus, sed si redempcio ipsa a domino palatino
65 tardaretur, extunc Iohannes filius meus de proventibus vinorum et cete-
rorum ordinari debeat, ut ita astrictus sit ipse, ut sub benediccione mea
paterna sit coram Deo et hominibus benedictus, quod si non fecerit,
anima sua de his omnibus coram Deo reddat rationem.

Item claustro Sancti Francisci obligor florenis octuaginta, quos idem
70 Iohannes filius persolvat.

Item claustro Sancti Iacobi in Montibus lego florenos viginti quinque
ita, ut molendinum in possessione Hird existens de illis pecuniis reedi-
ficent r[eligiosi fratres] ecclesie horentque heremite pro salute anime
mee, quod in claustro dicto habeo, in qualibet septimana duas missas, ad
75 quas in capitulo presentis anni se ipsos obligaverunt, super quas et vos
mei heredes litteras confirmatorias sub sigillo illius eventus habere
debeatis.

Item in claustro Sancti Francisci qualibet die habeo unam missam
specialem et hanc similiter confirmari facias, litteras vero tales aput te
80 habeas.

Ittem eidem claustro Sancti Francisci lego unam casulam rubeam de
purpure deaurato, quam velit Iohannes filius meus appromptuare simul
cum cruce ad hanc pertinenti ad honorem ipsius sancti, ceterum suppli-
caveram domino palatino de debitis regie maiestatis de florenis mille,
85 quibus mihi obligatur [et tu] domino palatino supplicare debes, ut de
possessionibus vestris exigi permittat, si dominus palatinus hec bona
ordinari poterit, extunc de illis pecuniis Paulo filio meo dare velis florenos
ducentos, insuper tot quot meum, que valet florenos ducentos, que in
toto erunt quandringsenti, dicto filio meo Paulo ad studendum bonarum
90 arcium litteras dare et assignare velis.

Ittem res alias, quas habeo, puta res argenteas, scutellas, discos,
lavatoria et alia omnia quovis nominis vocabulo vocitata exceptis cum
quatuor peccariis magnis et duabus canteris, quas de novo fieri feci,
exceptis ecciam sex ciphis parvis omnia lego, ut inter vos equaliter
95 dividatis.

Ittem insuper habeo duos gladios vulgo aranyos zablya, quos ut prius
dederam unum Iohanni, alium Paulo fili*o*s meis lego et nunc similiter
ipsis.

Ittem unum anulum aureum, in quo est lapis saffirus, super quem
100 sigillum meum est, ex quo lego Iohanni filio meo.

Ittem alium anulum cum lapide saffiro, quem d[ominus p]alatino
mihi dederat, lego E[me]rico filio meo, ut sit eidem pro anulo exara-
cionis.

Ittem anulum, in quo continetur lapis cherkes cum alio parvo anulo,
105 lego Paulo filio meo, ex quo Deus ipsum eligeret ad dignitatem sacerdo-
talem.

Ittem duas subas vulgo az zederyes nwzth es az helges barsonth eidem
Paulo filio meo commito.

Ittem insuper habeo duas subas nwzth, quarum una est subducta cum
110 nigro purpureo vulgo dupla barsony, subducturam ad casulam es az
nywztyath filius meus Iohannes habeat. Suum vero quod prius habebat,
det Francisco filio meo, terciam vero habeat Emericus, ut unusquisque
habeat subam similem.

Ittem cicladem deauratam, quem Venecie emeram, lego Emerico filio
115 meo, ut quando uxorem duxerit, uxori sue tunica de eo paretur, aliam
subam cicladem deauratam vulgo az hewlgh zederyes kamuka subath
lego Francisco filio meo ita, ut quando venerit ad etatem contrahendi
matrimonium, tunica de eo paretur uxori sue, cui ego puellam in coniugem
elegi commitoque eidem, quod si benediceionem meam paternam habere
120 voluerit, secus ne sit factururus, ne fides mea vilipendatur, ceterum si
contingerit, quod dominus palatinus possessionem Marchfalwa *** tu
Iohannes, ut de proventibus meis et vestris, quos ego cum maximo labore
vobis aquisivi, cum effectu testamentum meum adimpleas.

Ittem castrum Bar[onyawar] cum omnibus suis pertinenciis ac ecciam
125 alias possessiones Ihobafalwa et Lappanch, quas ego a domino palatino
et aliis precio comparavi, lego specialiter quatuor filiis meis, que ego
uxori Benedicti Bathyan superflue dedi, nam ego eam contentavi posses-
sionibus videlicet Tapson et Merke vocatis, insuper idem Benedictus

Bathyan mihi obligatur florenis mille de precio possessionis Wywaros,
130 si vero contigerit, quod dicta coniunx Benedicti Bathyan quartalicium
porcionis a vobis habere vellet, extunc ista superius allegata filiis meis
a Benedicto Bathian persolvantur et partem quartalicium querere
liber sit.

135 Ittem possessionem Abolma, que mihi inignorata erat per nobiles,
iuxta commissionem meam ipsis nobilibus Iohannes filius meus remittere
teneatur.

Ittem ecclesie beate Marie in Kysazzonfal[wa fun]date lego florenos
centum ad [eius] reparacionem ita, ut ipsam ecclesiam alcius elevetur.

140 Ittem famulis meis, quibus nescienter obligarer pro salute ipsarum et
mea dicte ecclesie lego florenos quadraginta.

Ittem Baltasar de Alap obligatur mihi florenis ducentis, quos ad
fidem ipsius restituere promiserat, lego, ut filius meus Iohannes testa-
mentaliter ab eo requirat et iuxta informacionem nostram disponat,
ceterum illos ducentos florenos, quos super iobagiones meos tempore
145 disturbiorum acceperam, de illis ecciam tibi Iohanni Istwanffy commi-
si, ut ad ecclesiam de Baronyowar centum exponere debeas et tenearis.

Ittem obligor ecciam pecuniis, quas ad precium possessionis empturum
mutuo rogaveram, quos Valentinus castellanus noster bene scit et
illos rogo, ut contentare velis tu Iohannes.

150 Ittem duos ciphos parvos, quos in via mecum portabam, lego ad
<altare> regis sancti.

Ittem alios duos parvos cifos lego ecclesie beate Marie virginis in
Kysazzonfalwa, ut facias ex eitem turribulum unum et si non sufficiunt,
argentum plus addere debes.

155 Ittem casulam de purpure flaveo lego ecclesie beate virginis de Baro-
nyawar.

Ittem tunicam meam rubeam scarlath lego Francisco filio meo ac
eciam subam bariolinam lego eidem, subducturam lego Iohanni capellano
nostro.

160 Ittem duas ampulas parvas lego ecclesie beate Marie virginis in Kys-
azzonfalwa.

Ittem duos calices magnos lego iterum eidem ecclesie.

Ittem calicem parvum, quem in via mecum ferebam, lego capelle
beate Margarethe de Pelerdh, cetera coram istis dominis presbiteris, qui
165 tempore testamenti presentes fuerant, verbo eciam satis commisi et
quidquid idem tibi dixerint pro salute mea, que exequenda sunt, exequi
facere debeas et tenearis.

Ittem Georgio sartori condam famulo meo obligor florenis septem.

Ittem super omnia commito vobis, filii mei carissimi, ut lug[entes]
170 sitis super *** ut rectoratum altaris in Kysazzonfalwa, quem construi
tam in possessionibus, quam in rebus mobilibus et immobilibus protegere
et defensare velitis et debeatis ob amorem Dei omnipotentis genitricisque
eiusdem peticionem nostram primam adimplere, quod si non feceritis
tempore mortis vestre Deo creatori animam vestram reddat racionem.

130 recte: quartaliciam || 148 Valentinus lectio incerta || 153 recte: eidem || 170 lac. 5
itterarum

175 Ittem super hoc prescriptum testamentum constitui filium meum Iohannem Istwanffy, quem rogo enixe propter Deum et benedictionem paternalem, ut sit sollicitus et diligens omnia, que commisi, quo cicius fieri poterit, adimplere, nam ea que ordinavi et pro mea et pro predecessorum nostrorum et vestrorumque salute erunt.

180 Ittem coadiutores constituo dominum Lodovicum Zerechen ac generosam dominam consortem eiusdem, quia scis, quod Iohannes filius meus petitionibus monicionibusque eorum obtemperabit, ut ipsum moneat testamentum meum adimplere cum effectu.

185 Ittem pro administracione istius testamenti constituo honorabilem dominum Iohannem canonicum ecclesie Quinque Ecclesiensis, coram quo hoc feci ut alium Iohannem presbyterum capellanum meum, qui huius testamenti fuit scriptor, ut sint filio meo coadiutores.

1515 Septembris 1

255

Paulus Nagyváti notarius publicus testamentum Stephani Istvánffy suis litteris inserendo in publicam formam redigit.

In charta 30×43 cm lacerata.

Copia eiusdem saeculi simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 49527 (ante: Archivum familiae Orsich f. 70 no 2).

In nomine sancte et individue Trinitatis, Patris et Filii et Spiritus Sancti! Amen.

Anno nativitatis eiusdem millesimo quingentesimo decimo quinto indicione tertia, die vero prima mensis Septembris hora vesperearum vel
5 quasi in domo habitacionis egregii domini Stephani Istwanfy de Kys-
azzonfalwa, pontificatus autem sanctissimi in Christo patris et domini
domini Leonis Divina providencia pape decimi anno {eius} quinto in mei
notariatus infrascripti et testium supra scriptorum presencia personaliter
constitutus est idem dominus Sthephanus Istwanfy gestansque et tenens
10 in manibus suis quandam cartam papiream sue ultime voluntatis seu
testamentarie dispositionis tenorem in se continentem petens me nota-
rium debita cum instancia, ut tenorem eiusdem in transumpto mei publici
instrumenti eidem dare et conscribere deberem.

Cuius quidem tenor verbalis per omnia sequitur et est talis:

Sequuntur litterae Stephani Istvánffy testamentariae ante has datae (v. no 254).

15 Habitaque huius modi testamenti exhibicione et presentacione memo-
rati domini Stephani Istwanffy tenorem eiusdem sine diminucione et
augmento aliquali in transumpto mei publici instrumenti presentibus
meis litteris conscripsi <et> eidem duxi dandum et concedendum.

Acta sunt hec et facta anno, indicione, die, mense, hora, loco et ponti-
20 ficatus, quibus supra presentibus ibidem honorabilibus ac nobiles

178 *post ordinavi del. pro salute* || 186 *ut recte: et*

255: 7 *quinto recte: tertio* || 8 *post supra scriptorum del. aliquid* || 11 *post continen-
tem del. aliquid*

viris Gregorio plebano de prefata Kysazonfalwa ac Emerico presbytero capellano loci eiusdem necnon Iohanne capellano eiusdem Stephani Istwanffy necnon egregio domino Iohanni Ist[w]anffy, Georgio Rosas provisoro eiusdem, Nicolao litterato de Balod et Francisco de Paka aliis

²⁵ quam pluribus fide dignis testibus ad id rogatis et requisitis.

Dextra subter: Et ego Paulus natus condam Gasparis de Nagwath diocesis Q(uinque Ecclesiensis) sacra imperiali auctoritate notarius publicus, quia premissa carte testamenti exhibicione et presentacione aliis quam omnibus et singulis, dum sicut premittitur fierent et agerentur, una cum pre-

³⁰ nominatis testibus presens interfui eaque omnia et singula sic et suo modo facta fore vidi et audivi, ideo hoc pute publicum instrumentum exinde confeci et in hanc publicam formam redegi signoque et nomine meis rogatus et requ[isitu]s cons[ig]navi in fidem et testimonium omnium et singulorum premissorum.

Infra: 1522 die 24 Octobris sunt scriptae quaedam notae hoc in transumpto ad causam circa testamentum attinentes.

1515 Septembris 5 — Buda

256

Vladislaus II rex Hungariae comitatu de Zaránd mandat, ut iobagiones tempore insurrectionis discessi ad pristina habitacula reducantur.

Transcriptum eiusdem regis die 24 Februarii anno 1516 in charta 29×73 cm lacerata, sigillo sub textu consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37832 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zarand salutem et gratiam!

Exponitur maiestati nostre in persona nobilis domine Marthe relicte

⁵ egregii condam Petri Rawazdy de Azzonlaka, quod quamvis anno superiori, quo dictus condam Petrus Rawazdy adhuc in humanis ageret, officiales illustris domini Georgii marchionis Brandenburgensis nepotis nostri charissimi in possessione Banhegesse constituti quosdam iobagiones suos videlicet Gregorium, Dominicum, Valentinum, Stephanum et

¹⁰ Laurencium Kys in possessione sua Bathonya vocata residentes non habita licencia neque iusto terragio eorum deposito aliisque debitum eorum minime persolutis ex eadem possessione violenter ac preter omnem viam iuris et contra formam generalis novi decreti superinde editi et stabiliti ad predictam possessionem Banhegyesse abduxissent moraturos, quos

¹⁵ quidem iobagiones suos idem condam Petrus coram vobis iudicialiter eciam obtinuerit et ad pristina eorum habitacula reportaverit litterasque super huius modi vestro iudicio vos ipsi domine exponenti extradederitis.

Tamen hoc anno exacto, quo rusticana sedicio tumultuare cepit prefatoque condam Petro Rawazdy per eosdem rusticos impalato, idem

²⁰ iobagiones intellecta morte illius rursus ad predictam possessionem Ban-

³¹ pute recte: presens
256: 20 recte: iidem

hegyesse affugissent, ubi modo quoque residerent, quos nunc rursus ad pristina eorum habitacula, ut dicitur, iidem officiales redire minime permitterent in preiudicium et dampnum eiusdem exponentis manifestum.

²⁵ Cum autem in proxime preterita dieta per omnes regnicolas nostros unanimi voto ita conclusum et ordinatum extiterit, ut omnes iobagonalis condicionis homines, qui sub huius modi disturbio vel post ad cuiuscumque bona vel possessiones auffugissent, per hos, in quorum bonis existunt, reddi debeant atque remitti. Ob hoc volentes hanc ordinationem regnicolarum nostrorum ab omnibus inviolabiliter observari, fidelitati igitur vestre harum serie strictissime committimus et mandamus, quatenus statim visis presentibus et premissis suo modo se habentibus prefatos iobagiones dicte domine exponentis eidem iuxta premissam ordinationem regnicolarum absque omni ulteriori mora difficultateque aliquali ad priora

³⁰ eorum habitacula salvis omnibus rebus et bonis eorum per dictos officiales prefati domini marchionis sub pena in decreto ipso expressa reddi restituique et remitti facere modis omnibus debeatis et teneamini. Nam alioquin volumus et vobis sub pena in ipsa generali constitutione sive decreto superinde expresse presentibus serius iniungimus, ut ad octavum diem a die exhibicionis presencium exhinc vobis fiende computandum coram nobis, ubicumque tunc Deo duce constituemur, comparere debeatis rationem de premissis reddituri secus nulla ratione facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude feria quarta proxima ante festum nativitatis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

1515 Septembris 15 — Aradinum

257

Comitatus Aradinensis litteras Francisci Dóczy a cruciferis deletas esse testatur.

A in charta 21,5 × 14 cm (v. in tabula exemplarium no 37).

Sigillorum quinque fragmenta anularium in dorso flavae ceræ impressorum.

B in charta 20,5 × 11,5 cm (v. in tabula exemplarium no 36).

Sigillorum quinque fragmenta anularium in dorso flavae ceræ impressorum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22715 (ante: Neoregistrata Acta f. 1660 no 29).

A

B

Nos Gaspar de Bak vicecomes et quatuor iudices nobilium ac duodecim electi nobiles iurati comitatus Orodienensis damus pro memoria, quod iuxta contenta decreti noviter editi egregius Franciscus Doczy de Naghlwche coram nobis evidenti testimonio comprobavit, quomodo tempore

⁵ condam Georgii Zeekel de medio rusticorum partem ipsius tenencium quidam capitaneus ignotus, cum quo eciam Stephanus Haynal de Symand ac Benedictus Sos de Harmath interfuissent, de domo Fabiani provisoris curie ipsius Francisci Doczy in possessione sua Zadorlaka vocata in isto

257: 1 Gaspar de Bak om. B | vicecom[e]s B || 3 noviter editi om. B || 6 ignotus capitaneus B | Simand B || 8 ipsius[e]iusdem B | possessione sua om. B | vocata — existenti om. B

comitatu Orodienſi exiſtenti habita ad domum cuiuſdam Michaeliſ Olah
 10 ibidem commorantiſ certas multaque litteraſ privilegiaſ eiuſdem Fran-
 ciſci Doczy portantiſ laceratiſ ſigilliſ et cordiſ earundem omnino concre-
 maſſet et penituſ incinermaſſet. In cuiuſ fidem et teſtimonium eidem
 Francisco Doczy preſenteſ litteraſ noſtraſ duximuſ concedendaſ.

Datum Oridini ſabatho proximo poſt feſtum exaltacioniſ ſancte cruciſ
 15 anno Domini milleſimo quingenteſimo quintodecimo.

In dorſo:

Doczy.

Pro egregio Francisco Doczy etc.
 ſuper incineracione litterarum etc.
 comprobatoria.

1515 Septembris 19

258

*Capitulum eccleſie Aradinenſiſ Gallum Iſpan in dominiuſ uniuſ curie
 nobilitariſ introductuſ eſſe teſtatur.*

In membrana 34 × 30 cm.

Sigillum ex filiſ caerulei, viridiſ violaeque colorum ſericeiſ imagine fractuſ pendet.

Sign. Archivuſ Hungariae Nationale: DL 22701 (ante: Neoregſtrata Acta f. 1527 no 33).

Capituluſ eccleſie Orodienſiſ omnibuſ Chriſti fidelibuſ preſentibuſ
 pariter et futuriſ preſenciuſ noticiam habituriſ ſalutem in omnium
 ſalvatore !

Ad univeroſ noticiam harum ſerie volumuſ pervenire, quod noſ
 5 litteraſ introductoriaſ pariter et ſtatutoriaſ ſereniſſimi principiſ et
 domini domini Wladislai Dei gracia regiſ Hungariae et Bohemiae etc.
 domini noſtri naturaliſ graciaſſimi nobiſ preceptorie ſonanteſ et direc-
 taſ ſummo cum honore recepimuſ in hec verba:

*Sequuntur litterae Vladislai II regis Hungariae die 15 Junii anno 1515
 datae (v. no 248).*

Nos igitur mandatiſ eiuſdem domini noſtri regiſ ſemper et in omnibuſ
 10 ſatiſfacere volenteſ — ut tenemur — una cum prefato Andrea Zywoſ
 de Kamvth homine eiuſdem in dictiſ litteriſ inter alioſ nominatiſ con-
 ſcripto unum ex nobiſ videlicet honorabilem dominuſ Michaellem de
 Somlyo cantorem et concanoniceſ noſtruſ ad premiſſaſ introduccionem
 et ſtacionem faciendaa noſtro pro teſtimonio tranſmiſimuſ fide dignuſ,
 15 qui tandem ad noſ exinde reverſi nobiſ pari modo retulerunt, quomodo
 Jun. 30 ipſi ſabbato in feſto videlicet commemoracioniſ beati Pauli apoſtoli
 proxime preteriti ac aliis diebuſ ad id aptiſ et ſufficientibuſ ad faciem
 poſſeſſionis Kamvth in dicto comitatu Bekes exiſtentiſ conſequenterque
 20 viciniſ et commetaneis eiuſdem et ſignanter Alberto Morocz condivi-
 ſionali ac Emerico Kamvthy de eadem Kamvth, Petro Pethke, Thobia
 Herpay, Ladislao Warsan de eadem Kamvth in propriiſ ipſoſum viciniſ,
 item providiſ Andrea Molnar iudice ac Iohanne ſimiliter Molnar et

257: 9 cuiuſdam om. B || 10 commorantiſ]exiſtentiſ B | privilegiaſ]ſigilla pendencia
 habenteſ B | eiuſdem — Doczy om. B || 11 portatſet et B | cordiſ ac ſigilliſ B | omneſ
 B || 12 eidem — Doczy om. B

Stephano Lewew in oppido Bekes commorantibus iobagionibus illustris
25 domini Georgii marchionis Brandenburgensis in eiusdem domini scilicet
ipsorum nominibus et personis commetaneis inibi legitime convocatis
et presentibus accessissent, ubi idem homo prefati domini nostri regis
dicto nostro testimonio presente memoratum Gallum Ispan introduxisset
30 in dominium prefate curie nobilitaris et dicti iuris regii in eadem habiti
statuissetque eandem et idem eidem simul cum cunctis eiusdem utilita-
tibus et pertinenciis quibuslibet prescripte donacionis et iuris regii
titulo ipsi incumbentibus perpetuo possidendam in faciebusque eiusdem
ac tandem nostri in presencia legitimis diebus et horis congruis iuxta
regni consuetudinem commorantes nullo penitus contradictore appa-
35 rente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras
nostras privilegiales pendentis sigilli nostri munimine roboratas duximus
concedendas.

Datum per manus magistri Pauli de Kenderes lectoris et concanonici
nostri feria quarta proxima ante festum beati Mathei apostoli anno
40 Domini supradicto presentibus ibidem honorabilibus dominis prefato
Michaele de Somlyo cantore, Raphaele de Gezth custode ac magistris
Benedicto de Pankotha, Georgio de Makofalwa, Vito de Ezek et Michaele
de Syry ceterisque canonicis fratribus nostris in Dei ecclesia regi sempit-
terno iugiter famulantibus et devote.

45 *Sinistra supra:* Iesus Maria.

In dorso: Kamuth et probatio calami.

1515 Septembris 29 — Buda

259

Vladislaus II rex Hungariae Paulum litteratum de oppido Mezökövesd vocato ob servitia eiusdem, quae idem tempore insurrectionis rusticorum regi et regno exhibuit, nobilem facit atque eundem armis pictis insignit et ibidem domum eiusdem alias per Thomam Szombat possessam ab omnibus taxis censibusque eximit.

Reg. Turul 25 (1907) 198 (ex Archivo Comitatus Aradinensis, unde textum harum litterarum acquirere nequimus).

1515 Septembris 30 — Jenő

260

Sigismundus Losonczy castellano castris sui Szalanc nominati committit, quomodo cruciferi rustici puniantur et quo pacto cum comitatu Beregiensi componatur dominaque scilicet uxor sua servetur.

In charta 21,5 × 21 cm.

Sigilli vestigium minimum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit, anularis (v. in tabula sigillorum no 16).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82439 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 195 et D no 17).

Ed. Századok 106 (1972), p. 1026.

Sigismundus de Lossoncz etc. Egregie nobis dilecte!

Intimatum est nobis, quod comitatus vester Zabocz modo omnes capitaneos gencium cruciferorum de illo comitatu exquirere et extirpare ac de bonis quorumlibet dominorum et nobilium presentari laboraret.

⁵ Committimus itaque vobis velitis quoque et vos vestram cum omni procuracione et labore operam dare ipsum comitatum ad hoc inducere, ut huius modi capitaneos — si qui alibi in bonis nostris reperiri possent — nostra punicione submitterent, nam nos quoque ex privilegio, gracia et favore regum habemus officium iurisdictionis et potestatem tales et

¹⁰ etiam alios malefactores punire posse et si denique ad hoc ipsum comitatum inducere seu inebriare — ut premissum est — non possetis, extunc interim huius modi capitaneos vel alios speciales depredatores velitis expulli propter maiorem forte desolacionem evitandam et cavendam.

Audivimus etiam comitatum de Beregh bona nostra Kereczen cum ¹⁵ pertinenciis propter aliquos decem denarios depredari intendere, quare et illac mittatis Stephanum de Darocz, ut exinde cum ipsis concordet, ne depredare, sed pacem ipsis dare debeant. Et — quod reliquum est — de ceteris omnibus negociis nostris ita fideliter attendere, vigilare et providere velitis, ut a vobis in posterum bono accipiamus animo.

²⁰ Preterea etiam auditum est a nobis, quod apud dominam vestram coniugem nostram charissimam sepe, immo solus Georgius de Pethenyhaza saltem adesset nec vos curiam nostram — sicut vobis commisimus — frequentaretis et quare et impresenti vobis rursus committimus, ut deinceps curiam nostram frequentius visitetis et ad servicia domine ²⁵ vestre predicte — si que fuerint — sitis semper parati et vale!

Datum in castro nostro Ienew Dominico die proximo post festum sancti Michaelis archangeli anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

³⁰ *In dorso:* Egregio Gregorio Chapy de Ezen castellano nostro de Zalancz nobis dilecto.

1515 Octobris 3 — Strigonium

261

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad Paulum Némethi officialem suum scribit, ut pro satisfactione damnorum tempore insurrectionis illatorum cum nobilibus concordet.

In charta scriptae, sigillo anulari scidaque tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Brunense; Archivum familiae Seilern, Serényiana f. 9 no 365.

Honorabilis nobis dilecte!

Misimus his diebus egregium Iohannem Bayony Budam in facto differenciarum Derechke et damnorum per dominum Andream Bathory iobagonibus nostris de eadem Derechke illatorum. Scripseramus tunc ⁵ et regie maiestati et d(omino) archiepiscopo Colocensi de eisdem negociis, qualem autem relationem idem Iohannes Bayony superinde habuit, hactenus nihil intelligere potuimus, proinde resciat et nobis rescribatis.

Deinde audimus, quod nobiles comitatus illius convenire volunt et in ¹⁰ dies iam conveniunt et presertim pro violenciis eis in proximo disturbio

260: 13 recte: expelli || 16 post concordet del. ut || 17 ne supra scr. || 19 post vobis del. bo || 20 apud supra scr. || 21 post immo del. aliquid | solus supra scr.

365

illatis. Scripsimus vobis per alias nuper, quod antequam convencio ipsa fieret, curaretis contentare et componere super differentiis et damnis huius modi et precipue ubi aliter fieri non posset et non expectaretis convencionem ipsam et invasiones honorum nostrorum, provideatis bene et nos eciam certificetis, si quid intellexistis de his rebus. Tamen preveniendum esset cum composicionibus faciendis cum damnificatis.

Ceterum scribunt nobis iobagiones nostri de Warkon, quod quidam officiales Gregorii Kereky de Wason prope eandem Warkon in certis villis constituti nuper hunc Nicolaum Fazokas iobagionem nostrum de eadem Warkon verberassent et sauciassent. Super quo scripsimus nunc eidem Gregorio, quod rectificet et ostendat, an factum fuit de voluntate sua removeatque illos officiales a iobagionibus nostris. Alioquin nos quoque tales satellites istuc locabimus, qui eciam scient suis respondere.

Ex arce nostra Strigoniensi feria 4^{ta} proxima ante festum sancti Francisci anno Domini 1515.

In dorso: Honorabili magistro Paulo de Nempthy canonico Budensi et officiali nostro in Warkon nobis dilecto Thomas tituli sancti Martini in Montibus cardinalis Strigoniensis legatus etc.

1515 Octobris 5

262

Capitulum ecclesiae Budensis Iohannem Csikó fassionem fecisse testatur.

In libro ex charta 21 × 30 cm confecto.

Annotatio eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 528 (ante: Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Poseniensis regnicolare, Protocollum Budense no 3).

Ann. v. no 267, 268.

Item nobilis Iohannes filius egregii Gasparis Czyko de Basth alio termino videlicet feria sexta proxima post festum beati Francisci confessoris eodem anno similiter fecit fassionem coram nobis quoad suam personam.

1515 Octobris 7 — Crapina

263

Ratio perceptionum Iohannis Békés castellani castrum Hunyad vocati.

In charta scriptum esse videtur regestrum ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1121/3.

Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 3.

Rechnung Bekes Janisch ambtman zum Hunyad des XIII-ten jars.
Actum zur Crapina am sonntag nach Francisci anno XV^o in beywesen

262: 1 post item del. quod

263: 2 post anno del. XVI

meins gnedigen hern marggraf Gorgen her Peter von Konigsfelts hoffmeyster vnd Sigmund Nurinbergers secretarii . . .

⁵ IIII^oXLVIII gulden vom anschnit, den Bekes Janisch auff die paurn geschlagen als Zeckel Gorg auffgestanden . . .

1515 Octobris 13 — Aradinum

264

Comitatus Aradinensis, a quo Petrus Ravazdi ad veru tractus sit, testatur.

Transcriptum Vladislai II regis Hungariae die 24 Februarii anno 1516 in charta 29 × 73 cm lacerata, sigillo sub textu consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37832 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Nos vicecomes et quatuor iudices nobilium ac duodecim iurati nobiles electi comitatus Orodienensis damus pro memoria, quod nobilis domina Martha relicta condam Petri Rawazdy de Azzonlaka coram nobis evidenti testimonio comprobavit, quomodo Gregorius Kys filius videlicet

⁵ Demetrii Kys de Banhegyesse proprio ore dixisset, ut dictum Petrum Rawazdy uno homine ipse traxisset ad veru. In cuius testimonium eidem domine Marthe presentes litteras nostras duximus concedendas.

Datum Orodini sabbato proximo post festum sancti Dionisii anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

1515 Octobris 19 — Buda

265

Vladislaus II rex Hungariae nobilibus de Velezd possessionem, cuius litteras tempore insurrectionis amisisse dicitur, denuo donat et mandat capitulo ecclesiae Agriensis, ut iidem in dominium eiusdem possessionis introducantur.

A in membrana 40 × 29 cm (v. in tabula exemplarium no 1).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22723 (ante: Neoregistrata Acta f. 799 no 11).

B transcriptum capituli ecclesiae Agriensis die 7 Martii anno 1516 in membrana 58 × 39,5 cm, sigillo ex filis viridis violaeque colorum sericeis pendenti consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22724 (ante: Neoregistrata Acta f. 799 no 11).

Vladislaus II rex Hungariae nobilibus Georgio et Ioanni de Welezd filiis ac dominabus Dorothee et Margarethe filiabus nobilis condam . . . Michaelis Kewer necnon altero Ioanni, Zorardo, Anthonio ac Paulo filiis et domine Brigide filie nobilis condam Ioannis similiter Kewer . . .

⁵ *totalem porcionem possessionariam in possessione Zombor vocata in comitatu Zempliniensi existenti habitam, in cuius scilicet pacifico dominio iidem Georgius, Ioannes et alii predicti progenitores ipsorum ab antiquo perstitisse seque ipsos eciam de presenti persistere, litteras eciam et litteralia instrumenta superinde habuisse, sed superioribus disturbiorum et insurreccionis rusticorum temporibus per eosdem rusticos*
¹⁰ *abductas et disperditas esse asserunt . . . nove . . . donationis titulo donat et mandat capitulo Agriensi, ut iidem nobiles in dominium earundem possessionum introducantur.*

Datum Bude feria sexta proxima post festum beati Luce evangeliste
15 anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto regnorum *ipsius*
regis Hungarie etc. anno vigesimo sexto, Bohemie vero quadragesimo
sexto.

Dextra subter: Relacio reverendi domini Ladislai episcopi ecclesie Vacien-
sis secretarii regie maiestatis et *inferius*: L(adislaus) e(piscopus) V(acien-
20 sis) (A).

In dorso: Registrata folio 64 anno Domini 1515 (A).

1515 Octobris 20 — Buda

266

*Vladislaus II rex Hungariae comitatus de Zaránd mandat, ut summa pecuniae
causa damnorum tempore insurrectionis illatorum extorta iobagionibus marchionis
Brandenburgensis restituatur.*

In charta scriptae, sigillo sub textu scida tecto consignatae esse videntur ex copia photo-
graphica litterae.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis no
1231/38.

Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 42.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
egregiis et nobilibus viris comiti vel vicecomiti ac iudicibus et univer-
sitati nobilium comitatus de Zarand salutem et gratiam!

Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri illustris domini
5 Georgii marchionis Brandenburgensis affinis nostri carissimi, quod licet
nos mediantibus aliis litteris nostris vobis in eo mandaverimus, ne bona
et iobagiones ipsius domini marchionis occasione dampnorum per rusticos
et populares homines anno proxime elapso, dum scilicet contra statum
universum nobilitatis tumultuabant, illatorum et per vos adiudicatorum
10 et limitatorum infra reditum dicti domini marchionis depredare seu
dampnificare presumeretis; vos tamen non curatis huius modi mandatis
nostris iobagiones eiusdem domini exponentis in illo comitatu commo-
rantes plurimum dampnificassetis ac certam summam pecuniarum super
eisdem iobagiones pactative extorsissetis in contemptum mandatorum
15 nostrorum ac preiudicium et dampnum dicti domini exponentis valde
magnum.

Et quia nos mandata nostra per quoscunque subditos nostros incon-
cusse observari volumus, ideo fidelitati vestre harum serie firmiter pre-
cipientes committimus et mandamus aliud habere nolentes, quatenus
20 acceptis presentibus totam pecunie summam per prefatos iobagiones dicti
domini exponentis per vos exactam et receptam plene et integre eisdem
iobagionibus reddere et restituere ac deinceps eisdem iobagiones occa-
sione premissa nullatenus molestare, perturbare, seu dampnificare pre-
summatis nec sitis ausi modo aliquali tamdiu, donec certos ex magistris
25 prothonotariis curie nostre regie istic pro revisione et limitatione huius
modi dampnorum mitemus. Qui nostre maiestatis in persona ipsa dampna
per iobagiones dicti domini exponentis vobis illata secundum Deum et
eius iusticiam revidere et de eisdem dampnis satisfactionem impendere
tenebuntur secus igitur graciae nostre sub optentu non facturi presentibus
30 perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude sabbato proximo post festum beati Galli confessoris
anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

1515 Octobris 24]

267

Capitulum ecclesiae Budensis Ladislaum Csikó fassionem fecisse testatur.

In libro ex charta 21 × 30 cm confecto.

Annotatio eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 529 (ante: Archivum Publicum
Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis regnicolare, Protocollum
Budense no 3).

Ann. v. no 262, 268.

Item tercio termino videlicet feria quarta proxima ante festum beati
Demetrii martiris eodem a(nno) nobilis Ladislaus filius eiusdem Gasparis
Czyko similiter quoad suam personam, quod rationabilibus quibusdam
ex causis videlicet certis dominorum suorum, quibus subditi sunt, nego-
ciis et serviciis occupati simul et semel intrare nequerunt, fecit fassionem
assumptis videlicet uterque ipsorum oneribus quorumlibet fratrum etc.

1515 Octobris 27

268

*Capitulum ecclesiae Budensis Nicolaum Hagymás et suos nece tempore insur-
rectionis patrata absolutos esse testatur.*

In libro ex charta 21 × 30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 527 (ante: Archivum Publicum
Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis regnicolare, Protocollum
Budense no 3).

Ann. v. no 262 et 267.

Quod egregius Gaspar Czyko de Basth ac domina Anna consors eiusdem
et Ladislaus filius egregii condam Dominici Wasky de Zarwasthelek
coram nobis personaliter constituti idem Gaspar Czyko et domina Anna
consors eiusdem onera et quelibet gravamina nobilium puellarum
⁵ Sophie, Cristine, Margarethe et Anne filiarum aliorumque quorumlibet
fratrum proximorum et consanguineorum ipsorum, quos videlicet
presens negocium tangeret seu concernere posset eciam in futurum, per
omnia super se se et cunctas hereditates suas assumentes et levantes
sponte et libere confessi sunt retuleruntque nobis in hunc modum,
¹⁰ quomodo ipsi egregios Nicolaum Haghmas de Bereczo ac generosam
dominam Katherinam consortem et Iohannem filium eiusdem Nicolai
Haghmas ipsorumque heredes et posteritates universas de et super nece
ac interempcione prefati condam Dominici Wasky de Zarwasthelek in

267: 4 post causis del. simul et s

268: 5 post quorumlibet supra scr. et del. aliquid || 6 ipsorum supra scr.

proxime transacta sedicione et tumultuaria insurreccione rusticana sub
¹⁵ nomine cruciate contra nobilitatem tocius regni huius perniciose facta
per homines ad prefatos Nicolaum Haghmas ac dominam Katherinam
consortem et Iohannem filium eiusdem pertinentes patrata atque com-
missa quittos, expeditos et modis omnibus absolutos reddidissent et
commisissent, preterea universas causas et differencias earumque cunctos
²⁰ processus contra et adversus prelibatos Nicolaum Haghmas ac dominam
Katherinam consortem et Iohannem filium eiusdem hactenus previa
ratione motas et suscitatas, vanas et inanes viribusque destitutas ac
penitus sopitas et extinctas reliquissent et commisissent ac pronun-
ciassent, immo reddiderunt et commiserunt reliqueruntque et pronuncia-
²⁵ verunt coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum
mediante.

Datum in vigilia festi beatorum Simonis et Iude apostolorum anno
Domini 1515 coram dominis cantore Fwthanoth et Bak.

In margine: Extradata.

1515 Novembris 15 — Buda

269

*Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut con-
sanguinei Stephani Werbóczy in dominium possessionum Iohannis Halábori,
qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicitur, introducantur.*

In charta 29,5 × 30,5 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum
no 1).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale; Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis
regnicolare, Statutoriae K no 50.

Reg. *Történelmi Tá*r 1897, p. 488.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam!

Cum nos debitum habentes respectum ad integerrimam fidem ac fide-
lium serviciorum gratissima merita fidelis nostri egregii magistri Stephani
⁵ de Werbewcz iudicis curie nostre et parcium regni nostri Transsilvanarum
prothonotarii, que ipse sacre primum huius regni nostri Hungarie corone
deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum
sumpma semper fidelitatis constancia exhibuit et impendit, universa
bona et quelibet iura possessionaria nobilis Iohannis litterati de Halabor
¹⁰ ubilibet et in quibuscunque comitatibus predicti regni nostri Hungarie
existencia et habita, que ex eo, quod ipse postposita fide et fidelitate
nobis et sacro nostro regio dyademati debita rusticis illis et plebee con-
dicionis huius regni nostri hominibus, qui exactis hys diebus rebellionis
protervieque spiritu ducti a veris et naturalibus eorum dominis deficien-
¹⁵ tes dampnabilisque et temerarie presumpcionis ipsorum calcaneum erigen-
tes in nostre maiestatis contemptum et eliminacionem tociusque nobi-
lilitatis perniciem et exterminacionem hostiliter insurrexerant et passim
in hoc regno nostro Hungarie sub nomine cruciate duce quodam latrone
Georgio Żekel nominato vexillis erectis turmatim ferebantur magnaque
²⁰ inter ipsos edita clade horrenda queque et crudelia domus eorum distra-

23 ac]et corr.

hendo, comburrendo, res ipsorum prede exponendo et plures in personis eorum variis tormentis et cruciatibus afficiendo ad extremumque nonnullos palis seu veribus suffigendo plus quam hostes perpetrabant, adhesisse et illorum sedicioni tumultuique ac latrociniis complicem comitemque et socium se prebuisse et in eiusce modi scelerato processu tandem per reliquos nobiles interemptus quoque extitisse et per hoc notam infidelitatis palam incurrisse dicitur, ad collacionem nostram regiam devoluta esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet quovis nominis vocabulo vocitatis ad eadem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub ipsorumque veris metis et antiquis existencia premissis — sicut preferitur — stantibus et se habentibus nobilibus Petro et Gregorio filiis condam Elie de Kerepez consanguineis prefati magistri Stephani ipsorumque heredibus et posteritibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus velimusque eosdem in dominium eorundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.

Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus aut Ladislaus de Orozy vel Thomas de eadem sin magister Petrus seu Gregorius de Komlos sive Thomas Palady de Magfalwa aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies universorum bonorum et quorumlibet iurium possessionariorum prelibati condam Iohannis litterati de Halabor ubilibet — ut preferitur — et in quibuscunque comitatibus predicti regni nostri Hungarie adiacencium vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatos Petrum et Gregorium filios annotati condam Elie de Kerepez statuatque eadem eisdem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinentiis quibuslibet premissis iure et titulo ipsis incumbencia perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Petrum et Gregorium Kerepezy ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradictionis eorundem reddituros et post hec huius modi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt iuriumque possessionariorum inibi statuendorum nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria quinta proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo quinto, Bohemie vero quadragesimo quinto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro nobilibus Petro et Gregorio filiis condam Elie de Kerepez introductoria et statutoria. Execucio facta est die Dominico in festo beatorum Petri et Pauli apostolorum per Petrum Komlosy regium et fratrem Mathiam de Tholchwa nostrum homines, contradixerunt statucioni intrascripti domina Elena relicta condam Iohannis litterati de Halabor in suo et Ewstachii filii sui.

1516
Iun. 29

269: 27 dicitur]dicimtur corr.

Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad Paulum Németi officialem suum scribit, ut iobagiones, qui tempore insurrectionis nobilibus maiora damna intulerunt, satisfaciendi quoque maius onus portent.

In charta scriptae, sigillo anulari scida tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.
Sign. Archivum Publicum Brunense: Archivum familiae Seilern, Serényiana f. 9 no 363.

Honorabilis tamquam frater nobis dilecte!

Coloni nostri de Waarkon miserunt ad nos certos ex eis significantes, quod in presenti solutione, quam iuxta iam initam concordiam facere debent dampnificatis in proximo disturbio, conveniens et iustum foret, quod hii, qui culpabiles in ea parte fuissent, plus solverent, quam qui innocentes essent. Quod nobis quoque videtur fore iustum.

Volumus igitur, quod culpabiles illi solvant et faciatis cum eisdem exolvere illam summam pecunie. In quantum vero nunc tantum solvere non possent, innocentes adiuvent, sic tamen quod hoc bene notetur et annis subsequentibus iidem culpabiles eisdem innocentibus eorum exposita recompensare debeant; dum aliquantulum se ad meliorem fortunam devenisse cognoscentur et solvere valeant.

Ceterum illi domine Margarethe relicte condam Nicolai Horwath de Jenew intimetis, quod ratione ablationis bovis iobagionis nostri de Warkon satisfactionem faciat; alioquin provideatis, quod ipse iobagio noster non permaneat in dampno, qualitercunque poteritis viceversa illi mulieri inferri faciatis tantum damnum et satisfactionem eidem nostro iobagioni impendatis.

Scripsimus nunc rursus Gregorius Kereky, ut sicuti nobis nuper Bude promisit, officialem suum emendet, ratione percussionis et vulnerationis iobagionis nostri de Warkon et satisfactionem eidem leso impendi faciat; alioquin si quid acciderit, sibipsi solummodo imputet. Nam audimus, quod idem officialis suus adhuc minaretur ipsi nostro iobagioni mortem inferre; provideatis, si ipse Gregorius negliget promissa observare.

Ex arce nostra Strigoniensi sabato proximo post festum sancti Brictii episcopi anno Domini 1515.

In dorso: Honorabili magistro Paulo de Nemethy canonico Budensi ac officiali nostro in Warkon nobis syncere dilecto Thomas tituli sancti Martini in Montibus cardinalis Strigoniensis legatus etc.

Vladislaus II rex Hungariae comitatibus Aradinensi et de Zaránd mandat, ut propter contemptionem mandati superioris, quo summa pecuniae causa damnorum tempore insurrectionis illatorum extorta restitui commissum est, coram rege compareant.

A in charta 29×21 cm (v. in tabula exemplarium no 8).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 3) et sigilli fragmentum alterius flavae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37974 (ante: Archivum familiae Hunyadi). Ed. *Történelmi Tár* 5 (1904), p. 239.

Z in charta scriptae, sigillo sub textu impresso scida tecto consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis no 1231/39.

Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 43.

A

Z

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus

Orodiensis

de Zarand

salutem et gratiam!

⁵ Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri illustris domini Georgii marchionis Brandenburgensis nepotis nostri carissimi, quod quamvis nos per alias litteras nostras vobis in eo mandaverimus, ut iobagiones eiusdem domini exponentis in illo comitatu Orodiensi

de Zarand

¹⁰ commorantes pretextu et occasione dampnorum per rusticos et populares homines anno proxime evoluto, dum scilicet tumultuabant, illorum dampnificare nullatenus presumeretis, quod si quam pecunie summam iam ab eisdem extorsissetis, rursus eisdem restituere et reddi facere deberetis. Vos tamen huius modi mandatis nostris spretis res et pecunias ¹⁵ per vos, ut dicitur, a iobagionibus dicti domini exponentis exactas et receptas eisdem iobagionibus reddere et restituere non curassetis neque curaretis impresenciarum in contemptum mandatorum nostrorum.

Et quia nostra mandata per quoscunque subditos nostros inconcusse volumus observari, ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes ²⁰ committimus et mandamus, quatenus acceptis presentibus tricesimo secundo die diei exhibicionis presencium litterarum nostrarum vobis fiende computando coram nostra maiestate, ubicunque Deo duce tunc constituemur, personaliter vel per procuratores vestros legitimos comparere debeatis et teneamini rationem non observacionis mandatorum nostrorum reddituri, nam alias certi sitis, quod nos ad partis comparende ²⁵ instanciam id faciemus in premissis, quod dictaverit ordo iuris, secus igitur non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

271: 7 post nostras add. preceptorias Z | ut]ne corr. A | ut]ne Z || 12 quod]et Z || 15 et receptas om. Z || 16 restitui facere non curastis Z || 19 observari volumus Z

Datum Bude in festo beate Katherine virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

³⁰ *Dextra supra*: Commissio domini regis.

1515 Novembris 25

272

Capitulum ecclesiae Aradinensis se medium molendinum pignerasse pro quingentis florenis, quorum ducentos ante, trecentos autem tempore insurrectionis mutuo sumpsisset, testatur.

In charta 29×25 cm (v. in tabula exemplarium no 34).

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 30272 (ante: Archivum capituli ecclesiae de Alba Iulia regnicolare).

Ed. *Történelmi Társ* 5 (1904), p. 237.

Nos capitulum ecclesie Orodienis memorie commendamus per presentes, quod nos ad prosecutionem cause rectificacionis et rehabendi cuiusdam molendini in fluvio Aranyas in territorio possessionis nostre Eghazfalwa vocate in comitatu Thordensi existentis decurrenti siti et
⁵ habiti a manibus alienis occupative detenti a circumspecto et provido viro Michaelae Myke iobagione et officiali nostro in eadem Eghazfalwa constituto ducentos florenos auri accomodaveramus et levaveramus ipsumque molendinum manibus eiusdem applicaveramus et commiseramus anno eciam proxime transacto ex insurreccione rusticorum quidam
¹⁰ nephandissimus Lucas Kvn in hoc oppido nostro post sceleratissimum Georgium Zekel capitaneatum comitatus Orodienis adeptus fuisset populariumque rusticorum multitudine coadunatus hoc ipsum monasterium undique circumcinxisset plurimaque ingenia et machinas ad destruendum et expugnandum dicto monasterio erigi et astari fecisset, certis
¹⁵ personis e capitularibus fame et siti intus inclusis quibusdam eciam ex ipsis captivatis ac ferro et ligno crudeliter detentis, tandem pactativa ordinacione interveniente idem Lucas Kvn super eosdem trecentos florenos extorsisset, quos discretus Lucas presbyter executor condam honorabilis magistri Dionisi custodis et concanonici nostri ac vicearchidiaconi de Symand reverendissimo domino Thome archiepiscopo Strigoniensi in nostro conservatorio deposuerat et locaverat sicque a sceleratissimo Georgio Zekel capita eorundem redemissent et eliberassent non habentes autem nobis prescriptam sumpnam quingentorum florenorum unde solvere, timentes igitur alia bona et iura possessionaria ab
²⁵ hac ecclesia alienare et in posterum non posse rehabere, pro eo mera fide et sincera fidelitate prelibati Michaelis Myke confisi, qui nos et ipsam ecclesiam rursus a solucione prefatorum trecentorum florenorum propriis suis pecuniis relevavit, redemit et exoneravit atque persolvit, ob hoc nos directam et equalem medietatem prescripti molendini simul cum
³⁰ cunctis suis utilitatibus, proventibus fructuositatibusque et emolumentis quibuslibet ad eandem de iure et ab antiquo undique spectantibus et pertinere debentibus memorato Michaeli Myke ac domine Margarethe consorti et puelle Katherine filie suis pro predictis quingentis florenis auri modo premissis ab eisdem iam receptis et levatis obligavimus et impigno-

- ³⁵ ravimus, imo obligamus et impigno[r]amus tali modo, ut dum et quando nobis facultas redimendi suppetent, extunc iidem Michael aut domina Margaretha neve puella Katherina rehabitis prius prescriptis quingentis florenis eandem medietatem molendini cum preactis utilitatibus sine omni litigio et difficultate remittere et resignare debebit et tenebitur,
- ⁴⁰ assumentes nichilominus prelibatos Michaelem ac dominam Margaretham et puellam Katherinam infra tempus redemptionis contra quoslibet legitimos impetitores causidicos et actores propriis nostris laboribus et expensis nobis tueri et conservari harum litterarum nostrarum vigore et testimonio presencium mediante.
- ⁴⁵ Datum in festo beate Katherine virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

1515 Novembris 26 — Szer

273

Comitatus Csongrádiensis ad comitatum Cenadinensem scribit, ut possessionem Donát vocatam Iohanni Dóczy pro dampnis tempore insurrectionis illatis satisfieri iubeat.

In charta 21 × 14 cm.

Sigillorum trium vestigia anularium, quae litteras olim clausere.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22732.

Egregiis et nobilibus comiti vel vicecomitibus et iudicibus nobilium necnon duodecim iuratis comitatus Chenadiensis Thomas Mezew de Zanthothelek ac Georgius Sewenhazy de Sewenhaza vicecomites et iudices nobilium necnon duodecim iurati comitatus Chongradiensis

⁵ salutem cum honore!

Quia secundum deliberacionem et adiudicacionem nostram legitimis probacionibus secundum continenciam articulorum in proxime preterita dieta per regiam maiestatem et regnicolas editorum factam egregio Iohanni Doczy pro dampnis in transacta dissensione laicali eidem illatis

¹⁰ possessio Donath in vestro comitatu existens habet solvere florenos quinquaginta, rogamus itaque vestras d(ominaciones), quatenus abtenta rei veritate communisque iusticie intuitu necnon constitutionum et ordinationum tocus regnicolarum velitis de premissis pecuniis per nos

— ut premittitur — iure adiudicatis satisfaccionem impendi facere

¹⁵ instar aliorum comitatum.

Datum ex Zeer sede nostra consueta iudiciaria feria secunda proxima post festum beate Katherine virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

In dorso: Iohannes Doczy propria sua in persona contra infrascriptos pro rebus suis domesticis ad florenos L^{ta} suum deposuit iuramentum; sabbatho proximo post festum beati Georgii martiris 1517.

1517
Apr. 25

Nicolaus Thuróczy vicevayvoda Transilvaniae Petrum Was, qui cum sociis florenos quattuor milium furatus erat, quorumque ei attributorum magnam partem cum Georgio Székely in confiniis consumpsit, a se adiudicatum esse testatur.

Transcriptum Iohannis Zapolyai vayvodae Transilvani die 1 Februarii anno 1516 in charta 43 × 47 cm perforata mancaque sigillo rubrae cerae impresso, quod litteras olim clausit, consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 26530 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, V no 14).

Ann. Istum Georgium Székely ducem insurrectorum rusticorum eodem nomine vocatum fuisse censuere Gabriel Barta et Antonius Fekete Nagy (v. *Parasztháború* p. 143).

Nos Nicolaus Thwrochy vicewaywoda Transsilvanus et Siculorum vicecomes etc. memorie commendamus per presentes, quod cum inter egregium Mathko de Klysyo camerarium camere salium de Thorda ab una ac quendam Petrum Was alias cubicularium condam Iohannis Horwath de Kamychach ab alia partibus coram domino nostro graciousissimo spectabili et magnifico domino domino Iohanne de Zapolya comite perpetuo terre Scepusiensis waywodaque Transsilvano et Siculorum comite necnon regie maiestatis capitaneo generali etc. racione quorundam quattuor milium florenorum eorundem condam Iohannis Horwath necnon Mathkonis et Andree fratris sui per prefatum Petrum Was et suos complices annis superioribus de domo eorundem condam Iohannis Horwath ac Mathkonis et Andree in possessione Adon vocata in comitatu Albensi parcium regni Hungarie existenti habita furtive et clandestine surreptorum ablatorumque et abductorum quedam causa mota et ad attestationem certorum proborum et nobilium virorum dicti comitatus Albensis iuxta continentiam litterarum prefati domini nostri graciousissimi superinde confectarum fiendam adiudicata extitisset huius modique attestationis reportata series de speciali commissione et mandato ipsius domini nostri graciousissimi iudiciaria deliberacione et examini nostro fuisset

submissa.

Dec. 20 Idem Mathko camerarius feria quinta in vigilia beati Thome apostoli in figura nostri iudicii comparens presente ibidem et personaliter adherente prefato Petro Was exhibuit nobis et presentavit litteras vicecomitum et iudicum nobilium dicti comitatus Albensis domino nostro graciousissimo super prenotata attestatione relatorie rescriptas, quarum ex tenoribus per expressum cernebatur prefatum Mathko camerarium seu Andream fratrem eiusdem dictam ipsius Mathko camerarii accionem contra prefatum Petrum Was testibus cum pluribus comprobasse, specialiter autem novem nobilibus personis et quatuor ignobilibus eundem, prout ex seriebus dictarum litterarum relatoriarum clarius patet, bono modo sufficienterque verificasse, ipso tamen Petro Was contra huius modi dicti Mathkonis testes quadam excepcione faciente nonnullosque ex eisdem ipsius Mathkonis servitores et certos iobagiones existere asserente, ne huius modi attestacio quoquo modo suspecta esse videretur, de nostro

35 coassessorum consilio iudicantes ad superhabundancio rem rei certificationem commisimus eo modo, ut idem Mathko camerarius facto in premissis ad caput ipsius Petri Was tamquam hominis et persone ignobilis septimo se sacramentum prestare, quo prestito idem Petrus Was

40 tamquam malefactor et fur comprobatus debitam penam et supplicium condignum subire deberet, quod quidem sacramentum idem Mathko camerarius una cum suis coniuratoribus coram nobis, ut debuit, suo modo deposuit.

Ipsa igitur nostra iudiciaria deliberacione hoc modo peracta et dicto Petro Was nostre subiacente sentencie, cum de eiusdem complicibus et sumpme prenotate discipacione vel alioquin in locum quemcumque locacionem voluissemus certo cercius edoceri eundemque Petrum Was verbis in primis examinasset, idem proprie vocis oraculo coram nobis fassus extitit eo modo, quomodo sumpma per ipsum et suos complices surrepta et furtim ablata non quatuor milia, sed octingenti dumtaxat floreni 50 fuissent, demum non{in}gentos et ex post non ex toto mille florenos extitisse profitendo, complices autem suos Sebastianum Iwancyz et quendam alium sibi ignotum cum eodem Sebastiano existentem, quem tandem Iacobum Waryassy fuisse affirmavit nominans pro huius modique furticii et facinoris patracione nobilem Petrum de Iwancz ipsis quendam 55 sumpma iam fata hoc modo oblata eidem Petro Was ducenti dumtaxat dati fuissent vel aliqua pars apud dictos suos complices omnino remansisset. Verum cum huius modi ipsius Petri Was spontanea fassio nobis suspecta fuisset eundemque condignis penis et thormentis affici fecissemus; factis hinc inde nonnullis cavillationibus demum recognovit sumpmam prefatorum florenorum quatuor milium per ipsum et suos complices 60 antedictos ablatam fuisse sibi que exinde prefatis ducentis florenis per suos complices eo nomine, utrum illis longius abiret, assignatis reliqua omnia mansissent apud dictos Sebastianum de Iwancz et Iacobum 65 Waryassy et per eosdem ipsa sumpma ad manus prefati Petri de Iwancz reposita extitisset, ex post autem cum iam sibi periculum mortis et debiti supplicii penam imminere agnovisset, facta confessione suo confessori postea eandem recognovit ex sumpma dictorum quatuor milium florenorum eidem mille in auro et ducentos in monetis florenos cessisse, ex 70 quibus sales centum florenorum ordinasset et fratri suo Martino Was de Thorda assignasset causa questus per aquam in Hung[a]riam deducendos, reliquam autem partem eorundem mille et ducentorum florenorum in castro Chery et aliis locis finitimis cum Georgio Zekel et ceteris locorum finitimorum stip[en]diatis inhabitatoribus vane et inutiliter consump- 75 sisset, finaliter autem cum ad locum supplicii deductus et in patibulum alligatus fuisset, recognovit de prescripta summa per [ipsu]m et suos complices surrepta aput quendam Stephanum Bude iuxta ecclesiam beati Stephani habitantem certam summam, quam nominare nesciret, repositam hab[eret] *** homo existeret bone hospitalitatis duas bonas 80 habentem vineas, insuper autem aput quendam Matheum litteratum alias vicecamerarium de Wyzakna, i[tem Petru]s Was ducentos florenos in monetis de eisdem surreptis pecuniis habere fass[us] est addens, quod si prefatis Mathko camerarius eo contentari vellet, speraret a Pau[lo Pa]thanthyws servitore domini nostri graciousissimi florenos centum 85 expetere posse et illos prefato Mathko camerario in sortem suarum expensarum dare velle, de rebus autem et bonis suis propriis idem Petrus nil

amplius se habere cognovit preterquam Thorde apud Albertum Chypkes sales navales tria milia et apud fratres in claustro Thordensi existentes sales curruales trecentos. Unde nos super premissa nostra iudiciaria⁹⁰ deliberacione necnon eiusdem Petri Was fassione prefato Mathko camerario iuris eiusdem ad cautelam presentes litteras nostras duximus concedendas.

Datum in oppido Dewa tercio die termini prenotati anno Domini millesimo quingentesimo decimo quinto.

1516 Ianuarii 3 — Buda

275

Emericus Perényi palatinus Hungariae conventum ecclesiae Sancti Benedicti iuxta Garam requirit, ut quasdam litteras tempore insurrectionis amissas transcribat.

Transcriptum conventus ecclesiae Sancti Benedicti iuxta Garam die 21 Martii anno 1516 in charta 29×34 cm sigillo in dorso flavae cerae impresso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 75783 (ante: Archivum familiae Sándor-Metternich, tom. B f. 10 no 109a).

Ed. *Podmaniczky oklevéltár* II, no 44.

Emericus Perényi Hungariae palatinus conventum ecclesiae Sancti Benedicti iuxta Garam requirit, ut egregio Andree de Rechen . . . quasdam litteras suas introductorias et statutorias ex donacione iuris regii serenissimi principis condam domini Mathie regis . . . pro parte nobilium⁵ Georgii Penzes de Werkew et condam Gasparis filii condam Iohannis de Podmanyn de et super possessione Chabay vocata in comitatu Nittriensi existenti habita privilegialiter confecta, quae hys proximis disturbiorum temporibus cruce signatorum nunc evolutis ab ipso Andrea casualiter forent deperdite et alienate . . . in sua sacristia sive conservatorio . . .¹⁰ repositas transcribat et transcriptum tradat.

Datum Bude feria quinta proxima post festum circumcisionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo sexto.

ante 1516 Ianuarii 9

276

Comitatus Szatmáriensis damna possessionis Hodász vocatae limitat.

In charta 20×5,5 cm.

Sigillorum quinque vestigia scripto sub textu flavae cerae impressorum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 39613 (ante: Archivum familiae Petróczy, C no 153).

Ed. *Levéltári Közlemények* 9 (1931), p. 105.

Ann. Litteras ante diem, qua no 278, datas esse videtur nobis.

Item possessio Hodaz pro destructione domus iuxta limitationem dominorum iuratorum comitatus Zatmariensis nobili Ladislao Dersy solvat florenos 25.

87 se supra scr.

378

Comitatus Szatmáriensis damna possessionis Császár vocatae limitat.

In charta 20,5×7,5 cm.

Sigillorum quinque vestigia scripto sub textu flavae cerae impressorum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 39613 (ante: Archivum familiae Petróczy, C no 153).

Ed. *Levéltári Közlemények* 9 (1931), p. 105.

Ann. Litteras ante diem, qua no 278, datas esse videtur nobis.

Item possessio Chazar pro refusione damnorum tempore disturbii per rusticos et male cruciatos illatorum iuxta limitacionem dominorum iuratorum comitatus Zatmariensis nobili Ladislao Dersy solvat florenos 6,5.

1516 Ianuarii 9 — Domahida

Comitatus Szatmáriensis testatur, qua satisfactione pro damnis tempore insurrectionis illatis Ladislao Dersi teneantur.

In charta 21×25 cm perforata lacerataque.

Sigillorum quinque fragmenta scripto sub textu medii viridi, extremorum binorum flavae cerae impressorum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 39613 (ante: Archivum familiae Petróczy, C no 153).

Reg. *Levéltári Közlemények* 9 (1931), p. 105 (Hungarice).

Nos Andreas de Ewor, Michael Kanthor de Hodaaz vicecomites necnon quatuor iudices nobilium ac duodecim electi et iurati comitatus Zathmariensis damus pro memoria, quod cum nos iuxta dispositionem et ordinationem domini nostri regis necnon dominorum prelatorum et
⁵ baronum ac totius regni Hungarie nobilium ad revidenda et rectificanda damna dominorum et nobilium dicti comitatus Zathmariensis tempore disturbii per rusticos et male cruciatos illatorum et perpetratorum ad domos cunetorum dominorum et nobilium predictorum accessissemus cumque nos ad singulorum dominorum et nobilium iam dictorum damna
¹⁰ quam plures testes sacratiss[imo] iuramento mediante examinassetur, quorum testium fassiones seorsum et singillatim conscribi fecissemus et tandem post predictorum damnorum revisionem testiumque fassionum acceptionem ad determinandum et finaliter concludendum una cum dominis et baronibus ac universitati nobilium iam dicti comitatus Zathmariensis in locum sedis iudicarie comitatus eiusdem convenissemus inter alios
¹⁵ nobiles fratres nostros dampnatos egregius Ladislaus de Ders debita cum instancia petens sibi iuxta testium ipsius attestaciones de damnis et oppressionibus suis per predictos rusticos et male cruciatos scelerratissimos eidem illatis iudic[i]um et iusticiam impartiri, quibus sic
²⁰ habitis nos unanimi et concordii voluntate, ut tenemur, attestaciones eiusdem Ladislai de Ders coram nobis recipiendas, quas de verbo ad ver-

277: 3 post florenos del. aliquem numerum

278: 7 recte: illata et perpetrata || 14 recte: universitate

bum perlegi fecissem[us res] eciam suas per predictos malefactores ablatas deperditasque in registro presentatas cora[m n]obis recepissemus, quas nos in *** ponderantes et estimando limitassemus, ex quorum testium
25 attestacionibus fassionibusque supradictis iuxta limitacionem et estimacionem nostram incolas oppidi Bathor in florenis duodecim Hodaaz in centum et quinquaginta ac quadraginta novem cum medio, Chazar in tredecim, Iohannem Dal de Bathor in septem florenis contra iam dictum Ladislaum Dersy reperimus et agnovimus esse condemnandos.

30 Quare nos prescriptos incolas contra et adversus annotatum Ladislaum de Ders pro eorum sceleratissimis actibus et depredacionibus eidem illatis ex matura nostra deliberacione finaliter concludenda in predictis summis pecuniarum iudicialiter commisimus fore condemnatos et aggravatos. In cuius rei testimonium presentes litteras nostras sigillis, quibus
35 iudiciis utimur, consignatas eidem duximus concedendas communi iusticia suadente uberiorem sui iuris ad [cau]telam presentibus perlectis exhibenti restituitis!

Datum in Domahyda feria quarta post festum epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo sexto.

40 *Dextra subter:* Iohannes de Kallo notarius subscripsit.

1516 Ianuarii 17 — Buda

279

Vladislaus II rex Hungariae comitatus Posoniensi mandat, ut capitulo ecclesiae Posoniensis pro damnis tempore insurrectionis per gentes comitatus illatis satisfaciant.

In charta 29,5 × 23,5 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis privatum, capsula E f. 1 no 21.

Ed. *Magyar Sion* 4 (1866), p. 166.

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris comiti ac vicecomiti ac iudicibus nobilium comitatus Posoniensis salutem et gratiam!

Conqueritur nobis gravi admodum querella capitulum ecclesie Posoniensis, qualiter vos racione pecuniarum exercituum ipsi capitulo ob
5 illam grandem incineracionem, qua nedum domus, verum et substancie eorum sunt deperdite, per maiestatem nostram ex deliberacione consiliariorum nostrorum relaxatarum duas possessiones, unam prepositi Samoth, aliam vero ipsius capituli Welk vocatas depredari fecissetis, exhinc equos et pecora abigi fecissetis et tamdiu teneri fecissetis, quous-
10 que nedum talis pecunia per nos — ut decet — ipsi capitulo deputata vobis reddita, sed et ipsi depredatoribus certa pecunialis solucio facta fuisset, in preiudicium nostrarum litterarum et graciae nostre ipsi capitulo collate.

15 Preterea conqueritur idem capitulum, qualiter egregius Stephanus Amadee tempore cruciatorum pertunc exactor pecuniarum exercituum

24 lac. 22 litterarum || 27 et supra scr.

279: 16 recte: pro-

lium quasdam gentes illius comitatus ad possessionem eiusdem capituli Wasarwth nominatam misisset, ubi multa damna iobagionibus illic commorantibus eodem gentes intulissent. Et tandem ad revidendum
20 illud dampnum unum certum nobilem ex vobis misissetis, qui ipsos iobagiones in triginta florenis dampnificatos estimasset, de quibus nondum per vos satisfactum fuisset.

Et quia nos de talibus dampnis vehementer ipsi capitulo compatimur, fidelitati igitur vestre harum serie firmiter mandamus, ut de his omnibus
25 {omnibus} eisdem capitularibus satisfacere et eosdem superinde iure mediante contentos reddere debeatis. Nam alioquin tamdem oportuno remedio eisdem providere volumus ita, ut iidem in dampno non manebunt. Aliud igitur nullo modo facere presumatis presentibus perlectis exhibenti restitu[tis]!

30 Datum Bude in] festo beati Anthonii abbatis anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Dextra subter: Relacio venerabilis magistri Francisci prepositi Transilvanensis secretarii regie maiestatis.

1516 Februarii 11 — Ardó

280

Comitatus Beregiensis comitatum Szatmáriensem rogat, ut Gabrieli Perényi pro damnis possessionum in eodem comitatu existentium satisfaciant.

In charta 21,5×15 cm.

Sigillorum quinque fragmenta flavae cerae impressorum anularium, quae litteras olim clausere.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71139 (ante: Archivum familiae Perényi).

Egregii domini fratres et amici honorandi!

Magnificus dominus Gabriel de Peren certa dampna per incolas possessionum Zamoszeg, Olczwa, Appathy, Warosdobos, Mada, Rohod, Pethenyehaza, Gywlahaza, Gyarmath, Nabrad, Panyola, Semyen,
5 Mathoch, Thwnyog, Wythka, Karaz, Namyn, Baka, Aranyas, Gyre, Palcza, Warssan, utraque Dobos et ceterarum possessionum eisdem comprovincialium passus est. Que quidem dampna iuxta nostram extenderentur limitationem ad florenos trecentos minus florenis sex denarios sex.

10 Ideo rogamus d(ominaciones) vestras et fraternitates, quatenus velint d(ominaciones) vestre et fraternitates eundem causa communis iusticie contentari facere <in possessionibus> in illo comitatu vestro iacentibus de suis dampnis.

15 Ex Ardo feria secunda proxima post Dominicam invocavit anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Vicecomes et iudices nobilium ac duodecim iurati comitatus Bereg

In dorso: Egregiis dominis vicecomiti et iudicibus nobilium ac duodecim iuratis comitatus Zathmariensis dominis fratribus et amicis honorandis.

280: 12 in—iacentibus *supra scr.*

Comitatus Szabolcsiensis damna possessionum Kálló et Semjén vocatarum Stephano Tegzes limitat.

In charta 20×4,5 cm (v. in tabula exemplarium no 38).

Annotatio.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 48229 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis, Collectio Augustini Szalay).

Ann. Litteras istas circa diem 11 Februarii anno 1516, qua die comitatus de Bereg pro dampnis possessionis etiam Semjén dictae restituendis ad vicinum comitatum scripsit (v. no 280), datas esse videtur nobis.

Kallo et Sempien debent solvere Stephano Thegzes florenos XVII pro dampnis sibi ipsi illatis iuxta limitationem vicecomitis et iudicium nobilium ac duodecim iuratorum ita, ut eundem ad quindecimum diem contentare debeant, alioquin vicecomes sibi ipsi totidem recipere valeat.

Comitatus Szabolcsiensis damna possessionum Kálló et Sima dictarum Stephano Báthory limitat.

In charta 22×6 cm (v. in tabula exemplarum no 39).

Sigilli vestigium, quod litteras olim clausit, videri potest.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 104872 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis, Collectio Augustini Szalay).

Ann. Litteras has circa diem, qua praecedentes, datas esse videtur nobis.

Syma et Kallo debeant solvere Stephano Bathory florenos IIII denarios XXV pro dampno sibi illato iuxta limitacionem vicecomitis et iudicium nobilium ac duodecim iuratorum ita, ut ad quindecimum diem eundem contentare debeat, alioquin vicecomes sibipsi totidem recipiat.

Vladislaus II rex Hungariae domum Christophori Verőczei pro eisdem meritis tempore insurrectionis exhibitis omnibus solutionibus absolvit.

In membrana 54×34 cm (v. in tabula exemplarium no 19).

Sigillum ex filis viridis, flavi violaeque colorum sericeis rubrae cerae impressum pendet (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 84625 (ante: Archivum familiae Lónyay, f. 37 no 12).

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, univervis, quod nos cum ad humillimam supplicacionem nonnullorum fidelium nostrorum nostre propterea factam maiestati, tum vero attentis et

282: 4 recte: debeant

5 consideratis illis fidelibus serviciis et meritis fidelis nostri nobilis Cristophori Werezey alias vicecastellani castri nostri de Hwzth, que idem nobis et sacre huius regni nostri Hungarie corone hoc presertim rusticane insurreccionis tempore contra eosdem rusticos sub castro ipso nostro Hwzth tumultuantes viriliter decertans et plerosque ex eis domans ac
10 ad fidelitatem et obedienciam nobis debitam reducens exhibuit et impendit, quandam domum eiusdem in oppido nostro Hwzth habitam, quam idem ad presens possidere dicitur, ab omnibus censibus, daciis, collectis et taxis ac famulatibus tam scilicet ordinariis quam extraordinariis sive eciam subsidiis et aliis quibusvis solucionibus et servitutibus nobis racione
15 ipsius domus per ipsum vel heredes suos provenire debentibus amodo imposterum duximus gracione eximendam, supportandam et libertandam, imo eximimus, supportamus et libertamus presencium per vigorem.

Quocirca vobis fidelibus nostris reverendo in Christo patri domino Petro Beryzlo episcopo ecclesie Wesprimiensis thesaurario nostro moderno
20 futurisque thesaurariis nostris, preterea magnifico Gabrieli de Peren cubiculariorum nostrorum magistro ac comiti camerarum salium nostrorum Maromarusiensium futurisque comitibus et officialibus dictarum camerarum nostrarum Maromarusiensium necnon iudicibus et iuratis civibus dicti oppidi nostri Hwzth presentibus et futuris ac dicatoribus
25 et exactoribus quorumcunque censuum taxarumque vel quarumcunque aliarum contribucionum et subsidiorum ac famulatum quorumcunque nostrorum in comitatu Maramarusiensi et oppido ipso nostro Hwzth nunc constitutis et in futurum constituendis presentes nostras visuris harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus amodo deinceps prefatum Cristophorum eiusdemque heredes ad premissam taxarum
30 seu aliarum quarumcunque contribucionum sive eciam subsidiorum ac eciam famulatum nobis racione eiusdem domus provenire debencium solucionem et impensionem de cetero cogere seu compellere aut ipsos ob id in personis rebusque et bonis ipsorum quibusvis turbare, molestare
35 seu dampnificare nusquam et nequaquam presummatis neque sitis ausi modo aliquali, sed eidem Cristophoro ipsiusque heredibus et posteritatibus universis hanc nostram exempcionem et libertacionem firmiter et inconcusse semper observare et observari facere modis omnibus debeatis et teneamini et aliud gracie nostre sub obtentu facere nullatenus
40 audeatis, presentes vero, quas secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impendenti communiri fecimus post earum lecturam reddi semper volumus presentanti.

Datum Bude in Dominica reminiscere anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo sexto, Bohemie vero quadragesimo sexto.

45 *Dextra in interiore plica:* Relacio domini Iohannis Kossaczky.

Capitulum ecclesiae Agriensis se Gregorio Csapi viginti florenos relaxasse et triginta quatuor capitulo iam persolutos esse testatur.

In charta 21,5×18 cm aqua maculata.

Sigilli fragmentum 2,5 cm decanatus capituli ecclesiae Agriensis scripto sub textu viridi ceræ impressi rotundi, quod agnoscere non potest.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82456 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 215 no 260).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1027.

Nos capitulum ecclesiae Agriensis memorie commendamus per presentes, quod nos de illis quinquaginta quatuor florenis, quibus nobis egregius Gregorius de Chap ex deputatione universitatis nobilium comitatus de Zabolch in sortem solutionis illius summe pecuniarum, quam summam
 5 universitas nobilium eiusdem comitatus anno Domini millesimo quingentesimo quarto decimo preterito de iobagionibus et incolis possessionum nostrarum Polgary et Zenthmargytha in eodem comitatu existentium superflue extorserat, obligabatur, ad petitiones magnifici domini Andree de Bathor comitis nec non universitatis nobilium dicti comitatus
 10 de Zabolch et egregii Francisci Farkas de Thokay viginti florenos eidem Gregorio de Chap relaxavimus. Residuos vero triginta quatuor florenos idem Gregorius de Chap nobis plenarie et integre persolvit.

Super qua quidem solutione huius modi triginta quatuor florenorum eundem Gregorium de Chap quitum, expeditum et modis omnibus
 15 absolutum reddidimus et commisimus reddimusque et committimus harum nostrarum, quas sigillo decanatus nostri communiri iussimus, vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum Agrie in festo chathedre beati Petri apostoli anno Domini millesimo quingentesimo sexto decimo.

Cives oppidi Monostor nominati Georgio marchioni Brandenburgensi supplicent, ut a solutione damnorum per cruciferos in nobiles patratorum defendat eos.

In charta scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur ex copia photographica litterae.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1051. Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 45.

Salutem ac servicia parata cum omni prontitudine nostri famulatus! Magnifice domine nostri honorande!

In memoriam redeat v(estre) m(agnificencie), quomodo in elapsis annis regnum adversus regnum consurexerant, videlicet illi pessimi, qui cognominabantur cruciferi, sed non fuerunt veri cruciferi, sed erant predones,
 5 raptores et mactatores, item venientes ad illa bona vestre m(agnificencie) videlicet ad Monostor et ad illas pertinencias plusquam duo milia homines

285: 2 sc. nobis

equestres et pedestres cum manibus armatis nosque vi compellerent ad illam congregacionem, sed nos — ut potuimus — furtim abeondo per
10 sillvas et nemus ambulando compassi fuimus nosque nemini illis temporibus dampna aut iniurias fecimus.

Nunc vero ex comitatu Themesiensi consurgentes hy nobiles videlicet Andreas Stanissa, Michael Belotha, Petrus Thywadar, Paulus Tywadar, Nicolaus Bozvary, Mathias Gholob et Michael Hwza vicefactor de eadem
15 Monostor et isti iam dicti duo nobiles videlicet Mathyas Gholob et Michael Hwza omnes istos iam supra dictos nobiles concitaverunt adversus nos, ut de damnis suis, que illis temporibus patuerunt, per nos exigerent. Et isti iam supra dicti nobiles per nos plusquam mille florenos habere volunt, nos vero nullo modo persolvere possumus. Propter
20 quam ad nos venientes cum exercitu magno de comitatu Themesiensi, ut res et bona nostra totaliter asportarent. Is vero Iohannes Bekes castellanus de eadem Monostor tamquam pater et dominus noster dilectus inter nos et nobiles fecit pacem et terminum usque ad requisitam et inventam v(estram) m(agnificam) d(ominacionem), ut in quibus v(estra)
25 m(agnifica) d(ominacio) nos informaverit, contenti errimus.

Eatenus supplicamus v(estre) m(agnificencie) tamquam singularissimo domino et defensori nostro, ut vestra magnificencia ob respectum Dei omnipotentis et eius intemerate virginis intacte nos in isto periculo et
tribulacione ne deserat, sed v(estra) m(agnificencia) tamquam filios et
30 iobagiones atque servos providere velit cum informacione in litteris vestris, ut nos non eis in dampnum, sed v(estre) m(agnificencie) taxa persolvere valeamus.

Item v(estre) m(agnificencie) supplicamus tamquam domino nostro gracioso, ut iam sepe dictum e(gregium) Petrum Pathochy castellanum de
35 Hwnyad de nobis detinere velit, quia per ipsum multas iniurias patimor, quia ad domum suam in Lyppwa existentem nos serviciis ac in omnibus necessitatibus suis compellit servire.

Item eciam atque eciam petimus v(estram) m(agnificam) d(ominacionem), ut Michaelem Hwza iam multociens nominatum castellanum inter
40 nos in dicto officio permiti non faciatis, quia multa mala per ipsum iam dictum Michaelem Hwza in officio isto fiunt, propter quam nobis multociens dampna eventient.

Item Michael Alch civis v(estre) m(agnificencie) de eadem Monostor supplicat v(estre) m(agnifice) d(ominacioni), ut <conservet eum> in eadem libertate,
45 quam v(estra) m(agnificencia) contulerat condam concivi v(estre) m(agnificencie) videlicet Radych cum filiis suis, hys vero Radych ab hoc seculo decessit et iste Michael Alch copulavit coniugem suam et adhuc in eadem libertate extitit, sed multas iniurias patitur propter officiales. Igitur v(estra) m(agnificencia) inter alias in literis vestris notificare velit,
50 ut sit in pacifico et in eadem libertate, quam antea habuit prenominate Radych cum filiis suis. Nam servicia, que v(estre) m(agnificencie) oportuerit in domibus videlicet in castris et castellis vel cum equis, servire studebit.

Alia, que v(estre) m(agnifice) d(ominacioni) hy duo videlicet exhibitores presencium retulerint, fidem adibeat e(adem) v(estra) m(agnificencia).

17 sc. passi sunt || 29 recte: deserat || 31 recte: taxam || 46 recte: hic

55 Valere cupimus v(estrām) m(agnificam) d(ominacionem) felicissime in eo,
qui numerat seculorum dies et horas.

Datum pridie Kalendas Marcii anno 1516.

Kenezyny et cives de
Monostor et pertinenciis
eiusdem domino nostro gracioso

60

In dorso: Magnifico domino Georgio marchioni Brandenburgensi
Rugieque principi domino nostro singularissimo presentetur.

Querimonia et supplicatoria civium de Monostor anno 15(1)6.

65 Scriptum est Iohanni Bekes, ut eos contra intrascriptos nobiles indemp-
nes teneat et libertatem, quam Michaeli Aleh petierunt, observet.

1516 Martii 2^o — Buda

286

*Vladislaus II rex Hungariae Stephanum Werbőczy possessionem Kartal voca-
tam nobilibus de Sily pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta dedisse
testatur.*

In charta 30 × 25 cm.

Sigilli fragmentum scripto sub texto rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 3).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 62023 (ante: Archivum familiae Kisfaludy).

Ed. *Codex patrius* II, no 256.

Reg. *Bártfai Szabó, Pest megye*, no 248 (Hungarice).

Nos Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie
commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis,
quod fidelis noster egregius magister Stephanus de Werbewecz pridem
iudicis curie nostre et parcium regni nostri Transsilvanarum prothono-
5 tarius oneribus et quibuslibet gravaminibus Francisci, Petri et Iohannis
filiorum suorum in subscriptis per omnia super se et hereditates suas
assumptis atque levatis coram nostra personali presencia personaliter
constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo
ipse . . . pro illis sexingentis florenis auri, quos ipse magister Stephanus
10 a . . . Michaele et Francisco *filiis condam Nicolai Ethele de Syul* necnon
generosa domina Potenciana consorte eiusdem Michaelis ad certorum
negociorum suorum in transacta potissime sedicione rusticana expedi-
cionem levasset et accepisset, totalem porcionem suam possessionariam
in possessione Kartal appellata in comitatu Newgradiensi existenti
15 habitam alias per maiestatem nostram per defectum seminis nobilis
condam Nicolai filii olim Emerici Chwda de Bodon prelibato magistro
Stephano . . . in perpetuum donatam et collatam deindeque per formam
concordie cum nobile domina Sophia filia eiusdem condam Emerici
Chwda consorte scilicet magistri Nicolai de Mylethyncz pretextu bono-
20 rum et quorumlibet iurium possessionariorum predicti condam Nicolai
Chwda per ipsum magistrum Stephanum facte atque celebrate sibi

60 *post gracioso del.* presententur

386

deventam . . . memoratis Michaeli ac Francisco Ethele ac domine Potenciane . . . dedisset . . .

Datum Bude die Dominico proximo post festum beati Mathie apostoli
25 anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Dextra subter: Lecta.

1516 Martii 2 — Buda

287

Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Gabriel Perényi in dominium possessionum illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, introducat.

In charta 29,5 × 28 cm (v. in tabula exemplarium no 25).

Sigilli vestigium rubrae ceræ impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 1).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71141 (ante: Archivum familiae Perényi, f. 35 no 12).

Reg. *Történelmi Tá* 1897, p. 488 (Hungarice).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie sancte crucis de Lelez salutem et gratiam!

Cum nos habentes respectum ad fidelitatem et fidelium servitorum merita fidelis nostri magnifici Gabrielis de Peren comitis Marumarusiensis
5 et de Wgocha ac cubiculariorum nostrorum magistri, que ipse sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone deinde maiestati nostre sub locorum et temporum diversitate cum omni fidelitatis constancia exhibuit et impendit, universa bona, possessiones porcionesque et quelibet iura possessionaria nobilium Cesaris de Almas, Iohannis Zeel de
10 eadem Alma[s], Andree Chatho de Chatohaza, Stephani de Gykfalwa, Sebastiani Zewkew de Petherfalwa, quondam Fabiani de Beeken, Pauli Beeke de eadem Beeken, Georgii Ban de eadem Beeken tam in prenomi-
natis possessionibus in de Wgocha quam alias ubivis et in quibuscunque comitatibus huius regni nostri existentibus et habita, que ex eo,
15 quod iidem in superiori rusticano disturbio postposita fide et honore eorundem moti propria ipsorum voluntate in contemptum divini humanique iuris ad cruciatos adhesisse cum eis in perniciem tocius nobilitatis coniurasse ac in omnibus malis actibus et nefandis latrociniis participes fuisse et per hoc notam infidelitatis manifeste incurrisse dicuntur,
20 ad nos consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam eiusdem regni nostri Hungarie consuetudinem rite et legitime devoluta esse perhibentur et redacte, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis earundem quibuslibet memorato Gabrieli de Peren suisque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum
25 donacionalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eorundem et earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.

Super quo fidelitati vestri harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo

287: 13 in¹ post inser. || 23 post pertinenciis del. d || 28 recte: vestre

³⁰ presente Lucas Kwn de Rossaly sive Iohannes de Eger neve Dominicus de Forgolan aut Iohannes de Choma et Gregorius Feyes de Hethen aliis absentibus homo noster ad facies dictarum possessionum consequenter universorum honorum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum prefatorum Cesaris de Almas, Iohannis Zeel de eadem Almas et
³⁵ aliorum prescriptorum vicinis et cometaneis eorundem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatum Gabrielem de Peren in dominium eorundem et earundem statuatque eadem et easdem eidem premisse nostre donacionis titulo sibi incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contra-
⁴⁰ dictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Gabrielem de Peren ad terminum competentem in curiam nostram regiam, nostram scilicet personalem in presenciam rationem contradiccionis eorundem reddituros efficacem. Et post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque
⁴⁵ et cometaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato – ut fuerit expediens – eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude in Dominica letare anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vigesimo sexto,
⁵⁰ Bohemie vero quadragesimo sexto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie sancte crucis de Lelez pro magnifico Gabriele de Peren comite Marumarusiensi et de Wgocha ac cubiculariorum nostrorum magistro etc. introductoria et statutoria. Lecta.

1516 Martii 5 — Buda

288

Petrus de Szentgyörgy et Bazin iudex curiae regis Gabrielem Perényi pro summa pecuniae ad sananda damna tempore insurrectionis illata mutuo accepta Gregorio Frangepán archiepiscopo pignus dedisse testatur.

In charta 29,5 × 23 cm (v. in tabula exemplarium no 29).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum (v. in tabula sigillorum no 8).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71142 (ante: Archivum familiae Perényi, f. 15 no 25).

Nos comes Petrus Comes de Sancto Georgio et de Bozyn iudex curie serenissimi principis domini Wladislai Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod magnificus Gabriel de Peren cubiculariorum regalium magister ac terre Maromorosiensis et comitatus de Wgocha comes coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in hunc modum, quomodo ipse pro repellendis et expediendis plerisque negociis ac necessitatibus suis eum in reformandis domibus suis in territorio opidi Zewlews in comitatu de Wgocha adiacenti constructis in transacta sedicione rusticana et tumultuaria eorum adversus universam nobilitatem insurrectione dirutis et destructis ac pari restauracione castris sui Nyalab nominati in eodem comitatu habiti summe urgentibus et impellentibus a reverendissimo domino Gregorio de Frangapanibus Colocensis et Bachiensis ecclesiarum

15 canonice unitarum archiepiscopo secretarioque cancellario regio duodecem
milia florenos auri paratis et numeratis in pecuniis nomine veri mutui
et sub spe restitutionis levasset et accepisset, de quorum rehabicione
prefatum dominum Gregorium archiepiscopum certum reddere volens
et securum totales porciones suas possessionarias in castro Zynyr ac
opido Meggyes appellatis necnon universis eiusdem pertinenciis villisque
20 et possessionibus quocunque nomine nuncupatis ad idem castrum et oppi-
dum de iure spectantibus in Zathmariensi, preterea in opido Zykzo et
possessione Zygeth nominatis earundemque cunctis pertinenciis in
Abawywariensi comitatibus existentibus et adiacentibus habitas simul
cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet
25 arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis,
nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promonthoriis, aquis,
fluviis, vadis, tributis, piscinis, piscaturis, stagnis, lacubus aquarumque
decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet
utilitatum et proventuum pertinenciarumque suarum integritatibus
30 quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem porciones possessionarias
de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus memorato
domino Gregorio archiepiscopo titulo pignoris duxisset inscribendas et
obligandas, prout inscripsit et obligavit nostro in conspectu tali modo,
quod dum et [quan]documque temporum in processu prelibatus Gabriel
35 de Peren vel ille, cuius redempcioni huius modi porciones [po]ssessionarie
magis competere videbuntur, easdem porciones possessionarias in dictis
castro opidoque et possessionibus ac pertinenciis eorum prenarratis
habitas a prenominato domino Gregorio archiepiscopo redimere voluerit
atque poterit, extunc idem dominus archiepiscopus rehabita prius pre-
40 scriptorum duodecem milium florenorum auri summa easdem porciones
possessionarias simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis
quibuslibet prefato Gabrieli de Peren vel illi, ad quem — ut prefetur —
redempeio earum spectare dinossetur, quiete et pacifice ac absque omni
litigionario processu remittere et resignare debeat et teneatur assump-
45 mens nichilominus idem Gabriel de Peren antelatum dominum Grego-
rium archiepiscopum in pacifico dominio prescriptarum porcionum
possessionariarum in pretactis castro ac opido possessionibusque et
cunctis pertinenciis ad eadem spectantibus habitarum infra tempus
redempeionis earundem contra quoslibet legitimos impetitores causidi-
50 cosque et actores tueri, protegere et conservare propriis suis laboribus
et expensis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum Bude feria quarta proxima post Dominicam letare anno
Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Petrus Comes etc.
manu propria

Conventus ecclesiae Lelesziensis Michaellem Kántor pro summa pecuniae ac rebus tempore insurrectionis consumptis uxori suae pignus dedisse testatur.

In libro ex charta confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta esse videtur ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Protocollum parvum fol. 249.

Quod nobilis Michael Kanthor de Hodaz coram nobis etc. sponte et libere est confessus in hunc modum, quod quia [ipse] hys proxime preteritis disturbiorum temporibus, dum scilicet ipsi cruciati atrocem contendebant tumultu[m] *** [ad rerum non]nullarum et quorundam
 5 negociorum suorum *** expeditionem urgente necessitate certas [res et bona domine] Katherine consortis sue necnon *** cultui *** balthea moniliaque plurima de Laribus paternis secum adductas et allata in valore noningentorum florenorum valencia necnon centum florenos in parata
 10 pecunia eiusdem domine consumsisset et exposuisset, de quibus huius modi rebus et bonis tum etiam premissis centum florenis idem Michael Kanthor eidem domine Katherine consorti sue pecuniaria solucione
 mediante plenariam satisfaccionem et omnimodam impensionem exhibere haud valeret.

Nollet igitur ipse Michael Kantor eandem dominam Katherinam
 15 consortem suam erga se et contra se contravenire et contumaciam habere molestiam acerbitatemque animi, sed eandem de suis rebus ac pecuniis certam reddere et facere, totales porciones suas possessionarias in Hodaz predicta ac Janosy et Derss vocatis possessionibus in comitatu Zathma-
 20 riensi et de Zabolcz existentibus habitas simul cum omnibus utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris utputa arabilibus cultis et incultis etc. memorate domine Katherine consorti sue in et pro prescriptis mille florenis titulo pignoris habendas et locandas duxisset, ymmo impigno-
 ravit coram nobis harum nostrarum <etc.>

Datum sabbato proximo ante Dominicam iudica anno Domini millesimo quingentesimo sexto decimo.
 25

289: 4 lac. 4 litterarum || 5 lac. 8 litterarum || 6 lac. versus fere dimidiū | lac. versus fere totius || 7 post plurima del. plurima eciam quandam pecunie quantitatem || 15 contra-venire et supra scr.

Vladislaus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Aradinensis mandat, ut in causa, quae inter Georgium marchionem Brandenburgensem et Iohannem Rawazdy propter actus potentiarios tempore insurrectionis et alias patratos est mota, inquirat.

In charta 44 × 42 cm lacerata perforataque.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 3).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37986 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Wladislaus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Orodienensis salutem et gratiam!

Noveritis, quod Iohannes litteratus de Myskolcz pro illustri domino Georgio marchione Brandemburgensi affine nostro carissimo cum nostris
 5 ut actore ab una ac Dionisius Fekethe de Soklyo pro nobilibus Iohanne Rawazdy de Azzonlaka et domina Martha relicta condam Petri similiter Rawazdy de eadem Azzonlaka cum vestris litteris procuratoriis veluti
 Mart. 8 in causam attractis partibus ex altera sabbato proximo post Dominicam letare proxime preteritam, ad quem scilicet diem causa infrascripta de
 10 ambarum parcium voluntate fuerat prorogata, iuxta litterarum nostrarum preceptoriarum per modum brevis brevium emanatarum ac vestrarum ammonitiorum superinde emanatarum continenciam coram nostra personali presencia comparentes prefatus Iohannes litteratus de Myskolcz procurator annotati domini Georgii marchionis actoris in persona eiusdem
 15 proposuit in hunc modum, quod quamvis in anno, cuius iam tredecima vel citra instaret revolutio, providus Laurencius Kys una cum Valentino, Dominico, Gregorio et Stephano fratribus suis indivisis tunc iobagio egregii condam Petri Rawazdy in possessione sua Bathonya in comitatu de Zarand adiacenti commorans iusto terragio deposito aliisque suis
 20 debitis persolutis ad possessionem illustris condam domini Iohannis Corvini ducis Lyphthovye etc. Banhegyes vocatam in eodem comitatu de Zarand existentem moraturum se transduxisset ibique per aliquos annos quiete et pacifice moraturus habitaverit, nichilominus tamen in anno, cuius iam quarta vel citra instaret revolutio, postquam scilicet
 25 universa bona, castra, castella, oppida et possessiones dicti condam Iohannis Corvini ex donacione nostra ad manus ipsius domini actoris devenissent et dum predicti Laurencius et Dominicus anno in predicto questus causa certos boves in valore trecentorum florenorum versus civitatem nostram Pesthiensem abigerent, prefatus Petrus Rawazdy in
 30 eosdem Laurencium et Dominicum more hostili in libera et publica via <irruens ipsos> captivasset captosque post terga equorum familiarium suorum ligari ac ita trahi per magnum spacium fecisset, deinde captos et ferratos ad dictam possessionem Azzonlaka in comitatu Orodienensi adiacentem adduxisset ibique diversis cruciatibus tormentari et cruciari
 35 fecisset eosdemque interim de ipsa captivitate non emisisset, donec ducentos florenos auri paratis in pecuniis demptis prescriptis bobus trecentos florenos auri valentibus pactative ab eisdem extorsisset sicque facta solutione de huius modi captivitate eosdem liberos abire permisisset.
 ca 1514
 Mart 1 Demum in anno Domini, cuius iam tertia instaret revolutio circa
 40 festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, dum scilicet rustici et

populares homines contra statum nobilitatis tumultuabantur ipsique
 Laurencius et Dominicus iobagiones dicti domini actoris pro ipsorum
 defensione ad castrum dicti domini actoris Gywla vocatum intrare pre-
 parassent, prefatus Petrus Rawazdy nescitur unde motus assumptis
 45 secum quam pluribus hominibus et familiaribus suis armatis et potencia-
 riis manibus noctis in silencio ad predictam possessionem dicti domini
 actoris Banhegyes predictam consequenterque domum prescriptorum
 Laurencii et Dominici iobagionum dicti domini actoris in eadem posses-
 sione habitam irruens universas res et bona, pecunias, argenteria et alia
 50 clenodia domus ad qudringentos florenos auri se extendentes in eadem
 domo tunc repertas et inventa depredari ac eosdem iobagiones capi et
 captos ac vinculatos ad dictam domum suam nobilitarem adduci ibique
 eosdem ferrary ac compedibus stringi et per multos dies in captivitate
 detineri fecisset potencia sua mediante.
 55 Tandem post miserum casum et interitum ipsius condam Petri Rawazdy
 prefati Iohannes Rawazdy et domina Martha in causam attracti prescrip-
 tos iobagiones dicti domini actoris in dicta captivitate acrius et crudelius
 conservantes ab eisdem ducentos florenos auri pactative extorsisset et
 ita tandem eosdem pacifice ire permisissent.
 60 His iidem in causam attracti minime contenti circa festum omnium
 1514
 Nov. 1 sanctorum in eodem anno Domini millesimo quingentesimo decimo
 quarto transacto preteritum prenominatus Iohannes Rawazdy ignoratur
 quibus respectibus assumptis secum familiaribus et aliis complicitibus
 suis adherentibus eciam eidem egregio Ladislao Sarosy de Pypal vice-
 65 comite et iudicibus nobilium dicti comitatus de Zarand, dicta vero domina
 Martha missis et destinatis quam pluribus hominibus et familiaribus suis
 preter omnem viam et ordinem iuris armatis et potenciaris manibus noc-
 tis in silencio modo hostili ad predictam possessionem dicti domini
 actoris Banhegyes et ex post domum prescriptorum Laurencii et Dominici
 70 iobagionum eiusdem domini actoris in eadem possessione commoran-
 cium ibique ipse Iohannes Rawazdy dictam domum irruiisset, annotata
 vero domina Martha irrui fecisset ac eandem domum circumvallando
 hostia eiusdem domus dissecari et destrui exindeque dominas Sophiam
 dicti Laurencii et Ursulam Valentini Kys fratris dicti Laurencii consortes
 75 cum filiis et filiabus ipsarum arreptis crinibus extrahi ac diversis cruciati-
 bus et verberibus affici ac tandem manibus earum post tergum ligatis
 simul cum universis rebus et bonis ipsorum mobilibus, puta argenteris,
 pecuniis et aliis utensilibus domus ad valorem circiter octingentorum
 florenorum auri se extendentibus, in eadem domo tunc repertis et inventis
 80 necnon pecudibus et pecoribus ac equis equacialibus dictorum iobagio-
 num necnon Georgii, Dominici et Stephani Kys similiter iobagionum
 dicti domini actoris die tunc lucescente in territorio prescripte posses-
 sionis Banhegyes repertis et inventis captas et ligatas ad comitatum Oro-
 diensem domum scilicet et curiam annotatorum in causam attractorum
 85 adduci et abigi fecissent modo quoque prescriptas dominas iidem in
 causam attracti in eorum tenerent captivitatem in preiudicium et damp-
 num dicti domini actoris valde magnum.

290: 58 recte: extorsissent || 78 sc. utensilibus || 86 recte: captivitate

Unde prefatus procurator dicti domini actoris in persona eiusdem iuxta vigorem prescriptarum litterarum nostrarum preceptoriarum vires trium litterarum inquisicionalium representans ex parte sepe factorum in causam attractorum ipsi domino actori per nostram personalem presenciam deliberatam in premissis iuris equitatem iusticieque complementum postulavit impartiri.

Quo audito prefatus procurator annotatorum in causam attractorum in personis eorundem respondit ex adverso non negans premissa fecisse memoratosque iobagiones tanquam suos et ad bona iam dicti condam domini Iohannis Corvini ducis male et contra huius regni nostri consuetudinem abductos captivasse ac per antedictos vicecomitem et iudices nobilium comitatus de Zarand eosdem iobagiones ad pristina ipsorum habitacula readiudicatos et reductos fuisse ac quicquid dicti in causam attracti super ipsos iobagiones fecissent, tanquam super suos fecissent ex eoque ipsi in causam attracti in totali premissa accione et acquisitione eiusdem domini Georgii actoris innocentes essent penitus et immunes et in eo ipsos in causam attractos veridice attestacioni vicinorum et commetaneorum prescripte possessionis Banhegyes nobiliumque comprovincialium antefactorum comitatuum Orodienis et de Zarand per formam communis inquisicionis fiende annotato eciam procuratore antelati domini Georgii actoris eundem dominum actorem in verificacionem accionis sue prenotate modo simili ad ipsam communem inquisicionem dicta nostra personali presencia legitime requirente benivole committente submittebant, ad quam faciendam noster et vester homines necessarii debebant destinari.

Pro eo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro utrisque partibus unum et eundem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus litteratus de Soklo vel Ladislaus Pypaly de eadem Soklo aut Thomas de Zenththamas alii absentibus homo noster similiter unus et idem pro utrisque partibus de curia nostra regia ad id per nos specialiter trasmissus feria secunda proxima post Dominicam quasi modo nunc venturam in loco sedis iudicarie iam fati comitatus de Zarand, ubi prefati procuratores parcium ipsarum antedictarum huius modi communem inquisicionem fieri voluerint, vicinis et commetaneis pretacte possessionis Banhegyes nobilibusque comprovincialibus ipsorum comitatuum Orodienis et de Zarand per vicecomites et iudices nobilium eorundem comitatuum sub onere sedecim marcarum gravis ponderis super eos, qui cum presentibus requisiti huius modi attestacioni interesse et ibidem de premissis testimonium veritati perhibere recusarent immediate ac irremissibiliter exigenti inibi legitime convocatis et congregatis partibus eciam predictis vel eorum legitimis procuratoribus presentibus accedens primo ab eisdem vicinis et commetaneis tandemque nobilibus comprovincialibus dictorum comitatuum ad fidem eorum Deo debitam tacto Dominice crucis signo prestandam fidelitatemque nobis et sacre corone nostre observandam odio, favore, amore,

100 post readiudicatos del. fuisse | et — fecissent supra scr. || 106 comitatum]comitatus corr. | Orodienis et supra scr. || 123 ipsorum]ipsius corr. | comitatum]comitatus corr. | Orodienis et supra scr. || 124 eorundem comitatum]eiusdem comitatus corr. || 130 dictorum comitatum supra scr.

timore preceque et precio parcium postergatis absque scrupulo cuiuslibet
 falsitatis partibus eciam predictis et earum legitimis procuratoribus
 135 tempore huius modi attestacionis et communis inquisicionis semotis hinc
 procul et abiectis de eo verum in anno, cuius iam tredecima vel citra
 instaret revolucio, providus Laurencius Kys una cum Valentino, Dominico,
 Gregorio et Stephano fratribus suis indivisim tunc scilicet iobagio egregii
 140 condam Petri Rawazdy de Azzonlaka in possessione sua Bathonya vocata
 in dicto comitatu de Zarand adiacenti commorans iusto terragio deposito
 aliisque suis debitis persolutis ad possessionem illustris condam domini
 Iohannis Corvini ducis Lyphthovye Banhegyes vocatam in eodem comi-
 tatu de Zarand existentem se moraturum transducens per aliquos annos
 145 ibidem pacifice et quiete habitaverit, sed in anno, cuius iam quarta vel
 citra instaret revolucio, postquam scilicet universa bona, castra, castella,
 oppida et possessiones dicti condam domini Iohannis Corvini ducis ex
 donacione nostra ad manus ipsius domini actoris devenissent et dum pre-
 dicti Laurencius et Dominicus anno in eodem questus causa certos boves
 150 in valore trecentorum florenorum versus civitatem nostram Pesthiensem
 abegissent, prefatus condam Petrus Rawazdy in eosdem Laurencium
 et Dominicum hostiliter in libera et puplica via ipsorum <irruens ipsos>
 captivaverit captosque post terga equorum familiarium suorum ligari
 ac ita trahi per magnum spacium fecerint, deinde captos et ferratos ad
 155 dictam possessionem Azzonlaka in comitatu Orodienti habitam abduxerint
 ibique diversis cruciatibus tormentari et cruciari fecerint eosdemque
 interim de ipsa captivitate non emiserint, donec ducentos florenos auri
 paratis in pecuniis demptis prescriptis bobus trecentos florenos auri
 160 valentibus pactative ab eisdem extorserint sicque facta solucione de
 huius modi captivitate eosdem liberos abire permiserint, preterea utrum
 in anno, cuius iam tertia instaret revolucio, circa festum scilicet beatorum
 165 Philipi et Iacobi apostolorum, dum scilicet rustici et populares
 homines contra statum nobilitatis tumultuassent ac dicti Laurencius et
 Dominicus iobagiones prelibati domini actoris pro ipsorum defensione
 ad castrum eiusdem domini actoris Gywla vocatum intrare preparas-
 170 sent, prefatus condam Petrus Rawazdy assumptis secum quam pluribus
 hominibus et familiaribus suis armatis et potenciaris manibus noctis in
 silencio ad predictam possessionem dicti domini actoris Banhegyes pre-
 dictam consequenterque domum prescriptorum Laurencii et Dominici
 175 iobagionum dicti domini actoris in eadem possessione habitam irruendo
 universas res et bona, pecunias, argenteria et alia clenodia domus ad
 quadringentos florenos auri se extendentes in eadem domo tunc repertas
 et inventa depredantes ac eosdem iobagiones capi [et] captos ac vincu-
 latos ad dictam domum suam nobilitarem [add]uci ibique eosdem ferrari
 ac compedibus stringi et [per multos] dies in captivitate sua detineri
 180 fecer[it] potencia sua mediante, tandem [vero] post miserum casum et
 interitum ipsius condam Pet[ri Ra]wazdy prefati Iohannes simi[liter
 Ra]wazd[y et] domina [M]artha in causam attracti prescriptos iobagio-
 nes dicti domini actoris in dicta captivitate [acri]us et [cru]delius con-
 servantes ab eisdem ducentos florenos auri pact[ative e]xtorserint [et
 ita] tande[m] eosdem pacifice ire permiserint, ceterum utrum circa fe-

148 boves *supra scr.*

ca 1514
Nov. 1

stum omnium sanctorum in anno Domini milles[imo] quingen[t]esimo
de[cim]o quarto transacto preteritum prenominaus Iohannes Ra-
wa[z]dy in causam a[ttractus] assumptis secum familiaribus et aliis
complicibus suis adherentibus eciam eidem egregio Ladislao Sarosy de
185 Pypa[1] vicecomite et iudicibus nobilium dicti comitatus de Zarand,
dicta vero domina Martha simil[iter] in causam attracta missis et desti-
natis quam pluribus hominibus et familiaribus suis preter omnem viam
iuris et ordinem armatis et potencia[riis] manibus noctis in silencio
190 hostiliter ad predictam possessionem dicti domini actoris Banhegyes
consequenterque domum prefatorum Laurencii et Dominici iobagionum
eiusdem domini actoris in eadem possessione habitam ipse Iohannes
Rawazdy irruerit, annotata vero domina Martha irrui fecerint ac eandem
domum circumvallando hostia eiusdem dissecari et destrui exindeque
195 dominas Sophiam dicti Laurencii et Ursulam Valentini Kys fratris
eiusdem Laurencii consortes cum filiis et filiabus ipsarum arreptis cri-
nibus extrahy ac diversis cruciatibus et verberibus affici et tandem
manibus ipsarum post tergum ligatis simul cum universis rebus et bonis
ipsarum mobilibus, puta argenterii, pecuniis et aliis utensibilibus domus
200 ad valorem circiter octingentorum florenorum auri se extendentibus in
eadem domo tunc repertis et inventis necnon pecudibus et pecoribus ac
equis equacialibus dictorum iobagionum necnon providorum Georgii,
Dominici et Stephani Kys similiter iobagionum dicti domini actoris die
tunc lucescente in territorio prescripte possessionis Banhegyes repertis
et inventis captas et ligatas ad comitatum Orodiensem domum scilicet
205 et curiam annotatorum in causam attractorum adduci et abigi fecerint
ac modo quoque iidem in causam attracti memoratas dominas in ipsorum
tenerent captivitatem in preiudicium et dampnum prelibati domini acto-
ris vel autem prenominati Iohannes Rawazdy et domina Martha in cau-
sam attracti memoratos iobagiones tanquam suos et ad bona iam dicti
210 condam Iohannis Corvini ducis male et contra huius regni nostri con-
suetudinem abductos captivasse ac per antedictos vicecomitem et iudices
nobilium antefati comitatus de Zarand ipsos iobagiones ad pristina ipso-
rum habitacula readiudicatos et iudicialiter reductos fuisse ac quicquid
dicti in causam attracti super ipsos iobagiones fecerint tanquam super
215 suos fecerint ex eoque iidem in causam attracti in totali premissa accione
et acquisitione ipsius domini Georgii actoris innocentes sint penitus et
immunes, an ne, morte communis inquisitionis seorsum et singillatim
investigans sciat, inquirat et experiatur meram, plenam atque omni-
modam certitudinis veritatem et post hec huius modi attestacionis et
220 communis inquisitionis ac rescite veritatis premissorum seriem cum [pro-
prij]s et possessionum attestancium <que> nominibus, ut fuerit expediens,
ad tricesimum secundum diem diei huius modi attestacionis et communis
inquisitionis legittime perdurande nobis suo modo fideliter rescribatis!

Datum Bude quarto die diei sabbati prenotati anno Domini millesimo
225 quingentesimo decimo sexto.

In dorso: Fidelibus nostris capitulo ecclesie Orodienensis pro illustri domino
Georgio marchione Brandenburgensi affine nostro carissimo contra

192 recte: fecerit; || 198 cf. vers. 78 || 207 cf. vers. 86 || 213 iudicialiter supra scr. | ac
— suos fecerint supra scr. || 217 recte: more || 222 diei supra scr.

nobiles Iohannem Rawazdy de Azzonlaka et dominam Martham relictam
condam Petri Rawazdy de eadem super quadam attestacione et communi
Mart. 31 inquisitione feria secunda proxima post Dominicam quasi modo nunc
venturam in loco sedis iudicarie comitatus de Zarand per nostrum et
vestrum homines nomine intrascripto fienda, cuius series ad terminum
intranominatum legitime perdurandum, ut fuerit expediens, per partes
est reportanda ad iudicem. Ellyevelgy.

1516 Martii 31 — Csernéd

291

*Comitatus Tolnensis inquisitione facta Michaelem Morgai, qui litteras eiusdem
comitatus tempore insurrectionis deperditas esse fatus est, de eisdem litteris vera
dixisse testatur.*

In charta 22×30 cm aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 40).
Sigillorum quinque vestigia anularium flavae cerae impressorum in dorso.
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106747 (ante: Archivum conventus crucifero-
rum de Alba capsula 3, f. 12, no 18).

Nos Iohannes Ewz de Zerdahel et Andreas {et Andreas} Thybwrcz
de Henye vicecomites et iudices nobilium comitatus Tholnensis damus
pro memoria, quod cum nos in die datarum presencium hic in Cherned
die scilicet et loco sedis nostre iudicarie pro faciendis moderativo iudicio
5 causancium pro tribunali consedissemus, egregius Michael de Morga
nostram personaliter exurgens in presenciam contra et adversus honora-
biles Nicolaum preceptorem et conventum cruciferorum de Alba pro-
Dec. 24 posuit eo modo, quomodo in Dominica ante festum nativitatis Domini in
anno Domini millesimo quingentesimo octavo transacto preterita condam
10 venerabilis et magnificus Bartholomeus prior Aurane tunc supervivens
neon prefatus conventus cruciferorum de Alba missis et destinatis
populis et iobagionibus ipsorum videlicet providis Clemente Zabo,
Valentino Mezaros, Iohanne Weres, Stephano Kechkes, Petro Fohnagh,
altero Petro similiter Kechkes, Michaele Warga, Dionisio Azon, Blasio,
15 Benedicto Tholuay, Matheo Zabo, Iohanne Kewmyes, Paulo Borsodi,
Laurencio Zegedi, Andrea Bewger, Stephano Thwzokos, Iohanne Kery,
Mathia Chyndar, Emerico Genchy, Andrea Kozma, Simone Forgo,
Valentino Magery, Petro Bwger, Iohanne Alch, Urbano Hedes, Valentino
Warga, Iohanne Zabo, Matheo Kechkes, Fabiano Warsas, Gregorio,
20 Valentino, Francisco similiter Warsas, Francisco Chorgo, Gregorio Paxy,
Michaele Magery, Matheo Fodor, Dionisio Kowach, Vincencio Moryan,
Iohanne Mezaros, Georgio Korma, Stephano Kerekyartho, Simone
Thoth, Petro similiter Thoth, Martino Chybrady, Anthonio, Bartholomeo,
Laurencio Warga, Ladislao Bors in possessione eorum Faad vocata in
25 isto comitatu Tholnensi existenti commorantibus armatis et potenciaris
manibus ad domum alodialem prefati exponentis in porcione sua posses-
sionaria in possessione Byka vocata similiter in isto comitatu Tholnensi
existenti habitam ibique providum Iohannem Yhaz, famulum et ioba-

291: 8 ante festum in rasura et cum atramento notarii comitatus cf. vers. 60 | nati-
vitatibus Domini in marg.

gionem annotati exponentis, qui scilicet Iohannes Yhaz existens pastor
30 ovium eiusdem exponentis plus quam trecentos oves suas dissipasset
et alia eciam multa et varia dampna sibi tunc temporis cum regia maie-
state in Praga existenti intullisset non habita licencia nec iusto suo ter-
ragio deposito debitisque suis minime persolutis contra consuetudinem
et decretum regni simul cum duodecim bobus ipsius Iohannis Yhaz ac
35 quinque cum medio florenis antedicti exponentis, pro quibus scilicet
vellera vendidisset, aliis eciam cunctis rebus eiusdem Iohannis Yhaz ad
currus levare faciens ad predictam possessionem Faad asportari et abduci
fecisset moraturum potencia eorum mediante.

Et super hys omnibus idem exponens sedis nostre — prout et
40 notarius noster fatetur — habuisset efficaces, que quidem littere in
proxime preteritis disturbiorum temporibus insurreccionis scilicet rusti-
corum per eosdem rusticos sive populares forent ab ipso eodem expo-
nente deperdite et alienate pro cuius quidem proposicionis et alegacionis
sue verificacione{m} inquirenda idem exponens unum ex nobis iudicem
45 nobilium per nos transmitti postulavit.

Nos vero petitionibus suis tanquam iustis aquiescentes nobilem Bene-
dictum de Zenthmyklos unum videlicet ex nobis iudicem nobilium ad
premissam inquisitionem faciendam duximus destinandum, qui tandem
exinde ad nos reversus nobis retullit, quomodo ipse in die datarum pre-
50 sencium hic in Cherned procedens dum providum Barnabam Faddi
villicum et iobagionem prefati exponentis in dicta porcione sua posses-
sionaria in ipsa possessione Byka habita commorantem ad fidem suam
Christianam Deo debitam requisitum habuisset. Tunc idem omnia pre-
missa et quevis premissorum singula sic et eo modo facta fuisse esseque
55 retullisset, prout et quemadmodum prefatus exponens nobis proponendo
dixisset. In quorum premissorum testimonium presentes litteras nostras
eidem exponenti iuris sui uberiorem ad cautelam duximus dandas.

Datum in Cherned feria secunda proxima post Dominicam quasi modo
anno Domini millesimo quingentesimo sedecimo.

60 *Dextra subter:* Correcta per Fabianum notarium sedis etc.

In dorso: Nicolai preceptoris et conventus cruciferorum de Alba; par;
solvit.

1516 Aprilis 5 — Cenadinum

292

*Comitatus Cenadinensis Emerico Perényi palatino Hungariae respondet castel-
lum Francisci Dóczy a castellano sponte deditum esse cruciferis, quare damna sua
a castellano reddi velit.*

In charta 21,5×17,5 cm.

Sigillorum quinque vestigia anularium, quae litteras olim clausere.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22766 (ante: Neoregistrata Acta f. 1660 no 40).

Spectabilis et magnifice domine domine noster semper honorande!

Post serviciorum nostrorum semper commendacionem litteras eiusdem
vestre magnificencie ex parte egregii domini Francisci Doczy de Naghlw-

44 ante unum del. a nobis || 53 ante tunc del. I || 60 correcta — etc. alio atramento cf.
vers. 8

che nobis sonantes sane percepimus, ubi autem m(agnifica) d(ominacio)
5 v(estra) nobis in litteris suis id significavit, ut dampna eiusdem in castello
suo per cruciatos perpessa iudicare recusaremus, pro eo, ut ex castello
suo res eiusdem perditae et depredate forent.

Sciat eandem m(agnifica) d(ominacio) v(estra), ut causam eiusdem non
ea de causa, sed ut castellanus eiusdem tunc in castello suo existens cum
10 aliis omnibus iobagionibus suis castellum illud secundum eorum voluntates
sine aliqua pugna et cura ad manus cruciatorum redidissent, ita
ista ex evidentibus testimoniis certo rescivimus. Igitur idem dominus
Franciscus Doczy dampna sua non super alios, nisi super castellanum
et iobagiones suos tunc in illo castello existentes, si voluerit, rehabere
15 poterit et non super alios. Valeat eandem m(agnifica) d(ominacio) v(estra)
longa per tempora quam felicissime!

Datum Chanadini sabato proximo post festum {post festum} beati
Ambrosii episcopi anno Domini etc. 1516.

20 Vicecomes et iudices nobilium ac duodecim
nobiles iurati comitatus Chanadiensis v(estre) m(agnifice) d(ominacionis) etc.

In dorso: Spectabili et magnifico domino Emerico de Peren perpetuo
comiti comitatus Abawuariensis et regni Hungarie palatino domino
nobis honorando.

1516 Aprilis 5 — Cenadinum

293

*Comitatus Cenadinensis ad Franciscum Dóczy scribit, ut damna eiusdem a
subditis reddantur, qui scilicet illa intulerint.*

In charta 20,5 × 11,5 cm.

Sigillorum quinque vestigia anularium, quae litteras olim clausere.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22765 (ante: Neoregistrata Acta f. 1660 no 39).

Egregie domine et amice noster honorande!

Post salutem sciat eadem d(ominacio) vestra, ut dampna eiusdem d(omi-
nacionis) vestre non ea de causa, ut ex castello res et bona eiusdem per-
dite fuissent, non acceptavimus, sed ut castellanus eiusdem d(omina-
5 cionis) vestre castellum eundem cum omnibus eiusdem familiaribus et
iobagionibus ipsis eciam perditis libere restituissent voluntarieque et ut
omnia eiusdem dampna eadem vestri — ut ex evidentibus testimoniis
percepimus — d(ominacioni) vestre intullere et facere. Igitur eadem omnia
10 sua dampna per vestrum castellanum et provisorem et alios suos ioba-
giones, cum voluerit, semper rehabere poterit. Valeat eadem quam felici-
cissime!

Datum Chanadini sabbatho proximo post <festum> Ambrosii anno
Domini 1516.

292: 8 recte: eadem || 15 recte: eadom

293: 5 recte: idem

Vicecomes et iudices nobilium ac duodecim nobiles iurati comitatus Chanadiensis etc.

In dorso: Egregio domino Francisco Doczy de Naglwehe cubiculariorum regalum magistro domino et amico nobis honorando.

1516 Aprilis 24 — Ozora

294

Franciscus Hédervári Valentino Vasas familiari suo servitia eiusdem, quae tempore vastationis exhibuit, recompensando possessiones donat.

In charta 30 × 21,5 cm duplicata, aqua maculata et in parte inferiore manca.

Sigillum anulare scida tectum infra textum est impressum (v. in tabula sigillorum no 15). Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89064 (ante: Archivum familiae Eszterházy sine signatura).

Ann. Vastatio, cuius tempore Valentinus Vasas servitia exhibuit domino suo, significat — sic putamus — insurrectionem rusticorum.

Nos Franciscus de Hederwara memorie commendamus tenore presentium significantes universis, quibus expedit, quod nos considerantes et in animo revolventes varias et multiplices complacencias et grata fideliaque obsequia nobilis Valentini Wasas alias Zabo dicti de Jwtha familiaris nostri, quibus ipse nobis a multis retroactis temporibus et presertim in presenti luctuoso calamitosoque vastacionis tempore affuisset imposterumque adesse fidelius studet.

Ob hoc premissorum intuitu volentes ipsi eidem Valentino Wasas aliqualem facere recompensationem, ut ceteri servitores nostri eo fervencius ad nostra obsequia redderentur promciores, directam et equalem medietatem possessionis nostre Meggyesireg vocate a parte orientali eiusdem possessionis habitam necnon quandam sessionem nostram nobilitariam desertam in possessione nostra Bak appellata ac quandam antiquum locum piscine in progressu condam rivuli scaturientis in eadem possessione Bak existentem et habitum omnino in comitatu Tholnensi existentes simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet scilicet terris arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et molendinorum locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum [et] pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem medietatem dicte possessionis Meggyesireg necnon curiam nobilitarem et locum piscine de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prefato nobili Valentino Wasas de Jwtha suisque heredibus et posteritatibus universis perpetuo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus in filios filiorum et heredum per heredes iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem in prescripta medietate possessionis Meggyesireg ac curia nobilitari et piscina nobis ipsis reservantes, sed totum et omne ius nostrum iurisque et dominii pro-

prietatem, si quod et quam in prenotata medietate possessionis Meggyes-
ireg ac curia nobilitari et piscina haberemus vel habere speraremus
quomodolibet in futurum, id totum in memoratum Valentinum Wasas
et suos heredes transtulimus pleno iure et effectum harum nostrarum
35 vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum in castro nostro Ozora in festo sancti Georgii martyris anno
Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

1516 Maii 17 — Buda

205

*Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles
quidam in dominium possessionis, cuius litteras tempore insurrectionis amissas
esse dicitur, introducantur.*

In charta 29,5 × 25 cm.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula
sigillorum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis
regnicolare, Statutoriae A no 41.

Ann. Litterae duobus manibus conscriptae esse videntur.

*Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat,
ut nobiles Emericus de Azar, Nicolaus de Henselewcz, Sigismundus Oroz
de Chychyr, Blasius de Passa necnon domina Elizabeth filia nobilis
condam Ladislai de Megyer ex nobili domina Katherina filia olim
5 Iohannis de Ladamocz procreata consors videlicet nobilis Bernaldi de
Fylpes, item puella Elena ac Elizabeth filie nobilis condam Georgii de
dicta Azar et domina Elizabeth filia condam Georgii de Kaswh consors
videlicet egregii Iohannis de Thyba in dominium totalis possessionis
Ladamocz vocate in comitatu Zempliniensi existentis habite, in cuius
10 quieto et pacifico dominio iidem nobiles progenitores ipsorum ab antiquo
perstitisse se seque persistere eciam de presenti litterasque et litteralia
instrumenta factum dicte possessionis Ladamocz tangencia et concer-
nencia sufficiencia habuisse, sed per rusticos et plebee condicionis
homines anno superiori in sedicione et tumultuaria eorum insurrectione,
15 que sub nomine cruciate contra sacram coronam ac perniciem tocius
vere nobilitatis agebatur, dilaceratas et penitus ablata et direpta fuisse
asserunt . . . nove donacionis titulo introducantur.*

Datum Bude sabato proximo post festum beate Sophie vidue anno
Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum ipsius regis
20 Hungarie et Bohemie etc. anno primo.

Ludovicus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano committit, ne civitas Claudiopolis propter res tempore insurrectionis gestas oneretur.

In charta 29,5 × 30,5 cm aqua maculata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum.

Sign. Archivum Publicum Claudiopolitanum: Archivum civitatis Claudiopolis, f. P no 43.

Ed. *Oklevéltár Kolozsvár története első kötetéhez*, no 212.

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro spectabili et magnifico Ioanni de Zapolya comiti perpetuo Scepusiensi wayuode nostro Transsilvanensi et Siculorum nostrorum comiti etc. eiusque vicevayudis salutem et gratiam!

5 Exposuerunt maiestati nostre fideles nostri prudentes et circumspecti iudex et iurati ceterique cives civitatis nostre Coloswariensis, qualiter licet ipsi tempore preterite sedicionis rusticorum in fidelitate nobis debita probe persisterint et sediciosi hominibus non modo non adhesionem, sed se illis potius pro tuenda nobilitate, in quam illi conspiraverant, 10 opposuerint et contra illos non sine gravi eorum damno ac periculo decertaverint, preterea in argumentum evidencius fidelitatis et constanciam eorum omnes illos, qui de ipsorum medio partes ipsorum tumultuancium sequuti participesque scelerum eorum reperti fuissent, captos ad manus egregii Ioannis Thornallyay puniendos et meritis penis mulctandos 15 tradiderint plerosque eciam nobiles de rusticorum captivitate eliberaverint, tamen nobiles comitatum Zolnok Mediocris et Colosvariensis non advertentes fidelitatem et constanciam eorundem exponencium et pericula, que pro nobilitate subierunt et passi sunt, variis oppressionibus iniuriis et damnis nullo habito delectu aut respectu eosdem exponentes 20 perinde ac infideles punire, damnificare et eosdem pro resarciendis damnis, que ipsis nobilibus malefactores perversique ac sediciosi tunc intulissent, graviter taxare contenderent.

Allegantes ipsos exponentes omnium malorum per rusticos patratorum et damnorum eisdem nobilibus illatorum authores fuisse supplicaverunt 25 itaque maiestati nostre iidem exponentes, ut adhibito remedio oportuno quieti ac honestati eorum consulere dignaremur offerentes se ad omnia iusta semper paratos et administraturos omnem iusticiam de his, si qui in medio eorum culpabiles invenirentur, modo penam malorum boni et iusti homines subire non cogerentur, quorum supplicatio cum nobis 30 iusta esse videatur utpote eorum, qui soli iusticie innituntur, mandavimus per alias litteras nostras prefatis nobilibus comitatum Zolnok Mediocris et Coloswariensis, ut ab eorum persecucione et illegittima oppressione desistant et ad aliquam solucionem cogere non audeant, qui si fecerint bene quidem, alioquin volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter 35 mandamus, quatenus acceptis presentibus prefatos exponentes a molestacione et illegittima impetitione prefatorum nobilium defendere, protegere et manu tenere modis omnibus debeatis et teneamini autoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa mediante, quod si quipiam eorum damnificatorum per ipsos causaretur, via iuris 40 et non facti cum illis procedat, de quibus omnibus, si tales reperientur, ipsimet exponentes ad omnem satisfactionem iure mediante impenden-

dam se se ultro offerunt secus igitur non facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

Datum Bude feria quinta proxima ante festum beatorum Viti et
45 Modesti martirum anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.
Dextra subter: Commissio propria domini regis.

1516 Iulii 17 — Buda

297

Ludovicus II rex Hungariae comitatus Cenadinensi mandat, ut coram rege constituentur, quia iobagiones capituli ecclesiae Cenadinensis causa damnorum tempore insurrectionis illatorum iuramentum deponere iusserunt.

In charta 29×26 cm manca.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 32588.

Ann. Qua die sint datae litterae, ex theca, qua coopertae sunt, superiore saeculo descriptae edoceri possumus.

Lodovicus Dei gracia rex Hungariae et Bohemie etc. fidelibus nostris magnifico Ladislao de Chaak comiti necnon Thome litterato de Zenthjanos vicecomiti comitatus Chanadiensis ac Ladislao Posegay officiali in Rewkanysa et Michaeli castellano castris Chaak vestris scilicet Ladislai

5 Chaaky per vos constitutis salutem et gratiam!

Exponitur maiestati nostre in personis fidelium nostrorum honorabilis capituli ecclesie Chanadiensis, quomodo diebus superioribus venerabilibus dominis preposito ac aliis canonicis dicte ecclesie Chanadiensis potioribus et dignitates tenentibus atque habentibus de mandato serenissimi principis condam domini Wladislai eadem Dei gracia regis Hungariae, Bohemie etc. genitoris nostri charissimi felicis reminiscencie apud suam maiestatem agentibus vos comes ac vicecomes cum iudicibus nobilium et iuratis nobilibus istius comitatus universos iobagiones ipsius capituli in eodem co[mitatu] existentes ex quadam deliberacione et
15 conclusionem vestris superinde utrumque factis ad certa loca in isto comitatu iobagionibus eisdem denotata atque deputata pro deponendis quibusdam iuramentis super dampnis tempore commocionis et insurrectionis popularium atque rusticorum nobilibus ipsius comitatus et eciam dicto capitulo protunc illatis, patratibus et irrogatis per idem capitulum
20 statui facere decrevissetis, tandem quendam magistrum Michaellem socium et concanicum ipsorum exponencium annotatis preposito et aliis c[a]nonicis dignitates habentibus et tenentibus — ut premissum est — apud paternam maiestatem agentibus medio *** prefati comitatus ad statuendos eosdem iobagiones et deponendum iuramentum amoneri
25 fecissetis, quia [autem] iam fatus magister Michael canonicus persona singularis existens nullamque informacionem ***psisse *** [pre]stiti facere debeat defectu sine *** et serie presencium vo[bis] *** commitimus et strictissime iniungimus, ut vos tricesimo secundo die a die exhibicionis presencium litterarum nostrarum vobis exhinc fiende
30 computando coram nostra maiestate, ubicumque Deo duce tunc consti-

297: 23 lac. 16 litterarum || 26 lac. 42 et 22 litterarum || 27 lac. 25 et 5 litterarum

tuemur, absque procrastinatione aliquali personaliter comparere [debeatis rationem su]perinde reddituri secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

³⁵ Datum Bude fe[ria quinta proxima p]ost festum beate Margarethe virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo d[ecimo sexto].

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

1516 Augusti 23 — Buda

298

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Cenadinensis mandat, ut copias litterarum tempore insurrectionis amissarum capitulo ecclesiae Aradinensis transcribat.

Aa transcriptum capituli ecclesiae Cenadinensis die 8 Octobris anno 1516 in charta 31,5×41 cm in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47170 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis, Collectio Gustavi Wenzel).

Ab transcriptum capituli ecclesiae Cenadinensis die 8 Octobris anno 1516, quod in charta in dorso consignata esse videtur ex copia photographica, editum.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Collectio Iosephi Kernény. Reg. Szabó, *Az Erdélyi Múzeum oklevelei*, no 478. — *Történelmi Tár* 1890, p. 341. — *Juhász, A csanádi székeskáptalan*, no 667. (Hungarice.)

B transcriptum Stephani Báthory palatini Hungariae die 20 Maii anno 1520 in charta 28×54 cm sub textu consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 22237.

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Chanadiensis salutem et gratiam!

Dicitur nobis in persona honorabilis capituli ecclesie Orodienensis, qualiter tempore preterite insurrectionis popularium certe littere evocatorie et alie causales eorundem exponencium per ipsos rusticos dilacerate et penitus anichilate existunt, quarum paria in vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus nunc idem capitulum Orodienense pro tuicione iurium suorum summe esset necessarium.

¹⁰ Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus paria prescriptarum litterarum evocatoriarum et aliarum eciam causalium in dicta sacristia vestra repositarum diligenter perquiri et reinveniri faciatis requisitarumque et reinventarum tenores in transumpto litterarum vestrarum eidem capitulo Orodienensi extradari et emanari facere debeatis et teneamini iurium eiusdem ad cautelam, ¹⁵ caventes tamen ne fraus et dolus in hac parte eveniat aliqualis secus non facturi.

Datum Bude in vigilia festi beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

298: 10 harum serie om. Aa || 11 quatinus B || 12 sacristia]ecclesia corr. B

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Jászóviensis mandat, ut nobiles quidam in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, introducantur.

In charta 29,5 × 27,5 cm lacerata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Jászóviensis regnicolare, Statutoriae R. f. 1 no 6.

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Jászóviensis mandat, ut nobilis Blasius Rawaz de Maarmalom in dominium totalium possessionum Maarmalom . . . ac Dapsa vocatarum omnino in comitatu Gewmeriensi existencium habitarum, in quarum pacifico dominio idem Blasius

⁵ Rawaz progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ipsum persistere etiam de presenti litteras quoque et litteralia instrumenta superinde sufficiencia habuisse, sed in preteritorum annorum insurrectione popularium hominum per eosdem populares dilaceratas, dilaniatas atque anichilata esse asserit . . . nove . . . donacionis titulo *introducatur.*

¹⁰ Datum Bude in vigilia festi beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum *ipsius regis* anno Hungariae et Bohemiae etc. primo.

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandats, ut illos, qui contra Georgium Bozidsi actus potentiarios tempore insurrectionis et alias commiserunt, inquisitione facta evocet.

In charta 29 × 34 cm perforata aquaque maculata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 4).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28026 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, B no 26).

Ludovicus Dei gracia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris conventui ecclesiae de Kolosmonostora salutem et gratiam!

ca 1514
Mail 1 Exponitur maiestati nostre in persona nobilis Georgii de Bozias, quod cum circa festum beatorum Philippi et Iacobi apostolorum, cuius

⁵ iam tertia preterisset annualis revolutio, providus Anthonius Thompos dictus iobagio eiusdem exponentis in porcione sua possessionaria in possessione Waya nominata in comitatu de Crazna existenti habitata tunc celebratas se contulisset et dum exinde expeditis suis negociis

¹⁰ una cum curru ferrato et sedecim bobus ipsum currum trahentibus et duobus vasis vini Simigiensis alisque rebus suis ad propria redire habuisset, extunc egregius condam Andreas de Sarmasag ignoratur unde

300: 8 recte: apellato || 11 recte: aliisque

motus prefatum Anthonium Thompos iobagionem eiusdem exponentis
in libera sua via videlicet in possessione Sarmasag predicta in comitatu
15 Zolnok Mediocri existenti simul cum bobus et curru aliis eciam rebus
eiusdem Anthonii preter omnem viam iuris detinisset ac ab eodem
Anthonio omnes res suas tunc apud se repertas abstulisset, qui tandem
ad sepissimas repeticiones predicti exponentis ex illis bobus et rebus
20 ablati, octo solummodo boves cum curru restituisset, reliquos octo
boves ac ipsa duo vasa vini una cum ceteris rebus apud se indebite
retinens, quas et que nunc egregius Iohannes de dicta Sarmasag preli-
bato Andrea ab hac luce decedente una cum bonis et iuribus eiusdem
possessionariis pariter indebite conservaret nec ipsi exponenti et ioba-
gioni suo prenominato sepe numero petentibus restituere curasset, prout
25 non curaret eciam de presenti.

ca 1514
Iul. 25 Ceterum circa festum beati Iacobi apostoli, cuius iam tertia pariter
preterisset annualis revolutio, egregius condam Iohannes Banffy de
Lossoncz tunc in humanis agens duo piccaria argentea, tres anulos,
unum coclear, nodos seu fibulas argenteas plus quam centum prenomi-
30 nati exponentis ad valorem quinquaginta florenorum auri large se exten-
dentes, dum per nobilem Petrum de predicta Bozyas fratrem eiusdem
exponentis ad se duci postulasset, tunc preter unum ciphum deauratum
ex predictis rebus ab eodem Iohanne Banffy repetere nusquam potuisset,
sed apud se residuitatem earundem rerum violenter retinisset, quo
35 quidem Iohanne Banffy e medio sublato huius modi res prelibati expo-
nentis apud manus generose domine Barbare relicte annotati condam
Iohannis Banffy necnon egregii Stephani Zanyzlofy de Bathor con-
sanguinei scilicet eiusdem Iohannis Banffy remansissent, quas ipsa
domina Barbara scilicet prefatus Stephanus Bathory hactenus ad plu-
40 rimas requisiciones dicti exponentis eidem reddere recusassent, prout
recusarent eciam modo easdem erga se conservantes.

ca 1514
Aug. 15 Postremo circa festum assumptionis beatissime virginis Marie in anno,
cuius iam tertia preterisset revolutio sedata videlicet et sopita rusticana
sedicione et tumultuaria insurreccione universe littere et quelibet litte-
45 ralia instrumenta prefati exponentis factum possessionum Bozyas et
Waya predictarum in ipso comitatu de Crazna existentium tangencia
et concernencia ad manus prelibati condam Iohannis Banffy devenissent,
que ipso decedente manibus prenominati Stephani Zanyzlofy de dicta
Bathor incidissent, quas et que idem Stephanus Bathory ad sepissimas
50 repeticiones requisicionesque prefati exponentis eidem reddere et resti-
tuere recusasset, prout recusaret eciam in presenciarum indebite aput
se conservans potencia mediante in preiudicium et dampnum prefati
exponentis valde magnum.

Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes manda-
55 mus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum,
quo presente Nicolaus de Haroklyan aut Valentinus Ch[zyzer] de Nagh-
doba vel Benedictus Chyzer sin Iohannes Adoryan de eadem Naghdoba
seu Iohannes Bozyasy de Waya aliis absentibus homo noster scita prius
premissorum mera veritate memoratos Iohannem de Sarmasag et domi-
60 nam Barbaram relictam condam Iohannis Banfy ac Stephanum Bathory

contra annotatum exponentem iuxta contenta generalis novi decreti inter cetera superinde editi et stabiliti ad tricesimum secundum diem diei evocacionis exhinc fiende computandum nostram personalem evocet in presenciam rationem de premissis reddituros efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante insinuans ibidem eisdem, ut sive ipsi termino in prescripto coram dicta nostra personali presenciam compareant sive non, eadem ad partis comparende instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri et post hec huius modi inquisitionis, evocacionis et insinuacionis seriem cum evocatorum nominibus terminum ad prescriptum — ut fuerit expediens — dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude in festo beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Kolosmonostra pro nobili Georgio de Bozyas contra egregium Iohannem de Sarmasag et alium intrascriptum ad terminum intra nominatum inquisitoria, evocatoria et insinuatoria et conceptus relationis.

1516 Augusti 25 — Buda

301

Ludovicus II rex Hungariae gravata comitatus de Ugocsa sententia conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut tantum possessionis Iohannis Sásvári occupet, quantum summa pecuniae iudicii facit.

In charta 44×57,5 cm lacerata.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit. In dorso capite sigilli conventus eiusdem consignatum est.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Acta anni 1516 no 28.

Ed. *Történelmi Társ* 1897, p. 489.

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam!

Jul. 25 Noveritis, quod nobis in presenti termino festi beati Iacobi apostoli proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause breves necnon breves brevium pariter et transmissionales regnicolarum de consilio dominorum prelatorum et baronum per maiestatem nostram generaliter fuerant prorogate, una cum nonnullis dominis prelatis, baronibus magistrisque prothonotariis et sedis nostre iudicarie iuratis assessoribus pro tribunali consedentibus nobilis Gregorius Weres de Saswar personaliter presente ibidem et personaliter adherente nobile Iohanne de eadem Saswar iuxta continenciam litterarum vicecomitis et iudicium nobilium comitatus de Wgocha adiudicatoriarum transmissionalium in figura iudicii personalis presencie nostre comparendo easdem litteras dictorum vicecomitis et iudicium nobilium utrimque nobis presentarunt hunc tenorem continentes:

Sequuntur litterae comitatus de Ugocsa die 15 Maii anno 1515 datae (v. no 243).

301: 9 personaliter — et supra scr.

Quibus exhibitis et presentatis continenciisque earundem intellectis partes prescripte per nos impremissis sibi ipsis iudicium et iusticiam supplicarunt elargiri. Quia vero iidem vicecomes et iudices nobilium predicti comitatus de Wgocha inter dictas partes causa impremissa bono
20 ordine procesisse bonumque et rectum iudicium fecisse memoratumque Iohannem de Saswar in dictis centum florenis rite et racionabiliter condempnasse ex seriebus et continenciis prescriptarum litterarum ipsorum vicecomitis et iudicum nobilium adiudicatoriarum transmissionalium reperiabantur et ab hoc huius modi iudicium seu iudiciaria deliberatio
25 ipsorum inter dictas partes causa imprenotata modo antelato facta seu celebrata in omnibus suis punctis clausulisque et articulis rectificari et aprobari et insuper prelibatus Iohannes de Saswar racione ex previa contra annotatum Gregorium Weres vigore generalis decreti nostri in aliis centum florenis auri in una directa nostris iudiciariis, in alia vero
30 consimiliter directa medietatibus prefati Gregorii Weres partis scilicet adverse manibus devolvendis et redundandis convinci et aggravari debere nobis ac prefatis dominis prelatis, baronibus magistrisque prothonotariis et sedis nostre iudiciarie iuratis assessoribus nobiscum in examine presentis cause existentibus perspicue cernebatur.

35 Pro eo nos de eorundem dominorum prelatorum, baronum magistrorumque prothonotariorum et sedis nostre iudiciarie iuratorum assessorum quesito et assumpto superinde consilio prematuro prescriptum iudicium iam fatorum vicecomitis et iudicum nobilium predicti comitatus de Wgocha in omnibus suis punctis clausulisque et articulisque ratificantes
40 et approbantes ac prelibatum Iohannem de Saswar contra memoratum Gregorium Weres in aliis centum florenis, in toto videlicet in ducentis florenis auri in una directa nostris adiudicatoriis, in alia vero consimiliter directa medietatibus prefati Gregorii Weres partis scilicet adverse manibus persolvendis convictum et aggravatum esse decernentes et
45 committentes.

Fidelitati igitur vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Benedictus Zolthan de Chepe vel Georgius de Dabolcz sin Andreas de Forgonal aliis absentibus homo noster de curia nostra regia
50 per nos ad id specialiter transmissus ad facies universorum iurium possessionariorum prelibati Iohannis Saswari ubilibet habitorum ipsum solum proprie et precise concernencium vicinis et commetaneis eiusdem ac filiis, filiabus et generacionibus eiusdem convicti hominibus universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens habita prius
55 eorundem legitima reambulacione et condigna estimacione exclusis prius porcionibus aliorum quorumlibet de eisdem et primo de rebus et de bonis mobilibus et tandem, si necesse fuerit, de [eisd]em iuribus possessionariis tot et tantum, quod videlicet et quantum se ad valorem prescriptorum ducentorum florenorum auri extendere videbuntur, separans et excludens occupet occupataque in una directa nostris iudiciariis, in alia vero
60 consimiliter directa medietatibus annotati Gregorii Weres partis scilicet adverse manibus det et applicet, tamdiu per nos et ipsam partem adversam, donec eadem a nobis et ipsa parte adversa per hos, quorum redemp-

cioni magis competunt, in condigna eorundem estimacione redimantur,
65 statuat titulo pignoris possidenda contradiccione prelibati Iohannis de
Saswar et aliorum quorumlibet, previa racione non obstante. Illis autem,
qui se dicta iura possessionaria occupata redimere velle asseruerint, tri-
cesimum secundum diem diei huius modi execucionis exhinc fiende com-
70 putandum, coram nostra personali presencia comparendis pro termino
redempcionis eorundem deputet et assignent. Et post hec huius modi
possessionarie reambulacionis, estimacionis, occupacionis et titulo pigno-
ris statucionis seriem, ut fuerit expediens, ad prescriptum tricesimum
secundum diem diei huius modi execucionis exhinc fiende computandum
legitime perdurandum dicte nostre personali presencie fideliter rescri-
75 batis!

Datum Bude tricesimo secundo die termini prenotati anno Domini
millesimo quingentesimo decimo sexto.

In dorso: Fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez pro nobili Gregorio
Weres de Saswar contra nobilem Iohannem de eadem Saswar super
80 quadam possessionaria reambulacione, estimacione, occupacione et
titulo pignoris statuacione per nostrum et vestrum homines modo intra-
scripto fiendis memorialis, quarum series, ut fuerit expediens, [ad] ter-
minum intrascriptum legitime perdurandum est reportanda ad iudicem;
presentata, lecta et extradata nitide per magistrum Bolyary coram me
85 magistro Iohanne Ellyevelgy et coram me magistro Stephano Henczely;
Bewkeny.

1516 Septembris 26 — Buda

302

*Ludovicus II rex Hungariae nobilibus de Vécse possessiones, quarum litteras
tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et mandat conventui eccle-
siae Jászviensis, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur.*

A in charta 29,5×22 cm duplicata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillo-
rum no 2).

Sign. Archivum Publicum Leutsoviense: Archivum familiae Andrassy Krasznahorkense,
series M locus p f. 1 no 1.

B in charta 29,5×30 cm lacerata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillo-
rum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Jászó-
viensis regnicolare, Statutoriae V f. 1 no 4.

*Ludovicus II rex Hungariae nobilibus Blasio de Weche necnon Antho-
nio, Stephano et Georgio filiis eiusdem Blasii Wechey . . . universa bona
et quelibet iura possessionaria porcionisque possessionarias in posses-
sione Weche predicta necnon in prediis Bedefewlde et Pwzthabaxa nun-
5 cupatis omnino in comitatu Abawyariensi existentes habitas, in quarum
pacifico dominio idem Blasius et prefati filii sui progenitores suos ab
antiquo perstitisse se seque ipsos persistere eciam de presenti litterasque*

68 post huius modi del. computandum pro termino || 86 post Bewkeny forte: scribi
f(ecit)

10 et litteralia instrumenta sufficiencia superinde habuisse, sed exactorum annorum insurreccione et grassacione funesta popularium et malefactorum hominum ea ammississe asserunt... nove... donacionis titulo donat et mandat conventui ecclesie Jászóviensis, ut iidem nobiles in dominium earundem possessionum introducantur.

Datum Bude in festo beate Iustine virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum ipsius regis Hungarie etc. anno primo, Bohemie vero similiter primo.

15 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis (A).

In dorso: Registrata folio 6 anno 1516 (A).

1516 Octobris 9 — Buda

303

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesie Varadinensis mandat, ut copias litterarum tempore insurrectionis amissarum Ladislao Telegdi et uxori eius transcribat.

Transcriptum capituli ecclesie Varadinensis die 13 Novembris anno 1516 in charta 29,5×44 cm lacerata in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 29566 (ante: Archivum capituli ecclesie de Alba Iulia regnicolare).

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Waradiensis salutem et gratiam!

Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum egregii Ladislai de Thelegd et nobilis Dorothee filie condam egregii Stephani Thornay de Zenthes consortis vero predicti Ladislai de Thelegd, quomodo hys superioribus rusticane videlicet sedicionis temporibus universe littere et quevis litteralia ipsorum instrumenta factum totalium possessionum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum dictorum exponencium in comitatu Byhoriensi existencium et habitorum tangencia et concernencia ab ipsis exponentibus per ipsos rusticos violenter fuissent ablate et anichilata, quarum paria in vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus in presenciarum [iidem] exponentes pro tuicione iurium ipsorum summe indigerent et forent necessarii. Iccirco fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus acceptis presentibus paria prescriptarum litterarum et litteralium instrumentorum factum — ut premittitur — totalium possessionum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum prefatorum exponencium in dicto comitatu Byhoriensi existencium habitorum tangencium et concernencium in dicta sacristia vestra sive conservatorio ecclesie vestre prenotate diligenter requiri et reinveniri facere requisitarumque et reinventarum tenores in transsumto litterarum vestrarum eisdem exponentibus iurium ipsorum ad cautelam dare et concedere debeatis et teneamini, caventes tamen ne fraus et dolus in hac parte eveniat aliqualis secus non factorum!

25 Datum Bude in festo beati Dionisii martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Ludovicus II rex Hungariae quibusdam nobilibus comitatus Hevesiensis possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et mandat capitulo ecclesiae Agriensis, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur.

A in membrana 50×33 cm manca.

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 75346 (ante: Archivum familiae Pálóczi-Horváth).

B in charta 29×21 cm lacerata.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 93780 (ante: Archivum familiae Festetics Comitatus Heves no 4).

Ludovicus II rex Hungariae nobilibus dominabus Elizabet consorti Petri de Farnos filie quondam Sigismundi Lwdas filii olim Michaelis de eadem Lwdas, Katherine quondam Demetrii Nagh de Tharcha ac Potenciane olim Ladislai Werssegy de eadem Wersseg relictis et Elene filie quondam Iohannis Lwdassy filii similiter quondam Sigismundi de predicta Lwdas necnon . . . Stephano de Bessenyaw et Michaeli Body de eadem . . . totales porciones eorum possessionarias in possessionibus Iwankalwdasthelke, Chokasthelke necnon Fogach, Thyzabew, Echeg et Kenderes vocatis omnino in comitatu Hewesiensi existentes et habitas, in quarum scilicet quieto et pacifico dominio eodem domine . . . ac . . . progenitores ipsarum ab antiquo perstitisse seque persistere asserunt eciam de presenti litteras eciam et litteralia instrumenta super facto earundem porcionum possessionariarum sufficiencia habuisse, sed tempore insurreccionis rusticorum, qui totam nobilitatem delere contendebant, per eos rusticos direpta et asportata ablataque fuisse dicuntur . . . nove . . . donacionis titulo donat et mandat capitulo Agriensi, ut iidem nobiles in dominium earundem possessionum introducantur.

Datum Bude in festo beatorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum ipsius regis Hungarie et Bohemie etc. anno primo.

Dextra subter: Relacio magnifici domini Iohannis Pethew magistri curie regie maiestatis et *inferius:* relacio magnifici d(omini) Iohannis Pethew magistri curie etc. N(icolaus) Bachiensis. L(ecta) (A).

In dorso: Registrata folio 40 anno etc. 1516 (A).

Ludovicus II rex Hungariae Iohanni et Benedicto Bajoni possessiones Ladislai Pályi tempore insurrectionis interempti donat et mandat capitulo ecclesiae Promontorii Varadinensis, ut illi in dominium earundem possessionum introducantur.

Aa transcriptum capituli ecclesiae Promontorii Varadinensis die 13 Novembris anno 1517 editum (v. no 330).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47218 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ab transcriptum capituli ecclesiae Promontorii Varadinensis die 23 Novembris anno 1518 in charta 28 × 63 cm manca in copia eiusdem temporis simplici scriptum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 29387.

B in charta 29 × 21 cm duplicata manca mucoreque infecta.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 99803 (ante: Archivum familiae Károlyi, antierius: Archivum familiae Bosnyák, f. 2 no 17).

Ed. *Codex Károlyi* III, no 70.

Ann. Quamquam aliis annis sunt datae litterae, tamen aequae etiam uno loco publicantur, cum textus earum adeo inter se cohaereant. Attestatio introductionis no 330.

A

B

Nos

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

fidelibus nostris capitulo ecclesie
sancti Stephani prothomartiris de

⁵ Promontorio Waradiensi salutem
et gratiam! Cum

nos debitum habentes respectum ad preclara fidelium obsequiorum
merita fidelium nostrorum egregiorum Iohannis et Benedicti filiorum
condam Nicolai de Bayon, que ipsi sacre primum huius regni nostri

¹⁰ Hungarie corone deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum
varietate cum summo semper fidelitatis fervore exhibuerunt et impen-
derunt, universa et quelibet bona et iura possessionaria ubilibet et in
quibuscunq[ue] comitatibus huius regni nostri Hungarie existencia et
habita, que alias nobilis condam Ladislai Paly de Pochay prefuissent,

¹⁵ sed eodem Ladislao per rusticos in tumultuaria eorum contra universam
nobilitatem superiore anno regnante scilicet et adhuc in humanis agente
serenissimo principe condam domino Wladislao rege etc. genitore nostro
carissimo pie memorie insurreccione nequiter interempto ad manus
nobilis puelle Elizabeth filie eiusdem condam Ladislai Paly iuxta consti-

²⁰ tucionem generalem per universos dominos prelatos ac barones et regni
nostri nobiles in dieta eorum generali pro festo beati Luce evangeliste

305: 2 [Lodo]vicus **Ab** || 3 fide[libus] n[ost]ris capit[ulo] **Ab** || 4 prot[omartyri]s **Ab** ||
7 fidel[ium obsequ]iorum **Ab** || 8 post egregiorum del. et **Ab** | filiorum — Nicolai om. **B** ||
9 post ipsi]ipsis add. in **Ab** | in primis **Aa** | imprimis **Ab** || 10 mayestati **Ab** | pro]poro
Ab || 13 post quibuscunq[ue] del. voluntatibus **Ab** || 15 [tumultuaria eorum] **Ab** || 16
regante **Ab** || 18 charissimo **AaB** | pie — evangeliste om. **Ab** || 19 iuxta — evangeliste
om. **Aa**

1514
Oct. 18 in anno salutis millesimo quingentesimo decimo quarto preterito paterno
de mandato celebrata factam et per eandem paternam maiestatem con-
firmatam devenissent devolutaque fuissent et iam per defectum seminis
25 utriusque sexus tam eiusdem condam puelle Elizabeth quam eciam ipsius
olim Ladislai Paly ad sacram dicti regni nostri Hungarie coronam con-
sequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et appro-
batam eiusdem regni nostri Hungarie legem et consuetudinem devoluta
esse perhibentur et redacta, item totum et omne ius nostrum regium,
30 si quod in predictis bonis et iuribus possessionariis eciam alias qualiter-
cunque haberemus aut eadem nostram ex quibuscunque causis, viis,
modis et rationibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis
utilitatibus et pertinentiis quibuslibet

35

40

45

terris scilicet arabilibus cultis et
incultis, agris, pratis, pascuis, cam-
pis, fenetis, silvis, nemoribus, mon-
tibus, vallibus, vineis vinearumque
promontoriis, aquis, fluviis, pisci-
nis, piscaturis aquarumque decur-
sibus, molendinis et eorundem lo-
cis, generaliter vero quarumlibet
utilitatum et pertinentiarum [sua-
rum] integritatibus quovis nomi-
nis vocabulo vocitatis ad eadem
de iure et ab antiquo spectantibus
et pertinere debentibus su[b sui]s-
que veris metis et antiquis exi-
stencia

premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memoratis
50 Iohanni et Benedicto de Bayon ipsorumque heredibus et posteritatibus
universis

mediantibus aliis litteris nostris
donacionalibus exinde confectis in
perpetuum contulerimus velimus-
55 que eosdem in dominium eorundem
per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.
Fidelitati igitur vestre harum serie
firmiter precipientes mandamus,
60 quatinus vestrum mittatis homi-
nem pro testimonio fide dignum,
quo presente Laurencius vel Fran-
ciscus Dersy de Petthry aut Ladis-
laus de Scepes vel Blasius litteratus

dedimus, donavimus et contuli-
mus, immo damus, donamus et
conferimus iure perpetuo et irre-
vocabiliter tenenda, possidenda
pariter et habenda salvo iure alieno
harum nostrarum vigore et testi-
monio litterarum mediante, quas
in formam nostri privilegii redigi
faciemus, dum nobis in specie
fuerint reportate.

22 millesimo quingentesimo Ab || 25 Elizabeth Ab | ipsius om. Ab || 27 approbatam Ab ||
28 eiusdemque regny Ab | Hungarie om. B || 30 alias]alis Ab || 31 aut om. Ab || 32
mayestatem Ab || 50 de — perpetuum om. Ab || 54 contulerimus Ab || 57 post legitime
add. et Ab || 60 mittatis Ab || 63 Pethry Ab || 64 Sepes Ab

65 alias Zeky cognominatus de Kys-
 bayon sin Mathias seu Georgius
 filii eiusdem Blasii litterati sive
 Sigismundus de Thorda ne Michael
 de Sarand aliis absentibus homo
 70 noster ad facies universorum bono-
 rum et iurium possessionariorum
 ubilibet — ut preferatur — et in
 quibuscunque comitatibus huius
 regni nostri Hungarie existencium
 75 et habitorum vicinis et commeta-
 neis eorundem universis inibi legit-
 time convocatis et presentibus ac-
 cedens introducat prefatos Iohan-
 nem et Benedictum de Bayon in
 80 dominium eorundem statuaturque
 eadem eisdem simul cum cunctis
 suis utilitatibus et pertinenciis qui-
 buslibet premisse donacionis nostre
 et dicti iuris nostri regii titulo ipsis
 85 incumbencia perpetuo possidenda,
 si non fuerit contradictum, con-
 tradictores vero si qui fuerint,
 evocet eosdem contra annotatos
 exponentes ad terminum competen-
 90 tem nostram personalem in presen-
 ciam rationem contradiccionis eo-
 rundem reddituros et post hec huius
 modi introduccionis et statucionis
 seriem cum contradictorum et evo-
 95 catorum, si qui fuerint, vicinorum-
 que et commetaneorum, qui pre-
 misse statucioni intererunt, ac
 iurium possessionariorum inibi sta-
 tuendorum nominibus terminoque
 100 assignato, ut fuerit expediens,
 dicte personali presencie nostre
 fideliter rescribatis!

Datum Bude in festo

beati Emerici ducis et confessoris

beati Iohannis apostoli et evan-
 geliste

anno Domini millesimo quingentesimo decimo
 sexto

octavo

regnorum nostrorum predictorum anno

65 alias]alys Ab || 66 sin]sive Ab || 69 Sa[rand] Aa || 76 universis om. Ab | iniby
 Ab || 81 esidem Ab || 92 redituros Ab || 94 serie Ab || 100 asignato Ab || 104 sancti
 Ab || 106 M° Ab || 108 anno om. Ab

110 primo.

115

tercio.

Dextra subter: Relacio magistri Nicolai de Bachia prepositi Agriensis secretarii regie maiestatis. *In dorso*: Regestrata folio 247 anno etc. 1518. Layos o kjralj lewelje, kjwel megkjertjek az Palj Ljazljo jozjagjat Bajonj Janos es Benedek.

1516 Novembris 9 — Buda

306

Ludovicus II rex Hungariae Francisco Thorotzkay possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse traditur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae de Kolozsmonostor, ut idem in dominium earundem possessionum introducatur.

A in charta scriptae, sigillo sub textu consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Thorotzkay, f. 1 no 9.

Reg. *Jakó—Valentiny, Thorotzkay család*, no 49 (Hungarice).

Ba in charta 29×31 cm manca aquaque maculata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 4).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28567 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, T no 46).

Bb transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 26 Octobris anno 1517 editum (v. no 329).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28568 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, T no 20).

Bc transcriptum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor die 26 Octobris anno 1517 editum (v. no 329).

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Thorotzkay, f. 1 no 10.

Reg. *Jakó—Valentiny, Thorotzkay család*, no 50 (Hungarice).

C transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 14 Augusti anno 1523, quod in membrana scriptum, sigillo ex filis diversorum colorum sericeis pendenti consignatum esse videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Thorotzkay, f. 1 no 11.

Reg. *Jakó—Valentiny, Thorotzkay család*, no 58 (Hungarice).

Ann. Attestatio introductionis no 329.

AC

B

Nos

<p>Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expressit, universis, quod</p>	<p>fidelibus nostris conventui ecclesie de Colosmonostora salutem et gratiam! Cum</p>
---	---

306: 2 Ludovicus **ABa** || 3 c[onve]ntui **Ba** || 4 Colosmonostora **BaBcC**

nos debitum habentes respectum ad fidelitatem et fidelium servitorum
 gratissima merita fidelis nostri egregii Francisci filii condam Ladislai
 filii olim alterius Ladislai filii Nicolai filii Stephani filii comitis Elie alias
 Ellyews dicti de Thorozko, que ipse sacre primum huius regni nostri
 10 Hungarie corone et deinde nobis solium et gubernacula eiusdem regni
 nostri post paterne maiestatis obitum feliciter adeptis cum summa
 semper fidelitatis constancia exhibuit et impendit, totale castrum Tho-
 rozko nuncupatum ac possessiones similiter Thorozko necnon Zenth-
 gyewrgh, Bedelew, Gyerthyanos, Felsewzolchwa, Alsozolehwa, Pochaga,
 15 Wyfalw, Wydal et Borrew nominatas omnino in comitatu Thordensi
 parcium regni nostri Transsilvanarum existens adiacentesque et habitas,
 in cuius quarumque dominio ipse Franciscus progenitores suos ab antiquo
 perstitisse seque etiam de presenti persistere et super eodem castro ac
 dictis possessionibus litteras quoque efficaces et sufficiencia litteralia
 20 instrumenta habuisse, sed superiore anno regnante videlicet adhuc ipsa
 paterna maiestate per rusticanam colluviem, que sub nomine cruciate
 contra universam nobilitatem predicti regni nostri Hungarie et parcium
 sibi subiectarum hostili manu insurrexerat et que inter cetera etiam ca-
 strum Thorozko predictum prodicione rusticorum in eodem castro pro-
 25 tunc existencium subintrarat et occuparat, dilaniatas et comminuta
 extitisse, quarum nonnulla fragmenta sigillaque diruta per ipsum Fran-
 ciscum nostre maiestatis in conspectum allata nos quoque vidisse testa-
 mur, asserit, simul cum omni et totali iure nostro regio, si quod in pre-
 scriptis castro ac possessionibus qualitercunque haberemus aut idem
 30 eedem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus con-
 cernerent maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et perti-
 nenciis quibuslibet
 terris scilicet arabilibus cultis et
 incultis, agris, pratis, pascuis, cam-
 35 pis, fenetis, silvis, nemoribus, mon-
 tibus, alpibus, ferri fodinis, valli-
 bus, vineis vinearumque promon-
 toriis, aquis, fluviis, piscinis, pesca-
 turis aquarumque decursibus, tri-
 40 butis, molendinis et eorundem lo-
 cis, generaliter vero quarumlibet
 utilitatum et pertinenciarum pro-
 ventuumque suarum integritatibus
 quovis nominis vocabulo vocitatis
 45 ad ipsum castrum dictasque pos-

6 fidelitatem]integerrimam fidem C | [et — servitoru]m Ba || 8 [alterius — fi]lii Ba ||
 9 Elyws C || 13 ac]necnon BC | necnon]ac BC || 14 [Gy]erthyanos Ba || 16 Transsilva-
 narum]Transsilvarum corr. Bb || 17 quorumque AC | [domini]o Ba || 18 [cas]tro Ba || 19
 litteralia *supra scr.* Ba || 20 superiori Bc | re]gn]ante Ba || 21 cruci]ate co]ntra Ba || 23
 [hostili] ma[n]u Ba | insurrexerat Bc || 24 rustico]rum — eod]em Ba || 26 qu[ar]um Ba |
post quarum *del.* nulla Bb || 28 prescriptis]eisdem BC || 29 ca]stro] Ba | ac]et BC || 30
 causi[s — m]odis Ba || 31 pertine]nciis qui]buslibet Ba

sessiones de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris et antiquis metis existentibus

50 memorato Francisco de Thorozko ac per eum Francisco, Anthonio, Petro et Mathie filiis suis ipsorumque heredibus ac posteritatibus universis

nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus,

55 immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio

60 litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

65

70

75

80

85

vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium superinde confectarum nove nostre donacionis titulo in perpetuum contulerimus velimusque eosdem in dominium eiusdem et earundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Benedictus de Thwr vel Gregorius de Koppan aut Bernaldus de Iara sin Michael Nagh de Chan seu Mathias de Iara aliis absentibus homo noster de curia nostra regia per nos ad id specialiter transmissus ad facies prescripti castri Thorozko ac pretactarum possessionum similiter Thorozko necnon Zenthgyewrgh, Bedelew, Gyerthyanos, Felsewzolchwa, Alsozolchwa, Pochaga, Wyfalw, Wydal et Borrew vicinis et commetaneis eiusdem et earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatos Franciscum de Thorozko ac Franciscum, Anthonium, Petrum et Mathiam filios suos in dominium eiusdem et earundem ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti statuaturque idem et easdem eisdem premisse nove donacionis nostre et dicti iuris nostri regii titulo ipsis incumbentes per-

50 de Thorozko om. BcC | ac]et BC || 51 [filiis sui]s ipsorum[que] Ba | post suis add. p Bb | ac]et BC || 54 [donacionalium superinde] Ba || 56 imperpetuum Bc || 57 [eosdem - dominium] Ba || 59 homines om. Bb || 62 quatinus Bc || 66 Berbardus Bc || 73 -gyewrgh littera r post inser. Ba || 75 Fesewzolchwa Bb || 76 post Borrew del. nominatarum Ba || 77 post et del. commetaneis Bb

petuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Franciscum de Thorozko ac filios suos prenomatos ad terminum competentem wayuode nostri Transsilvanensis in presentiam rationem superinde reddituros et post hec huius modi introductionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et cometaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — dicto wayuode nostro Transsilvanensi suo modo rescribatis!

Datum Bude die Dominico proximo post festum beati Emerici ducis et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto regnorum nostrorum predictorum anno primo.

110 *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

In dorso:

Registrata folio 32 anno etc. 1516.

Fidelibus nostris conventui ecclesie de Colosmonstra pro egregio Francisco de Thorozko et aliis intrascriptis introductoria et statutoria. Lecta.

115

1516 Novembris 10 — Buda

307

Ludovicus II rex Hungariae Iohanni Várday comiti Bodrogiensi mandat, ut officio comitatus sui in restituendis damnis tempore insurrectionis factis dignus fungatur.

In charta 29 × 22 cm manca aquaque maculata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum et scida tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82466 (ante: Archivum familiae Zichy Zaélyiense, f. 4. no 1657).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1028.

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidei nostro egregio Iohanni Warday comiti comitatus de Bodrog salutem et gratiam!

94 wayuode Bc || 96 [reddit]uros Ba || 100 cometaneorum]commeorum corr. Bb || 104 wayuode Bb | wayuode nostre Bc || 110 commissio — 1516 om. C || 113 Fidelibus — lecta om. BbBc

Intelleximus qualiter tu officium honoris istius comitatus per pater-
5 nam maiestatem tibi collatum negligentissime in omnibus exerceres
neque enim curares iudiciorum celebrationem nec damnorum, que nobiles
ipsi tempore sedicionis rusticorum susceperunt, rectificationem neque
eciam proventuum nostrorum et signanter presentis subsidii administra-
cionem. Et non solum non curares ista, que ad tuum spectant officium,
10 verum eciam ipse turbares omnia et solus esses in causa omnium dila-
cionem difficultatumque, que hys rebus committuntur.

Quod pati nolentes fidelitati tue harum serie firmissime mandamus,
quatenus acceptis presentibus iuris et iusticie administracionem dam-
norumque rectificationem et subsidii nostri presentis exaccionem iam
15 tandem curare incipias et in eis curandis talem te prestes, qualem ex
officio debes. Quoniam alioquin, si ita perseverabis, ut cepisti, certus sis,
quod officium tuum auferremus et non paciemur te amplius honore pre-
dicti comitatus gaudere et hanc tuam negligenciam minime ulterius
tollerabimus. Secus igitur facere non presummas!

20 Datum Bude in profesto beati Martini episcopi et confessoris anno
Domini millesimo quinge[nt]esimo decimo sexto.
Dextra supra: Commissio propria domini regis.

1516 Novembris 12 — Buda

308

*Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Promontorii Varadinensis
mandat, ut Georgium marchionem Brandenburgensem de damnis tempore insur-
rectionis per iobagiones marchionis patratatis atque restituendis moneat.*

A transcriptum capituli ecclesiae Promontorii Varadinensis die 13 Ianuarii anno 1517
editum (v. no 316).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37997 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

B transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 26 Iunii anno 1517 in charta 29,5×41
cm sigillo sub textu rubrae cerae impresso scidaque tecto consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37998 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
capitulo ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promontorio Wara-
diensi salutem et graciam!

Dicitur nobis in personis egregii Gasparis Thwrzo de Bethlenfalwa
5 et nobilis Michaelis Radak de Pochay, quod cum superioribus hys annis
elapsis populares seu plebee condicionis homines sub nomine cruciate
contra totam nobilitatem et regnicolas nostros insurrexissent, tunc
providi Andreas Kys, Benedictus Seweny, Paulus Bachy, Petrus Kowach,
Iohannes Fazokas, Lucas Nagh, Valentinus Warga, Matheus Mezaros,
10 Gregorius Warga, Michael Soos, Stephanus Chykay et Emericus Kalli,
Georgius Borsos, alter Georgius Zeewch, Antonius Gerhy cum matre
sua, Petrus Zewch, Paulus Warga et Petrus similiter Warga dicti ioba-
giones illustris domini Georgii marchionis Brandenburgensis etc. in

308: 1 et om. B || 2 Stephani om. B || 9 Varga ubique B || 11 post Georgius² del. Zelchw
A | Zewch B | Anthonius B

1514
Iun. 4 oppido suo Symand vocato commorantes circa festum penthecostes tunc
proxime preteritum assumptis secum quam pluribus complicitibus ipso-
rum cruciferorum in eodem oppido Symand constitutorum duodecim
vasa vinorum decimalium ducentos et quadraginta florenos valencium,
item blada trecentorum et quinquaginta cubulorum florenos quadra-
ginta duos valencia, preterea fruges triginta duorum cubulorum florenos
20 octo valentes, que scilicet prelibati Michaelis Radak prefuissent, item
tempore in eodem prelibati Andreas Kys, Benedictus Seweny et alii
prenominati iobagiones prelibati domini Georgii marchionis quendam
Andream Zylagy dictum familiarem prefati Gasparis Thwrzo exponentis
nullis suis culpis et demeritis exigentibus captivassent captumque acriter
25 vulnerantes ab eodem tredecim florenos necnon vestes septem florenos,
unum ensem seu gladium tres florenos valentes et insuper sex coclearia
et duos cyffos argenteos prefati Gasparis Thwrzo ac centum et decem
florenos in auro eiusdem Gasparis Thwrzo exponentis in hospicio suo
in prefata Symand habito in quadam ladula sua reclusos excipientes
30 temerarie asportassent ac quo ipsorum placuisset voluntati, fecissent
potencia mediante in preiudicium et dampnum prefatorum exponen-
cium valde magnum.

Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus,
quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo
35 presente Iohannes Rawazdy de Azzonlaka aut Gaspar Baky vel Iohannes
Zokoly de Chalya sin Gaspar seu Sthephanus de Nadab aliis absentibus
homo noster erga prefatum dominum Georgium marchionem accedens
amoneat eundem dicatque et committat eidem verbo nostro regio, ut
ipse ex parte prescriptorum iobagionum suorum in predicto oppido suo
40 Symand vocato commorantium dictis exponentibus iudicium et iusticiam
administrari facere ac de prescriptis rebus per ipsos modo premissis
ablatis receptisque et dissipatis plenariam satisfaccionem impendere
debeat et teneatur, qui si fecerit bene quidem, alioquin evocet prefatum
dominum Georgium marchionem contra annotatos exponentes ad tri-
45 cesimum secundum diem a die amonicionis exhinc fiende computandum
nostram personalem in presenciam rationem de premissis redditurum
efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos non obstante prescriptos
iobagiones suos eidem statuere committens, insinuans ibidem eidem,
ut sive termino in predicto coram dicta nostra personali presenciam com-
50 pareat prescriptosque iobagiones suos statuatur sive non, eadem ad partis
comparende instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expe-
diri et post hec huius modi amonicionis, evocacionis et insinuacionis
seriem cum evocati nomine terminum ad predictum, ut fuerit expediens,
dicte nostre personali presencie fideliter rescribatis!

55 Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Martini episcopi
et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

18 quinquaginta]quadraginta B | florenos *supra scr.* A || 23 Zylagy B || 27 ciphos
B || 31 et bis B || 36 Caspar B || 39 predicto]prescripto B || 42 impendere B || 43 si
bene quidem fecerit B || 49 *post sive add.* ipse B | in presenciam B

Emericus Báncai a se Franciscum et Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis patratorum absolutos esse testatur.

In charta 21,5×15 cm.

Sigillum scripto sub textu scida tectum viridi cerae impressum, anulare (v. in tabula sigillorum no 14).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89078 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 125).

Nos magister Emericus de Bancha canonicus ecclesie Colochensis memorie commendamus omnibus presentes litteras inspecturis, quod nos cum reverendissimo domino domino Francisco de Varda episcopo ecclesie Albensis Transsilvaniensis per quosdam probos viros in talem devenimus compositionem, ut de dampnis et verberibus tempore cruciperorum per iobagiones eiusdem reverendissimi domini Francisci in Baya et Monostor nobis illatis in ducentis florenis concordavimus et diposicionem fecimus, quorum quidem primus solucionis terminus vide-
 Oct. 16 licet centum et quinquaginta florenorum festum beati Galli extiterat
 Nov. 25 et residuorum quinquaginta florenorum festum beate Katherine virginis, de quorum ducentorum florenorum totali solucione nobis quoad plenum satisfecerunt, super quibus eosdem quitos et expeditos reddimus et commisimus, ymmo reddimus et committimus. In cuius rei memoriam litteras nostras expeditorias sigillo nostro impressas eidem reverendissimo
 15 domino domino Francisco et fratri eiusdem Iohanni de Varda duximus concedendas.

Datum Dominica die in festo Clementis martyris anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

Capitulum ecclesiae Colocensis ab Emerico Báncai Franciscum et Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis illatorum absolutos esse testatur.

In charta 21,5×14 cm.

Sigilli vestigium flavae cerae in dorso impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89077 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 123).

Nos capitulum ecclesie Colocensis memorie commendamus per presentes, quod honorabilis magister Emericus de Bancha socius et canonicus noster in presencia nostra personaliter constitutus sponte et libere confessus est et retulit in hunc modum, quod licet tempore insurrectionis rusticane per colonos reverendissimi domini Francisci de Warda episcopi Transsilvanensis ac Iohannis similiter de Warda fratris eiusdem in Bakmonostora in comitatu de Bodrog existenti commorantes diversis cruciatibus, dampnis, iniuriis ac eciam solucione certe summe pecunie fuisset affectus, tamen iidem reverendissimus dominus episcopus
 5 et Iohannes frater eiusdem omnia supradicta genera malorum eidem
 10

magistro Emerico quoquo modo per antedictos colonos de Bakmonstra
illatorum medio quorundam proborum virorum pacem parcium zelancium
in ducentis florenis auri in certis terminis persolvendis composuisent.
Quos quidem ducentos florenos idem magister Emericus in parata
¹⁵ pecunia plene et effectualiter ab eisdem asserit se levasse, unde idem
magister Emericus de et super huius modi ducentorum florenorum solu
tione eosdem reverendissimum dominum episcopum et Iohannem fra
trem eiusdem ac antefatos colonos de Bakmonstra quitos, expeditos et
modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, immo reddidit et
²⁰ commisit nostri in presencia harum litterarum nostrarum vigore et testi
monio mediante.

Datum die Dominico proximo ante festum beate Katherine virginis
et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo sexto.

1516 Decembris 29 — Hajszentlőrinc

311

*Comitatus Bodrogiensis a quibusdam nobilibus Iohannem Várday solutione
damnorum tempore insurrectionis factorum absolutum esse testatur.*

In charta 21 × 14 cm lacerata.

Sigilla tria, quorum unius est fragmentum, duorum autem sunt vestigia, in dorso flavae
cerae impressa.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89079 (ante: Archivum familiae ducum
Eszterházy, rep. 26 f. B no 120).

Nos Stephanus Zeel de Kakath ac Petrus Fodor de Chypch vicecomites
neonon Martinus similiter Zeel de dicta Kakath et Paulus Loranth de
Boroth iudices nobilium comitatus de Bodrog memorie commendamus
per presentes, quod nobiles Michael ac Nicolaus de Syde, Ladislaus ac
⁵ Gabriel de Reeg, Gaspar Sandor de Kakath, Thomas Berey de Bere
falwa, Matheus Gyappyas, Martinus Damyan, Anthonius de dicta Syde,
Petrus Saffar de Rym, Michael Zabo de eadem, Lodovicus de Naghwelgh
et Clemens Halmas coram nobis personaliter constituti sunt confessi et
retulerunt in hunc modum, quomodo egregius dominus Iohannes de
¹⁰ Warda comes dicti comitatus de Bodrog de universis dampnis per
iobagiones suos tempore insurreccionis hominum popularium eisdem
nobilibus illatis et irrogatis ip[s]o per omnia contentos reddidisset, unde
iidem nobiles eundem dominum Iohannem comitem superinde quittum
reddidissent ac modis omnibus absolutum commisissent, immo reddi
¹⁵ derunt et commiserunt coram harum nostrarum vigore et testimonio
litterarum mediante.

Datum in Hayzenthlewryncz feria secunda proxima post festum
nativitatis Domini anno [ei]usdem millesimo quingentesimo decimo
sexto.

311: 4 ac Gabriel supra scr.

Iohannes Beszeni Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis actorum a se absolutum esse testatur.

In charta 21×14 cm lacerata aquaque maculata.

Sigilli fragmentum scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89080 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 126).

Nos Iohannes de Bessyn recognoscimus per pre[sente]s, quod quia egregius dominus Iohannes de Warda comes comitatus d[e] Bodrog de dampnis per iobagiones suos tempore insurreccionis hominum popularium nobis et filiis condam Georgii Mezesy illatis et irrogatis omnimodam impendit satisfaccionem, unde{s} nos eundem dominum Iohannem comitem superinde quittum reddidimus et expeditum, immo reddimus presencium per vigorem, quas nos sigillo nostro, quo utimur, consignavimus.

Datum in Hayzenthlewryncz feria secunda proxima post festum nativitatis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo sexto.

1517 Ianuarii 2 — Bátmonostor

313

Albertus Szölösi Iohannem Várday pro dampnis tempore insurrectionis patris sibi satisfecisse testatur.

In charta 20×15 cm.

Sigilli fragmentum scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89082 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 133).

Nos egregius Albertus de Zeelews memorie commendamus tenore presencium, quibus expedit, universis, quod cum tempore disturbii iobagiones egregii domini Iohannis de Warda nonnulla dampna intulissent nobis, idem egregius dominus Iohannes Warday de omnibus et singulis iacturis dampnisque satisfecit et rediit in gratiam priorem secundo die videlicet circumcissionis Domini, pro cuius fide et testimonio has litteras nostras sigillo nostro munitas seu roboratas ad manus eiusdem prenotati Iohannis de pretitula<ta> Warda duximus concedendas.

Datum ex Bathmonostra die supradicto anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Michael Kakati Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis illatorum a se absolutum esse fatetur.

In charta 20×7 cm.

Sigilli fragmentum scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89081 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 134).

Ego Michael litteratus de Kakath per hoc presens cirographum fateor egregium dominum Iohannem de Warda michi de dampnis per sue egregie dominacionis <iobagiones> de possessione Gara illatis, cuius quidem dampni summa se extendebat ad florenos octo, sed intuitu sue
5 egregie dominacionis relaxavi ad florenos duos, de quibus suam e(gregiam) d(ominacionem) presenti meo cirografo reddidi quittum et expeditum harum vigore et testimonio mediante.

Datum in Bathmonostra in octava beati Stephani prothomartyris anno Domini 1517.

Catharina vidua Georgii Orbonász sibi Iohannem Várday pro damnis tempore insurrectionis illatis satisfecisse testatur.

In charta 21×17 cm lacerata.

Sigilli fragmentum scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89083 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 141).

Nos Catherina relicta quondam egregii Georgii Orbonaz damus pro memoria, quibus expedit, universis, quod is egregius Iohannes Warday de omnibus et singulis dampnis et iacturis ex parte crucifixorum nobis et filiis nostris illatis satisfecit ducentosque pro eisdem florenos solvere
5 curavit. Nos itaque tandem litteras nostras ad manus preinserti Iohannis Warday expeditorias sigillo nostro munitas duximus concedendas.

Datum ex Wyfalw secundo die circumeisionis Domini anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Capitulum ecclesiae Promontorii Varadinensis Ludovico II regi Hungariae se monuisse Georgium marchionem Brandenburgensem, ut iobagionibus de Vári satisfaceret et in personalem praesentiam regiam evocasse refert.

A in charta 29×38 cm.

Sigilli fragmentum flavae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37997 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

B transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 26 Iunii anno 1517 in charta 29,5×41 cm sigillo sub textu rubrae cerae impresso scidaque tecto consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37998 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum naturali graciousissimo capitulum ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promontorio Waradiensi orationes devotas perpetua cum fidelitate!

⁵ Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem amonitorias, evocatorias et insinuatorias nobis preceptorie loquentes et directas summo cum honore recepisse in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 12 Novembris anno 1516 datae (v. no 308).

Unde nos mandatis vestre serenitatis obedire volentes – ut tenemur –

¹⁰ una cum Gaspare de Nadab homine eiusdem in dictis litteris inter alios nominatim conscripto unum ex nobis videlicet honorabilem magistrum Franciscum de Borsod fratrem et concanonicum nostrum ad

premissa nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis pariformiter retulerunt eo modo,

¹⁵ *Jan.* quomodo ipsi in vigilia festi epiphaniarum Domini proxime preteriti ad possessionem memorati domini Georgii marchionis Wary appellatam

simul accessissent ibique idem homo vestre serenitatis annotato testimonio nostro presente eundem dominum marchionem amonuisse dixissetque et commisisset eidem verbo vestro regio, ut ipse ex parte prescriptorum iobagionum suorum dictis exponentibus iudicium et iusticiam

²⁰ administrari facere ac de prescriptis rebus per ipsos modo premissis ablati receptisque et dissipatis plenariam satisfactionem impendere debeat et teneatur et nichilominus eundem dominum Georgium marchionem ex eadem possessione sua Wary die in eodem sepe fatus homo vestre

serenitatis pretaxato nostro testimonio illic adherente contra annotatos exponentes ad tricesimum secundum diem a die amonicionis huius modi

²⁵ exhinc facte computandum vestram personalem evocasset in presenciam rationem de premissis redditurum efficacem litis pendencia, si qua foret inter ipsos, non obstante insinuans ibidem eidem, ut sive ipse termino

in predicto coram dicta vestra personali presenciam compareat prescriptosque iobagiones suos eidem statuere commissos statuatur sive non,

³⁰ eadem ad partis comparende instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri.

316: 1 et *supra* scr. B || **3** sancti *supra* scr. B || **9** *post* cum *add.* prenominate B || **11** fratrem *om.* B || **13** retulerunt B || **17** amonuisse dixissentque et commisisset B || **21** impendere B || **24** pretaxato | pretacto B || **26** personalem *supra* scr. A || **28** eidem ibidem B | ipso B || **29** in presenciam B

Datum nono die diei huius modi execucionis premisse anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

³⁵ *In dorso*: Personali presencie regie maiestatis pro illustri Georgio marchione Brandenburgensi amonicionis, evocacionis et insinuacionis par.

1517 Ianuarii 26 — Hajszentlőrinc

317

Iohannes Vásárhelyi Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis factorum absolutum esse a se testatur.

In charta 20,5×14,5 cm.

Sigilli vestigium scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89086 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 113).

Nos Iohannes de Vasarhel canonicus ecclesie Colochensis memorie commendamus per presentes, quod egregius Iohannes de Kysvarda occasione spoliacionis et depredacionis rerum nostrarum per iobagiones eiusdem tempore insurreccionis popularium factis sedecim florenos reddidit, super quibus omnibus eundem quitum et expeditum ac modis omnibus absolutum reddidimus, immo reddimus harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum in Hayzenthlerinch feria 2^a post festum <conversionis> sancti Pauli apostoli anno Domini 1517.

1517 Ianuarii 26 — Hajszentlőrinc

318

Gregorius Horváth Iohannem Várday pro damnis tempore insurrectionis illatis satisfecisse fatetur.

In charta 21,5×14 cm (v. in tabula exemplarium no 52).

Sigilli fragmentum scripto sub textu viridi cerae impressi anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89085 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 129).

Ann. Subscriptionem Gregorii Horváth glagoliticis litteris scriptam legere Ladislaus Hadrovics professor Universitatis de Rolando Eötvös nominatae Budapestinensis opitulari dignatus est, cui hoc loco gratias agimus plurimas.

Nos Gregorius Horwath de Marthartzantho per hoc presens cirographum fateor, quod egregius dominus Iohannes de Warda de omnibus dampnis per suos iobagiones in isto comitatu existentes illatis nobis omnimodam satisfaccionem impendit, pro cuius rei memoria eidem egregio domino Iohanni litteras nostras sigillo nostro elenodiali roboratas duximus concedendas.

³⁵ personali — par om. B

317: 4 recte: factarum

318: 1 in Marthartzantho art² supra scr.

Datum in Hayzenthleryncz feria secunda proxima post festum conversionis beati <Pauli> apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

10

ᏆᏆᏆᏆᏆ ᏆᏆᏆᏆᏆ Ꮖ ᏆᏆᏆᏆ Ꮖ ᏆᏆᏆ
to pis<a> Grgur <H>orva<t>o<v>ić

1517 Ianuarii 30 — Szentmárton

319

Stephanus Konc Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis patratorem a se absolutum esse testatur.

In charta 21,5×15,5 cm lacerata aquaque maculata.

Sigillo non consignatae esse litterae genuinae videntur.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89087 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 128).

Nos Stephanus [Konc]h de Zenthmarthon damus pro memoria, quibus expedit, universis, quod de omnibus dampni[s] et iacturis tempore disturbii perpressis convenimus et concordavimus cum egregio domino Iohanne [d]e Warda <in> solucione videlicet sedecim florenorum, quos idem plenarie persolvere curavit, proinde has litteras nostras expeditorias ad manus eiusdem dicti domini duximus concedendas.

Datum ex Zenthmarthon tercio Kalendas Februarias anno eiusdem Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

1517 Februarii 9 — Hajszentlőrinc

320

Comitatus Bodrogiensis inquisitione damnorum tempore insurrectionis commissorum facta latum iudicium approbat.

In charta 22×15 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82469 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1658).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1028.

Nos universitas nobilium comitatus de Bodrog damus pro memoria, quod cum nos iuxta contenta novi decreti super recuperacione et refusione dampnorum per malefactores rusticos tempore insurrectionis eorundem dominis et nobilibus illatorum editi nobiles Stephanum Zeel de Kakath ac Petrum Fodor de Chypez vicecomites, item Martinum Zeel de dicta Kakath nec non Paulum Loranth de Borotz iudices nobilium comitatus de Bodrog una cum duodecim electis iuratis huius comitatus de Bodrog nobilibus ad revisionem et limitacionem dampnorum cunctis predicti comitatus de Bodrog irrogatorum, nedum nobilibus scilicet et rusticis per nobiles dampnabilis lucri causa extra prelia perpetratis duxissemus destinandos.

Qui tandem exinde ad nos reversi pariter cum duodecim electis iuratis sub iuramento nobis uniformiter retulerunt eo modo, quomodo ipsi in

320: 10 recte: perpetratorum

dicto comitatu de Bodrog procedentes a condignis fideque dignis et
15 sufficientibus testibus egregii domini Iohannis de Warda comitis comi-
tatus de Bodrog coram ipsis productis talem de infrascriptis resevissent
certitudinis veritatem, quomodo egregii domini Michael Fekethew et
Iohannes Dochy de Zeek {quod} octo pecora providi Osvaldi in valore
floreorum duodecim et equos equaciales et quedam pecora in valore
20 floreorum sexaginta providi Iohannis Bachy, insuper quedam pecora
providi Nicolai Ihos in valore floreorum quatuordecim de certa pecora
Nicolai Somogy in valore floreorum quindecim et quedam pecora
providi Nicolai Zabo in valore floreorum viginti quinque et certa pecora
providi Gregorii Gerphas in valore floreorum decem iobagionum de
25 Mathyshaza existencium abegi et asport<ar>i fecissent; insuper egregius
Michael Fekethew super Albertum Toth de Borsod existentem pactative
floreos triginta tres extorsisset.

Unde facta huius modi inquisicione iidem vicecomites et iudices nobi-
lium ac duodecim electi iurati prefatos egregios dominos Michaellem
30 Fekethew ac Iohannem Dochy in refusione et solucione pretactorum
floreorum seu pecorum convictos et aggravatos fore decrevissent et
commisissent, imo decreverunt et commiserunt iudicio ipsorum mediante.

Nos itaque prefatos vicecomites et iudices nobilium ac duodecim electos
in omnibus premissis rite et legitime processisse agnoscentes processum
35 ipsorum prenotatum in omnibus punctis clausulisque et articulis ipsius
processus duximus ratificandum et approbandum, prout ratificamus et
approbamus vigore et testimonio litterarum sigillis prefatorum vice-
comitum et iudicum nobilium consignatarum mediante.

Datum in Hayzenthleryncz in profesto Scholastice virginis anno
40 Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

In dorso: Egregii domini Iohannis de Warda.

1517 Februarii 16 — Apagy

321

*Comitatus Szabolcsiensis comitatum de Bereg rogat, ut Sigismundo Báthory
pro damnis satisfaciat.*

In charta 20,5 × 11 cm.

Sigilli vestigium, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum comitatum Szabolcsiensis Szatmáriensisque: DL 49 (ante: Archivum
comitatus Szatmáriensis, A f. 1 no 1).

Egregii domini fratres et amici honorandi!

Quia egregius Sigismundus de Bathor certa dampna per incolas pos-
sessionis Dobos passus est, que quidem dampna iuxta nostram limita-
cionem se ad floreos XXIII <extendunt>, quare rogamus v(estram)
5 d(ominacionem), quatenus intuitu communis iusticie velitis eidem satis-
facere.

Ex Apagh feria 2^a proxima post festum beati Valentini martyris
anno 1517.

Vicecomes et iudices nobilium ac
duodecim iurati comitatus de Zabolcz

10
18 de Zeek supra scr.

In dorso: Egregiis et nobilibus vicecomiti et iudicibus nobilium ceterisque iuratis electis comitatus de Beregh amicis et dominis honorandis. Sigismundi Bathory.

1517 Februarii 23 — Buda

322

Georgius Szatmári episcopus Quinque Ecclesiarum et cancellarius regius Iohannem Várday comitem Bodrogiensem rogat, ne ipse cives et iobagiones oppidi Tolna nominati pro insurrectione gravet.

In charta 22×29 cm (v. in tabula exemplarium no 51).

Sigillum non integrum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit, anulare.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82471 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1660).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1029.

Egregie domine et amice nobis honorande!

Significatum est nobis qualiter d(ominacio) vestra cives et iobagiones nostros de Tholna impedire ac certam summam peccuniarum ab eis extorquere vellet allegantes ipsos tempore insurreccionis rusticorum
5 multa dampna d(ominacioni) vestre et vicinis fecisse, cum tamen non ipsi iobagiones et cives nostri de Tholna dampnum vicinis suis intulerunt, sed coloni et iobagiones d(ominacionis) vestre in Monosthor habitantes per totum hoc regnum fuerunt famati et invulgati, quod omnibus vicinis
10 suis dampnum inferrent et omnia depredarentur et eciam illi iidem cum inhabitatoribus possessionis Baya ad Tholnam venerunt et ipsos Tholnenses ad insurgendum ac eis obediendum et inherendum excitaverunt sicque non nostri, sed iobagiones d(ominacionis) vestre vicinis omnia
dampna et nocumenta intulerunt.

Quare d(ominacionem) vestram hortamur et rogamus, velit ab huius
15 modi proposito suo desistere et cum nulla solutione ipsos cives nostros gravare atque impedire, quia pro certo sciat d(ominacio) vestra, quod huius modi propositum et desiderium suum opprimendi ipsos cives nostros non adimplebit.

Et tandem eciam, si autem d(ominacio) vestra a proposito suo non
20 cessaverit, eorum quieti et indemnitati alia via consulamus.

Ex Buda in vigilia festi beati Mathie apostoli anno 1517.

Georgius episcopus e(cclesie)
Q(uinque Ecclesiensis) cancellarius regius etc.

In dorso: Egregio Iohanni de Warda comiti comitatus de Bodrogh
25 domino et amico nobis honorando.

Registrum nobilium damnorum, quae iobagiones Francisci Várday tempore insurrectionis intulerunt.

In charta 22 × 32 cm duplicata et omnibus in paginis scripta secundumque sinus lacerata et aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 48).

Regestrum simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82420 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 3 no 1198).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1032.

Ann. Regestrum manibus diversis et ante diem, qua etiam litterae sequentes datae, conscriptum et correctum esse videtur.

Registrum super ordinacionem et constitucionem de dampnis nobilium, que iobagiones reverendissimi domini Francisci Warday episcopi Transilvaniensis fecerunt tempore cruciferorum etc.

	item Iohanni Poch	florenis 10
5	item Stephano Kaly clipeo 1, cuspide 1	denariis 57
	item magistro Michaeli canonico Vaciensi	florenis 26
10	item Ianee una cum filiis Georgii Mesessy	florenis 16
	item Ladislao Mihalphi de Ghezth	florenis 38
	item Stephano Zeel	florenis 20
	item Nicolao Sidey	florenis 2
	item Michaeli Sidey	florenis 4
15	item domine relicte Mathye Borsi	florenis 5
	item Paulo Zalay de Baronya	florenis 15
	item Stephano Konch de Baronya	florenis 16
	item Caspar Chwbor de Zenthmihal	florenis 6
	De omnibus et singulis dampnis:	
20	item dominis de capitulo Colocensi	florenis 200
	item domino Matheo episcopo	florenis 70
	item venerabili domino lectori	florenis 25
	item nobili Ladislao de Fegli	{in} florenis 4
	item domino preposito Colocensi	florenis 70
25	item Gasparo Sandor de Cacat	florenis 5
	item Thome Berey	florenis 2
	item Michaeli litterato de Kakat	florenis 2
	Summa hucusque facit florenos 500 et florenos 62	
	item Iane Zoruat	florenis 20
30	item relicte condam Georgii Orgonaz	florenis 200
	item Alberti Zewlesy de eadem	florenis 15
	item dominus Iohannes de Warda concordavit cum Michaele Gywlay	in florenis 16

323: 10 16]20 corr. || 12 post 20]25 corr. del. item Petro Saphar de Rym florenis 1,5 ||
13 2]4 corr. || 16 15]20 corr. || 18 6]12 corr. || 27 2]3 corr. || 29 20]25 corr. || 31 post 15]20
corr. del. Stephano Choc Ciont Choc florenis 12 || 33 16]20]25 corr.

	item dominus Iohannes Warday concordavit cum		
35	Clemente Halmas	in florenis	7
	item dominus Iohannes Warday concordavit cum		
	Matheo Farkas de Zyde	<in> floreno	1
	item idem concordavit cum nobilibus Matheo		
	Gyappyas, Anthonio Sydey et Marti(n)o Damyan	in floreno	1
40	item idem concordavit cum Petro Saffar	in floreno	1
	item idem concordavit cum Michaele Zabo	in florenis	16
	item idem concordavit cum Lodovico Naghwelgy	in florenis	4
	item pro morte Benedicti Chocka	florenis	153
	item Andree Poros	florenis	16
45	item Michaeli *** officialis capituli Vaciensis	florenis	32
	item lectori Bachiensis	florenis	10
	item Gabrieli de Regh	florenis	8
	item Monostor debet mihi solvere	florenos	100

In dorso: Tar Ianos, Lorinci Pal, Chaplar Ianos, Chaki Gelerth, Kerekes
50 Ferench fya Balint, Vitalis damna intulerunt Iane Zoruat et Alberto Zoloz. Fechete Gergol in Gara debet solvere debitum Pauli Zalai.

1517 Martii 15 — Bátmonostor

324

Iohannes Várday ad Franciscum Várday registrum satisfaciendi tempore insurrectionis depraedatis nobilibus mittit.

In charta 22 × 29 cm duplicata et omnibus in paginis descripta minimeque lacerata (v. in tabula exemplarium no 49).

Sigilli vestigium suffuscae cerae impressi, quod litteras olim clausit, anularis.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82473 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1659).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1030.

Post servitiorum meorum ac mei ipsius perpetuam commendationem!
Reverendissime domine domine mihi gratiosissime!

Fama est hic apud nos dominationem vestram reverendissimam primicias suas iam celebrasse. Quod Deus optimus maximus det, opto ad
5 salutem anime eiusdem. Quibus quam libens interfuissem, nescio dicere, sed multe et magne meae cure ac sollicitudines nolluerunt, ut ego una quidem hora hinc abessem, quod dominationi vestre quantas hic ego curas sustinuerim et in presens sustineam, potest certum esse, si presertim
10 dominationi vestre venerit in mentem et dominatio vestra, cuius presentia longe plus potest, quam mea vel alterius cuiuscunque quantas hic in preterita estate habendo concordiam cum damnificatis nobilibus curas sustinuerit, quorum solutionum rectificationem vix attigerat, sed nunc
15 iam in extremo sumus positi ita circumquaque septi, ut iam diutius non possimus differre, si nobis nunc esset Cresi thesaurus, non sufficeret ad implendas crumenas depredatorum nobilium.

35 7]10 corr. || 45 lac. 5 litterarum | recte: officiali || 49 ante Tar del. Tar | Pal supra scr.

Nihilominus in tantis disturbiis, nollem tamen dominatio vestra alicui iactantiae meae hoc attribueret, tantos super hoc labores et curas sustinuisse mihi videor, quantum ex virili meo et ingenii mei capacitate potui, ut parvum — ponderata negotii magnitudine — vel potius nihil hactenus
20 nec in honore suo comitatus nec in bonis nostris detrimenti passi sumus.

Daboque deinceps etiam operam, ut ita fiat, a solutione tamen aliqua nullo modo possumus precavere, quibus iam satisfecerim, poterit dominatio vestra ex regesto isto videre et quibus adhuc teneamur, cui iam solutioni pauperes coloni non possunt esse solvendo, quoniam omnia
25 bona eorum antehabitis etiam temporibus sunt depredata, prout et dominationi vestre melius constat.

Ideo ipsi pauperes et ego una cum ipsis supplicaremus dominationi vestre, ut eadem in tanta eorum necessitate ad sortem tamen eorundem futuram solutionem aliqua summa sublevaret eos.

30 Voluissem quemadmodum et a dominatione vestra petieram, ut eadem misisset huc aliquem suum certum hominem, qui omnia hic vidisset et cuius etiam consilio usus fuisset, cuius presentia tamquam hominis missi a dominatione vestra aliquid in exequendis negotiis istis forsitan iuvisset, sed iam pars maior negotii pacta est.

35 Misi ad dominationem vestram hunc presentium exhibitorum, ut — que scriptis tradere longum esset — ore tenus, si dominatio vestra eum perquisiverit, narret cui dominatio vestra fidem creditivam adhibere dignetur.

Ceterum dominatio vestra scripserat mihi de equis curriferis, ut ego
40 ad dominationem vestram pro eisdem denuo mitterem aliquem, nisi hunc supplicans dominationi vestre, ut eadem equos curriferos mihi mittat, sine quibus esse nequaquam possem, quoniam si me proficisci aliquo opportuerit, equos pauperum colonorum macerare cogor. Scio nunc in tanta copia esse apud dominationem vestram huius modi equos,
45 ut vix dominatio vestra alere eos possit.

Preterea intellexi ex literis dominationis vestre oppidum Warda cum suis pertinentiis in manus Ioannis Korotnai dedisse scribitque dominatio vestra, ut ego habeam patientiam. Ego habui hactenus et nunc habeo
50 habeboque, donec dominationi vestre libitum fuerit, de omnibus, que dominatio vestra voluerit, patientiam. Illa bona et ista etiam sunt dominationis vestre — quicquid ex eis faciet — suntque in arbitrio eiusdem cuicumque tradit gubernanda dominatio vestra sit, quid sibi sit agendum et de illis et de istis bonis.

Preterea dominatio vestra in quibusdam suis literis mihi scripserat
55 me Ioannem Korotnai inhumanissime hic tractasse et ideo nolluerit hic in negotiis nostris perseverare habereque eorum amplius curam. Nescio profecto quare ego virum bonum sinistre tractassem, sed vereor, ne pre-textu isto inhumanitatis meae se bene plenum surripuisset eo tunc cum dominationi vestre magis quam unquam poterat servire. Nunquam
60 enim puto domus ista habuit tantum honoris quam nunc habet nec forsitan unquam habebit. Dominus episcopus Quinque Ecclesiensis accepit a Stephano Theriek strictissimam rationem officioque suo renuntiavit, officiolatus autem ipse traditus est Francisco Kechi. Non esset etiam

dominationis vestre forsā ab re ab officiali suo Korotnai rationem
65 aliquam accipere.

Inter alia vero Wolphangus Chobor, qui Felicitatem in uxorem acce-
perat, litteras obligatorias circumfert dominationis vestre super dote
uxoris eiusdem continentes alios etiam articulos quare ipsum volentem
70 procedere iure suo rogavi, ut interea habeat patientiam, donec ego
dominationem vestram de hoc faciam certiozem.

Dominatio vestra autem — si videbitur — scribat sibi aliquid, ut velit
differe ad adventum dominationis vestre et quod postea dominatio
vestra habebit cum eodem concordiam.

Andreas Peros est contra honorem dominationis vestre comitatus
75 etiam aliis etiam rebus maxime adversarius, quanvis dominationi vestre
se multum offerat, sed tamen proditor est. Bonum esset etiam, ut domi-
natio vestra ita ageret cum domino vaivoda, ut ipsum ista rationabili
de causa non teneret, quia qui non est amicus dominationis vestre nec
est amicus domini vaivode aut saltem dominatio vestra faceret scribere
80 per dominum vaivodam de hoc sibi, quia ipse in hoc erat volens domino
archiepiscopo Colocensi disponere honorem istum volens et ipse esse
famulus domini archiepiscopi, sed nondum est satisfactum nec puto fiet
satis voluntati eiusdem. Valeat dominatio vestra reverendissima ad
multos annos!

85 Datum in Bathmonostra in Dominica prima post reminiscere anno
Domini 1517.

E(iusdem) r(everendissime) d(ominationis) v(estre)

Ioannes de Varda servitor

Istis iam plenarie solutum est: relicte condam Georgii Orbonaz,
90 Thome Berei, Iane et filiis Georgii Mezesi, Nicolauo Sidei, Paulo Zalai,
Stephano Kunc, Michaeli litterato de Cacat, Ioanni Zoruat, Alberto
Zolosi, Clementi Zalmas, Matheo Gyarfaz, Antonio Sidei, Martino Dami-
ani, Petro Saphar, Michaeli Zabo, Lodovico Naguolgi, Gabrieli Regi,
Francisco Zerchiek de Zecio, Gregorio Zoruat, Ioanne Pook, Michaeli
95 Sidei, Matheo sufraganeo Colocensi, Ladislauo Rechi, Gasparo Sandor,
magistro Hemerico cannonico Colocensi.

Istis autem nondum solutum est: Ladislao Mihalfi, relicte Mathie
Borsi, preposito Colocensi, lectori Bachiensi, Stephano Zeel, Wolphango
Ciobor, Michaeli de Gyula, Matheo Farcas, capitulo de Ezek, duodecim
100 nobilibus comitatus Bachiensis, qui requirunt florenos 500, relicte
Michaelis litterati de Chiez.

In dorso: Reverendissimo domino Francisco de Warda episcopo
Transilvaniensi domino suo gratiosissimo etc.

72 post dominatio del. aliquid || 80 sibi post inser. || 94 recte: Ioanni || 99 post Farcas
del. cum

Comitatus Albensis a Matthaeo Monostor equum Thomae Hartai tempore insurrectionis alienatum esse testatur.

In charta 22×17,5 cm lacerata aquaque maculata.

Sigillorum trium fragmenta in dorso flavae cerae impressorum anularium.

Sign. Archivum Publicum Leutsoviense: Archivum familiae Andrásy Krasznahorkense, Acta extraneorum familiarum, f. 72 absque no.

Nos Petrus de Bolyar vicecomes necnon Lucas Therek de Pah et Paulus de Thas iudices nobilium comitatus Albensis sedis Solth damus pro memoria, quod nos ex verediciis fassionibus et attestacionibus quam plurimorum testium pro parte nobilis Thome de Hartha iuxta contenta
⁵ novissimi decreti coram nobis ac duodecim electis iuratis nobilibus dicti comitatus factis et celebratis comperimus manifeste, quomodo in anno, cuius iam quarta instaret revolucio, preterito tempore videlicet insurrectionis malefactorum rusticorum providus Matheus Monosthor dictus de Pathay unum equum prefati Thome Harthay captivasset ac super
¹⁰ eundem equum iuxta suum libitum et voluntatem equitasset, tandem expost quo sue placuisset voluntati, fecisset et sic eundem equum ab eodem Thoma Harthay perdidisset et alienasset propria sua temeritate in prejudicium et dampnum dicti Thome Harthay valde magnum.

Datum in Solth predicta feria secunda proxima post Dominicam ramis
¹⁵ palmarum anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.
In dorso: Pro parte Thome Harthay.

inter 1517 Aprilis 24 et Novembris 19

326

Excerpta rationis castri Hunyad vocati, quae ad eventum insurrectionis pertinere videntur.

In libello ex charta confecto scriptum esse videtur regestrum ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1056/12.

Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 7.

1517 registrum et ratio super proventus et proventuum percepciones
 Apr. 24 castry Hwnyad a festo beati Georgii martiris usque festum circumcisionis
 Ian. 1 Domini . . .

Mathie presbytero pro vestitura, ex quo quasi nudus incedebat, dati
⁵ sunt eodem tempore floreni 5 . . .

Apr. 24 A festo beati Georgii usque festum Elizabeth ad captivos videlicet
 Nov. 19 Mathiam presbyterum secundusmet et Nicolaum Bodo ad alios vero prebendarios usque festum circumcisionis Domini vel citra ad eorundem victum commestibile dati et expositi sunt floreni 20 denarii 42 . . .

¹⁰ Michaeli Wza nunc et post mortem Andree Zthanissa procuratori in comitatu Themesiensi pro sallario et expensis, quas fecit pro rectificandis et defendendis iobagionibus domini graciosissimi racione cruciatorum, ne scilicet depredarentur, dati floreni 28 . . .

325: 13 dampnum *supra* scr.

Comitatus Tolnensis oppida et possessiones damna oppido Tolnavár dicto tempore insurrectionis rusticorum illata restituendi condemnat.

In charta 22×25 cm.

Copia eiusdem temporis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82480 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyense, f. 4 no 1662).

Ed. Századok 106 (1972), p. 1034.

Nos Iohannes Ewz de Zerdahel et Andreas Thyburez de Henye vicecomites et iudices nobilium ac duodecim electi iurati totaque universitas nobilium comitatus Tholnensis damus pro memoria, quod facta coram nobis iuxta contenta decreti legitima probacione super eo, quod illa
 5 dampna, que iudices et iurati civesque oppidi Tholnensis iobagiones videlicet reverendi Laurencii prepositi ecclesie Albensis tempore insurrectionis popularium sive rusticorum sub nomine belli cruciati passi fuerunt ab incolis et inhabitatoribus oppidorum et possessionum videlicet
 10 Pongracz, Zenthgyergh, Mathyshaza, Batha, Zeremlyen, Baya complibusque eorum sustinuerunt; tandem nos dampna illa ad prescripta oppida et possessiones secundum quantitatem uniuscuiusque possessionis iuxta Dei iusticiam acceptis prius evidentibus testimoniis probabilibusque documentis limitantes ad tria milia centum et quinque florenos
 15 et viginti septem denarios estimavimus.

Ex qua quidem sumpma ad oppidum Monosthor quadringenti et triginta octo floreni ac octoaginta quatuor denarii, ad Gara trecenti quadraginta tres floreni et quadraginta quatuor denarii, ad Baya quingenti septuaginta duo floreni et quadraginta denarii, ad Aran centum
 20 et quinquaginta septem floreni et quadraginta unus denarii, ad Vayas decem et quatuor floreni et triginta unus denarii, ad Tothy octoaginta quinque floreni et octoaginta sex denarii, ad Pathola octoaginta unus floreni et novem denarii, ad Kathmar octoaginta unus floreni et novem denarii, ad Borsod trecenti et decem floreni ac quinque denarii, ad
 25 Pongracz quinquaginta septem floreni et viginti quatuor denarii, ad Zenthgyevrgh septuaginta unus floreni et quinquaginta quinque denarii, ad Mathyshaza octoaginta quinque floreni et octoaginta sex denarii, ad Batha quingenti decem et novem floreni ac nonaginta tres denarii, ad Zeremlyen ducenti octoaginta sex floreni et viginti denarii iure cesserunt; eademque oppida et eedem possessiones contra prefatos cives
 30 et inhabitatores oppidi Tholnensis convicta et agravate extiterunt. In quorum premissorum testimonium presentes literas nostras sigillis nostrorum vicecomitum et iudicum nobilium more solito consignatas eisdem civibus et inhabitatoribus prescripti oppidi Tholnensis duximus
 35 dandas communi iusticia suadente.

Datum in Cherned feria secunda proxima post festum assumptionis beatissime virginis Marie anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

Ludovicus II rex Hungariae Iohanni et Benedicto Bajoni possessiones, quarum litteras a cruciferis dissipatas esse testati sunt plures comitatus, denuo donat.

Aa in membrana 38 × 28,5 cm.

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale; DL 22965 (ante: Neoregistrata Acta f. 1717 no 3).

Ab transcriptum capituli ecclesiae Budensis die 20 Augusti anno 1518 in membrana 55 × 44 cm sigillo ex filis flavi, caerulei violaeque colorum sericeis pendenti consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale; DL 22997 (ante: Neoregistrata Acta f. 856 no 21).

Ba in membrana 40 × 27 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale; DL 22966 (ante: Neoregistrata Acta f. 856 no 20).

Ed. *Békésmegyeri oklevéltár*, no 65.

Bb transcriptum capituli ecclesiae Budensis die 4 Augusti anno 1518 in membrana 63 × 41 cm sigillo ex filis flavi, caerulei violaeque colorum sericeis pendenti consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale; DL 22996 (ante: Neoregistrata Acta f. 929 no 41).

Ann. Litterae, quae **Ab** et **Bb** nominantur atque introductionem, quam rex ipse capitulo Budensi mandaratum, nulla contradictione factam esse testantur, hoc in opere non publicantur neque comparantur cum litteris **Aa** et **Ba** vocatis, nisi cum earum 31 – 40 versibus.

A

B

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis pro parte egreriorum Iohannis et Benedicti filiorum condam
⁵ Nicolai de Bayon per eos maiestati nostre facte instanciam, tum vero consideratis fidelitate et fidelium serviciorum meritis eorundem Iohannis et Benedicti per eos sacre primum huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum summa semper fidelitatis constancia exhibita et impensis totales

¹⁰ possessiones ipsorum Naghbayon, Zerep ac Zenthmyklos in Byhoriensi et Ohath vocatas in de Zabolch necnon porciones eorum possessionarias in possessionibus Kysbayon, Derechke, Zowath, Fanchyka, Bank, Hodos et predia Gewrbe, Kowachy, Porosd et Gathaltheleke in Byhoriensi, item similiter
¹⁵ porciones eorum possessionarias in possessionibus Zaam, Egyeg et Ladan necnon predia Chech, Zabolch, Ders atque Godolyatheleke appellata in de Zabolch, item porciones possessionarias in possessionibus
²⁰ Labathlan in Strigoniensi ac Igar appellatis in Hewesiensi

porciones ipsorum possessionarias in possessionibus Henczhyda, Saalhyda, Okan, Sadaan, Chepani, Balkan ac Naghrabe in Byhoriensi et Kernye vocatis in de Bekes

- comitatibus existentibus et habitas, in quarum omnium reali dominio
tam prefatus condam Nicolaus | prefati Iohannes et Benedictus de
de Bayon quam eciam ipsi Iohan- | Bayon
30 nes et Benedictus filii eiusdem
ad hec usque tempora perstitisse ac modo quoque persistere et superinde
efficaces eciam litteras ac sufficiencia litteralia instrumenta habuisse,
sed per rusticos in preterita eorum sedicione et tumultuaria adversus
nobilitatem universam insurreccione eodem littere partim igne con-
35 flagrate, partim dilaniate, partim vero inter se se distribute
atque discipate fuisse asseruntur, prout littere quoque vicecomitum ac
iudicum nobilium et duodecim iuratorum electorum predictorum comi-
tatum attestatorie superinde confecte et nostro in conspectu specie
tenus producte testantur, simul cum omni ac totali iure nostro regio,
40 si quod in preactis
possessionibus ac porcionibus | porcionibus possessionariis
possessionariis et prediis
qualitercunque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis,
viis, modis et racionibus concernerent maiestatem ac pariter cunctis
45 cum ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabi-
libus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis,
nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis,
fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorun-
dem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum
50 ipsarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem
et eadem
de iure et ab antiquo spectantibus ac pertinere debentibus sub suisque
veris et antiquis metis existentibus memoratis Iohanni et Benedicto de
Bayon ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre
55 donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus,
donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possi-
dendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore
et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii
redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.
60 Datum Bude feria quarta proxima post festum beati Egidii abbatis
anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo regnorum nostro-
rum predictorum anno secundo.
Dextra supra: Commissio propria domini regis.
In dorso: Registrata folio
65 138 | 139
anno etc. 1517.
Laios kiral lewele awagj donacioia, | Laios kiral donacio lewele Heno[z-
kiben atta Baiomj Janosnak es | hyda] es Salyda, Okanrol, Cye-
Benedeknek az ew igassagyat | panrol, Sadanrol, Nagrabol [es]
70 Baiomj iozagnak iok rezel. | Kernyerel.

328: 27 et om. Aa || 31 prestitisse Ab | ac]et Ab || 32 ac]et AbBb || 34 insurreccionem
Ab || 35 [autem] Bb || 36 fuisse om. Bb | ac]et B || 37 et]ac B | duodecim AbBb || 39
ac]et Bb

Conventus ecclesiae de Kolozsmonostor Franciscum Thorotzkay in dominium possessionum a rege ei datarum introductum esse testatur.

Ba conceptus testimonialium litterarum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor in margine dorsoque litterarum regis die 9 Novembris anno 1516 datarum scriptus (v. no 306).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28567 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, T no 46).

Bb in charta 43,5 × 29,5 cm.

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28568 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, T no 20).

Bc in membrana scriptae et sigillo ex filis diversorum colorum sericeis pendenti consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Thorotzkay, f. 1 no 10.

Reg. *Jakó—Valentiny, Thorotzkay család*, no 53 (Hungarice).

C transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 14 Augusti anno 1523, quod in membrana scriptum ac sigillo ex filis diversorum colorum consignatum esse videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Thorotzkay, f. 1 no 11.

Reg. *Jakó—Valentiny, Thorotzkay család*, no 58 (Hungarice).

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostora omnibus Christi fidelibus presentibus pariter et futuris noticiam presencium habituris in dulci Iesu domino salutem!

Ne rerum gestarum series mundana labantur e memoria, eas humana sagacitas scripturarum adminiculo future memorie sapientissime cogitavit commendare.

Pro eo universis — ut innotescat — presencium serie volumus endare, quod nos principis serenissimi et domini Ludovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri naturalis graciousissimi litteras introductorias et statutorias nobis ut fidelibus suis mandatorie sonantes summo cum honore summaque cum obediencia recepimus in hec verba: *Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 9 Novembris anno 1516 datae (v. no 306).*

Mandatis itaque premissis eiusdem inclitissimi principis et domini fideliter nos obedientes — ut tenemur — una cum prenominato nobile Mathia de Iara dicti domini nostri regis homine regia eiusdem de curia ad id specialiter misso unum ex nobis religiosum videlicet virum fratrem Mathiam de Abroghbanya sacerdotem socium nostrum conventualem et chori nostri cantorem ad introductionem et statucionem predeclaratam faciendas pro nostro testimonio fide dignum duximus transmittendum, demum iidem reversi ad nos exinde parili relatu nobis consciencie

329: 1 Colosmonostora **BaBcC** | omnibus *supra scr. Ba* || 4 ne — eo *in marg. Ba* | moria **Ba** || 7 innotescat | elucescat *corr. Ba* | post volumus *del. ut Ba* || 9 naturalis *supra scr. Ba* || 10 et statutorias *om. Bb* | suis *supra scr. Ba* || 11 post verba *add. Lodovicus etc. ut supra p(rimo) Ba* || 13 post nobile *del. pau Ba* || 14 dicti — regis *supra scr. Ba* | eiusdem — misso *supra scr. Ba* | post eiusdem *del. curia Ba* || 16 socium | officium **Bb** || 17 cantorem **Ba** || 18 faciendas — dignum *supra scr. Ba*

20 retulerunt eo modo, quod ipsi die Dominico proximo post festum beati
 Oct. 11 Dyonisii episcopi et confessoris novissime preteritum diebus atque aliis
 sufficientibus ad id et aptis immediate sequentibus ad facies dicti castri
 Thorozko nuncupati necnon possessionum similiter Thorozko ac Zenth-
 gyewrgh, item Bedelew, Gyerthyanos, Felsewzolehwa, Alsozolehwa,
 25 Pochaga, Wyfalw, Wydal et Borrew nominatarum omnino in dicto co-
 mitatu Thordensi existencium adiacenciumque et habitarum vicinis et
 commetaneis eiusdem et earundem universis puta nobilibus Anthonio
 et Lazaro de Chegez, Anthonio Wagynos de Warffalwa, Thoma Egresy
 de Pethlend iudice nobilium predicti comitatus Thordensis, Gregorio
 30 de Petherd, Bartholomeo de Lwpsa, Blasio Thar de dicta Chegez, item
 agile Petro Pap Wolacho de Hidas ac provido Dominico Kenez iobagione
 reverendissimi domini episcopi Transsilvanensis nonnullis eciam aliis
 legitime inibi convocatis et presentibus insimul accessissent ibique pre-
 libatus homo antedicti domini nostri regis regia eiusdem de curia missus
 35 presente nostro testimonio antefato introduxisset prelibatos Franciscum
 de Thorozko ac alterum Franciscum necnon Anthonium, Petrum et Ma-
 thiam filios eiusdem in dominium castri Thorozko predicti ac possessio-
 num similiter Thorozko, Zenthgyewrgh, Bedelew, Gyerthyanos, Felsew-
 zolehwa, Alsozolehwa, Pochaga, Wyfalw, Wydal et Borrew appellatarum
 40 ac dicti iuris regii in eisdem habiti statuissetque idem et eandem eisdem
 simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet ad idem
 et eandem ab antiquo de iure spectantibus et pertinere debentibus pre-
 misse nove regie donacionis et iuris regii titulo ipsis incumbentes perpetuo
 possidendas et prout regni requirit consuetudo, legitimis diebus in fa-
 45 ciebus eiusdem et earundem pausantes et moram facientes nomine con-
 tradictore inibi neque et coram nobis ipsis quindecim diebus, quibus
 littere statutorie ex antiqua regni consuetudine per nos consueverunt
 reservari, apparente. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam
 presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri
 50 roboramine munitas duximus concedendas.

Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis prenotatarum
 anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.

22 immediate Bb | sequentibus]sequentis corr. Bb || 23 nuncupati C | similiter Tho-
 rozko bis Ba || 24 ittem Bb | post Felsewzolehwa del. aliquid Bb || 25 dicto supra scr.
 Ba || 26 Tordensi Bb | -que om. C || 27 commetaneis eiusdem supra scr. Ba | eiudem
 Bb | et om. Ba | puta - aliis in marg. Ba || 28 Warfalwa C | [Warffalwa, T]homa
 [Egresy - Pethlend] Ba || 29 [predicti comitatus] Ba || 30 Lupsa Bb | Tha[r - Hidas]
 Ba | ittem Bb || 31 Volacho C | Hydas Bc C | post Kenez del. d Ba || 32 post Transsilvanen-
 sis add. in possessi[one] [lac. indef.] Ba | [nonnullis - aliis] Ba || 36 necnon supra scr. Ba ||
 39 Pachaga Bb | Wyffalw Bb | Widal Bb | post appellatarum del. sta Ba || 40 eisdem om.
 BbBcC || 41 [et perti]nenciis Ba || 44 [poss]idendas Ba || 46 [et - no]bis Ba | post quibus
 del. universe Ba || 47 littere supra scr. Ba | post consuetudine del. solent Ba | consue-
 verunt supra scr. Ba || 48 -[que perpet]uam Ba || 49 aut[entic]i Ba | post nostri del.
 munimine Ba || 51 intro[duccionis] preno[tata]rum Ba || 52 [decimo] Ba

Capitulum ecclesiae Promontorii Varadinensis Iohannem et Benedictum Bajoni in dominium possessionum a rege eis datarum introductos esse testatur.

Aa in charta 29,5×41 cm lacerata.

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47218 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ab transcriptum capituli ecclesiae Promontorii Varadinensis die 23 Novembris anno 1518 in charta 28×63 cm manca in copia eiusdem temporis simplici scriptum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 29387.

Nos capitulum ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promontorio Waradiensi memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos litteras serenissimi principis et domini domini Ludovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciousissimi introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas summa cum reverencia recepimus in hec verba: *5* *Sequntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 5 Novembris anno 1516 datae (v. no 305).*

Unde nos mandatis prefati domini nostri regis obedire volentes — ut tenemur — una cum prefato Blasio Zeky de Kysbayon homine suo regio in dictis litteris inter alios nominatim conscripto unum ex nobis videlicet *10* honorabilem magistrum Simonem de Naghnywl fratrem et concanonicum nostrum ad premissa nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi nobis concorditer retulerunt *Oct. 20* eo modo, quomodo ipsi feria quinta proxima post festum beatorum Simonis et Iude apostolorum proxime preteritum ac aliis diebus sequentibus *15* ad id aptis et sufficientibus ad facies prefatorum bonorum et iurium possessionariorum dicti eundam Ladislai Paly totalium videlicet predicta ac Hozzywpaly, Monosthorospaly, Feyertho, Bagos, Werthes, Chalanos et *20* predio Zenthjanostheleke appellatis omnino in comitatu Byhoriensi existentibus habitaram vicinis et commetaneis earundem puta nobilibus Laurencio Dersy de Petthry, Michaelae de Sarand, Iohanne Zeky de Bodohaza et Andrea Bodo de eadem Bodohaza inibi legitime convocatis et presentibus accessissent ibique idem homo prefati domini nostri regis *25* antelato testimonio nostro presente memoratos Iohannem et Benedictum de Bayon in dominium earundem introduxisset statuissetque easdem eisdem simul cum cunctis earundem utilitatibus et pertinentiis quibuslibet *30* premisse donacionis et dicti iuris regii titulo ipsis incumbentes perpetuo possidendas, in dictis denique earundem faciebus ac tandem nostri in presencia legitimis diebus et horis congruis iuxta annotati regni Hungarie consuetudinem commorans nullo penitus contradictore appa-

330: 1 [Nos ca.]pitolum **Ab** | [protomartiris de Pro]montorio **Ab** || **2** [presencium significante]s **Ab** || **3** ex[pedit — littera]s **Ab** || **4** Lod[ovici — graciousi]ssimi **Ab** || **6** lo[quentes — cum] **Ab** | [in hec verba] **Ab** || **10** canonicum **Ab** || **11** ad]a **Ab** || **13** festorum **Ab** | Symonis **Ab** || appostolorum **Ab** || **15** aptis *om.* **Ab** | suficientibus **Ab** || **18** Huzopaly **Ab** | Vertes **Ab** || **19** Zenthjanostheleke **Ab** | Bihoriensi **Ab** || **20** eorundem **Ab** || **21** Petri **Ab** | de Zeky **Ab** || **24** memorato **Ab**

rente harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Presentes autem dum nobis reportate fuerint, privilegialiter reformamus.

Datum decimo sexto die diei huius modi introduccionis et statucionis premissarum anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo.
³⁵ *In dorso:* Baiony Janos es Baiony Benedek az Pali Lazlo jozaghat Laos kiraltul meghkertek es iktattak magokat bele.

1517 Novembris 16 — Buda

331

Ludovicus II rex Hungariae litteras tempore insurrectionis amissas transcribit.

In charta 43 × 52 cm lacerata et aqua maculata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum (v. in tabula sigillorum no 2).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 74367 (ante: Archivum familiae Teleki Marosvásárhelyiense).

Ed. *Codex Teleki* II, no 217.

Ludovicus II rex Hungariae Gregorio Erdely de Somkerek *quasdam* in domo regia thavernicali *repositas litteras* super castello eiusdem Gernezeg vocato ac *aliis* possessionibus editas, *quas idem Gregorius* per populares et rusticos, qui anno superiori insurrexerant, a se ablatas et
⁵ alienatas fuisse asserit, *transcribit.*

Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Martini episcopi et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo regnorum *ipsius regis* Hungarie et Bohemie etc. anno secundo.

1517 Novembris 18 — Buda

332

Ludovicus II rex Hungariae litteras tempore insurrectionis amissas transcribit.

In charta 29 × 29,5 cm lacerata (v. in tabula exemplarium no 20).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 74368 (ante: Archivum familiae Teleki Marosvásárhelyiense).

Ed. *Codex Teleki* II, no 218.

Ludovicus II rex Hungariae Gregorio Erdely de Somkerek *quasdam* in domo regia thavernicali *repositas litteras* super bonis eiusdem editas, *quas idem Gregorius* hoc superiori rusticane insurrectionis tempore per eosdem rusticos una cum certis rebus et bonis suis a se ablatas deperditasque asserit, *transcribit.*
⁵

Datum Bude feria quarta proxima ante festum beate Elizabeth vidue anno Domini millesimo quingentesimo decimo septimo regnorum *ipsius regis* Hungarie et Bohemie etc. anno secundo.

31 et om. Ab | litterarum Ab || **32** autem]ante Ab | reformabimus Ab et **35** post jozaghat del. aliquid Aa et om. Ab

Erogatio castris Hunyad vocati pro satisfactione damnorum.

In libello ex charta confecto scriptum esse videtur regestrum ex copia photographica.
 Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1056/14.
 Ed. *Domeniul Hunedoara*, no 8. — *Pesty, Krassó III*, no 379 (partim). — *Documente II/3*, no 213 (partim).

1518 Exitus castris Hwnyad

Circa festum epiphaniarum Domini misso Iohanne Cheh et Michaele Wza ad Themesium ex parte dampnorum illatorum per cruciatos, ut satisfactio fiat; <pro> expensis eisdem dati floreni 2 . . .

1518 Maii 7 — Buda

334

Emericus Perényi palatinus Hungariae Paulum et Stephanum Legéndi pro summa pecuniae tempore insurrectionis mutuo sumpta Stephano Werbóczy possessionem Detrefalva vocatam dedisse testatur.

In charta 29×21 cm (v. in tabula exemplarium no 31).
 Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 7).
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 67996 (ante: Archivum familiae Liphthay, A f. 1 no 26).

Nos Emericus de Peren comes perpetuus comitatus Abawywariensis regni Hungariae palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus per presentes, quod nobiles Paulus et Stephanus filii condam Bartholomei de Legend coram nobis personaliter constituti sponte ac libere confessi sunt in hunc modum, quomodo ipsi debitum habentes respectum ad preclara egregii magistri Stephani de Werbewecz personalis presencie regie maiestatis locum tenentis beneficiorum et multiplicium complacenciarum merita, quibus ipse eisdem nonnullis in rebus ipsorum expediendis prompta semper sollicitudine non solum adesse verum etiam prodesse studuisset, cum igitur ex eo, tum vero pro illis centum et viginti quinque florenis auri, quos ipsi ad nonnullorum negociorum eorundem expeditionem, presertim vero pro capitis ipsorum defensione in tumultuaria rusticorum adversus nobilitatem superiore anno insurreccione ab eodem magistro Stephano mutuo et sub spe restitutionis levassent et accepissent sed usque impresenciarum sibi persolvere nequivissent, totales porciones eorum possessionarias in possessione Detrehfalwa nominata in comitatu Hewesiensi existenti habitas simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, pisci[ni]s, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum earundem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus pertinereque debentibus [preme]mor[a]to magistro Stephano

25 de Werbewecz suisque heredibus et posteritatibus universis dedissent, inscripserunt et contulerunt coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas assumptentes nichilominus prenominati Paulus et Stephanus de Legend antefatum magistrum Stephanum de Werbewecz
30 eiusdemque heredes et posteritates universos in pacifico dominio pre-scriptarum porcionum possessionariarum in pretacta possessione habitatarum contra quoslibet legitimos impeditores causidicosque et actores successivis semper temporibus tueri, protegere et conservare propriis eorum laboribus et expensis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum Bude in profesto beati Sthanislai episcopi et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

Dextra subter: Ellyevelgy.

1518 Iunii 11 — Buda

335

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Jászóviensis mandat, ut quasdam litteras tempore insurrectionis amissas Gaspari Thurzó transcribat.

Transcriptum conventus ecclesiae Jászóviensis die 17 Iulii anno 1518 editum (v. no 337). Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 19886 (ante: Neoregistrata Acta f. 419 no 34).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Jazow salutem et gratiam!

Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii Gasparis Thwrzo de Bethlenffalwa, quomodo quedam littere vestre introductorie et statutorie, impignoraticie et obligatorie ac fassionales necnon super
5 solucione et satisfaccione dotis et rei paraffernalis nobilis condam domine Dorothee consortis egregii condam Petri Thwrzo de eadem Bethlemffalwa fratris carnalis eiusdem exponentis exinde expeditorie factum tot(a)lium possessionum Seleb et Vadas item totalium consimiliter
10 possessionum Tengerffalwa, Zeztha in Abawywariensi et Janosfalwa in de Saaros comitatibus existencium habitatum tangentes et concernentes superiori anno tempore scilicet rusticane contra universam nobilitatem insureccionis per eosdem rusticos dilaniate partim dilacerate et partim dissipate extitissent, quarum paria in vestra sacristia seu conservatorio
15 ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quarum paribus idem exponens pro tuicione iurium suorum impresenciarum summe indigeret essetque necessarius, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus acceptis presentibus prescripta paria antedictarum litterarum vestrarum introductoriarum et statutoriarum,
20 impignoraticiarum et obligatoriarum ac fassionalium necnon expeditoriarum factum preallegatarum possessionum Seleb, Vadaz, item totalium consimiliter possessionum Thengerffalwa et Zeztha in Abawywariensi Janosfalwa in de Saaros comitatibus predictis existencium habitatum tangencium et concernencium in iam fata sacristia seu conservatorio
25 ecclesie vestre predictae diligenter requirere et reinveniri facere requisita-

335: 8 post Bethlemffalwa del. nobilis condam domine || 23 post in del. de

rumque et reinventarum tenores in transumpto litterarum vestrarum sub sigillo vestro iuris ipsius exponentis ad cautelam dare et emanari facere modis omnibus debeatis et teneamini caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliquis secus non facturi!

³⁰ Datum Bude feria sexta proxima post octavam corporis Christi anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

1518 Iunii 24

336

Conventus ecclesiae de Alba Regia Georgium marchionem Brandenburgensem Gallo Ispán pro meritis eiusdem tempore insurrectionis factis de iure possessionis Meggyes vocatae suo decedisse testatur.

In membrana 34 × 27 cm aqua maculata.

Sigillum de filis flavi caeruleique colorum sericeis abscissum est.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71216 (ante: Archivum familiae Gaál).

Conventus cruciferorum ordinis sancti Iohannis Hierosolimitani domus hospitalis ecclesie beati regis Stephani de Alba omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris salutem in omnium salutis largitore!

⁵ Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod illustris dominus Georgius marchio Brandemburgensis etc. onera quorumlibet in se ipsum levans coram nobis personaliter constitutus sponte et libera sua voluntate confessus extitit in hunc modum, quomodo ipse illi fasioni et inscripcioni, quas egregius Petrus Gerdosyth de Rypach de et
¹⁰ super possessione Meggyes vocata in comitatu de Zarand existenti habita alias per illustrem condam dominum Iohannem Corvinum ducem intuitu serviorum eiusdem Petri Gerdosyth eidem Petro inscripta et a castro suo Gywla vocato sequestrata nobili Gallo Ispan de Gywla castellano dicti castri Gywla familiari scilicet suo vigore certarum litterarum conventus Simigiensis superinde confectarum fecisse dinoscitur, pensatis
¹⁵ et in animum revocatis illis multiplicibus fidelitatibus et fidelium obsequiorum gratuitis meritis, quibus idem Gallus Ispan castellanus suus sibi in diversis temporum varietatibus et presertim tempore, quo rustici et populares sub nomine cruciate contra nobilitatem insurexissent, cum
²⁰ effusione sanguinis sui et maximis dampnis inde perpressis non parcens persone neque rebus suis cum summa constancia affuisset seque indefessum exhibuisset, suum consensum prebuisset benivolum pariter et assensum totumque et omne ius suum, si quod in eadem possessione Meggyes alias — ut premittitur — ad dictum castrum Gywla pertinenti
²⁵ habuisset vel in futurum habere speraret quoquo modo, in prefatum Gallum Ispan et suos heredes et posteros universos transtulisset, immo prebuit et transtullit coram nobis pleno iure. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri maioris munimine roboratas duximus concedendas.
³⁰

Datum in festo nativitatis beati Iohannis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo venerabili et religiosis viris Nicolao

Hwzthino preceptore, Paulo de Kenderes lectore, Gregorio de Mezzew-
kewesd cantore, Gallo de Bykaad custode ceterisque fratribus ecclesie
35 nostre predictae existentibus regi iugiter famulantibus sempiterno.

1518 Iulii 17

337

Conventus ecclesiae Jászóviensis quasdam litteras transcribit.

In charta 32 × 151 cm.

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 19886 (ante: Neoregistrata Acta f. 419 no 34).

Nos Gregorius de Karachond prepositus et conventus monasterii beati
Iohannis Baptiste de Jazow memorie commendamus tenore presencium
significantes, quibus expedit, universis, quod nos litteras serenissimi
principis domini Ludovici Dei gracia regis Hungariae, Bohemie etc. domini
5 nostri graciousissimi preceptorias et requisitorias nobis directas summo
cum honore recepimus in hec verba:

*Sequuntur Ludovici II regis Hungariae litterae die 11 Iunii anno 1518
datae (v. no 335).*

Quarum, quidem litterarum primarum scilicet statutoriarum et intro-
ductoriarum tenor talis est:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 15 Februarii anno
1493 datae, quae in se litteras Vladislai II regis Hungariae die 7 Septembris
anno 1492 editas continent.*

Alterius vero similiter introductorie et statutorie tenor talis est:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 24 Maii anno 1503
datae, quae in se litteras Vladislai II regis Hungariae die 2 Aprilis anno
1503 editas continent.*

10 Alterius vero scilicet introductionis et statucionis tenor modo simili
continens verbalis is est:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 4 Octobris anno 1511
datae, quae in se litteras Vladislai II regis die 9 Maii anno 1511 editas con-
tinent.*

Aliarum vero litterarum fassionium partim magnifici domini Ste-
phani de Peren partim vero generose domine relicte egregii condam Petri
Thwrzo, una earundem sequitur in hec verba:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 10 Maii anno 1512
datae.*

15 Alterius similiter in hec verba:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 16 Septembris anno
1512 datae.*

Deinde sequitur quedam fassio generose domine Dorothee relicte
condam Petri Thwrzo in hec verba:

*Sequuntur conventus ecclesiae Jászóviensis litterae die 9 Octobris anno 1514
datae.*

Tandemque prescriptarum requisitarumque et reinventarum de verbo
ad verbum inscriptarum tenores et ordines sine diminutione et augmento

20 aliquali in transumpto litterarum nostrarum transcribi facientes memo-
rato exponenti duximus concedendas communi iusticia suadente.

Datum sabbatho proximo post festum beate Margarethe virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

In dorso: Iste omnes littere pertinent ad Wadaz, Seleb et alia bona in
25 Abawyvariensi et de Saros comitatibus habita.

1518 Augusti 14 — Buda

338

Georgius marchio Brandenburgensis castellanis castrum Hunyad nominati mandat, ut iobagiones oppidi Monostor dicti de damnis tempore insurrectionis factis satisfacere iubeant.

In charta scriptae, sigillo anulari scida tecto, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1056/13.

Ed. *Pesty*, *Krassó* IV, no 380. — *Domeniul Hunedoara*, no 46.

Georgius Dei gratia marchio Brandemburgensis etc. Egregii fideles nobis sincere dilecti!

Intelligimus, qualiter coloni et iobagiones oppidi et pertinentie nostre Monosthor illam pecuniarum summam eisdem propter dampna tempore
5 insurrectionis popularium et rusticorum nobilibus passim impositam nondum exolvissent, quin et neque curarent, unde reliqui iobagiones nostri pro eis arestarentur et plurimum dampnificarentur. Meminimus itaque nos vobis antea hac proscrispisse et commisisse, ut scilicet eosdem colonos nostros ad satisfactionem cogere deberetis.

10 Quemadmodum igitur antea, ita et nunc harum serie vobis strictissime committimus et mandamus, quatinus dictos colonos nostros de Monosthor ad satisfactionem prescriptis nobilibus faciendam per omnia opportuna remedia cogere et compellere debeatis.

15 Relatum est etiam nobis kenezios nostros ad illud castrum nostrum pertinentes certas terras et feneta iobagionum nostrorum propriorum passim et quottidie occupare et sibi appropriare. Quod similiter cedit in dampnum ipsorum iobagionum nostrorum. Idque nequaquam pati volentes volumus, ut huius modi occupacioni terrarum diligenter invigiletis eisdemque keneziiis committatis, ut sub amissione omnium bonorum
20 suorum a tali indebita occupacione desistant aliud nullo modo facturum!

Datum Bude in vigilia assumptionis beatissime Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

In dorso: Egregiis Iohanni Bekes ac Andree litterato de Zenthimreh castellanis et provisoribus curie castrum nostri Hunyad fidelibus nobis
25 sincere dilectis.

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles de Bogdán in dominium possessionis, cuius litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducantur.

In charta 29 × 33,5 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi scidaque tecti, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 421.

*Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles Ioannes et Stephanus filii condam Laurencii de Bogdan ne non domine Ursula relicta ac Elizabeth et Anna filiae eiusdem condam Laurencii de predicta Bogdan in dominium totalium porcionum possessionariarum eorundem in predicta possessione Bogdan in comitatu de Zabolch existencium et habitarum, in quarum pacifico et quieto dominio ⁵ *idem nobiles* progenitores ipsorum ab antiquo perstitisse seque ipsos eciam modo persistere litterasque et litteralia instrumenta sufficiencia superinde habuisse, sed tempore preterite rusticane sedicionis, qui sub ¹⁰ nomine cruciate contra nos et hoc regnum nostrum ad delendam universam nobilitatem insurrexerant, per eosdem rusticos ablatas et dilaceratas ac deperditas esse asserunt . . . nove . . . donacionis titulo *introducuntur.**

Datum Bachie in festo beati Galli confessoris anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo regnorum *ipsius regis* Hungariae et Bohemiae ¹⁵ etc. anno tercio.

Ludovicus II rex Hungariae comitatui Szolnok Mediocri mandat, ut damna tempore insurrectionis et alias perpetrata iuramento testante inquirenda curet.

In charta 29 × 32 cm manca secundumque sinus lacerata et aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 9).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum ac scida tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82505 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 216 no 20).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1035.

Lodovicus Dei gracia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris comiti vel vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus Zolnok Mediocris salutem et gratiam!

Exponitur nobis in personis fidelium nostrorum egregiorum Stephani ⁵ de Deeshaza administratoris proventuum archiepiscopatus Strigoniensis ac Petri de eadem Deeshaza necnon Bernaldi de Zylagzogh, quomodo a certis annis et temporibus elapsis reverendus in Christo pater dominus Franciscus de Warda episcopus ecclesiae Albensis Transsilvanensis ac nonnulli predecessores sui episcopi in possessione Chewgh vocata in ¹⁰ eodem comitatu Zolnok Mediocri existenti tam in locis sessionalibus quam eciam terris arabilibus et fenetis ultra illas porciones possessionarias in eadem habitas, que s[peci]aliter per predecessores episcopos consequen-

terque ecclesiam Transsilvanensem aliquammodo occupata extitissent, a
manibus ipsorum predecessorumque eor[undem] exponencium plurimas
15 occupaciones hinc inde fecissent et modo quoque idem dominus episcopus
et officiales sui dietim facere non cess[aren]t illas porciones suas [possessionarias] continue potencialiter extendentes et dilatantes.

Insuper annis superioribus tempore videlicet insurrectionis et tumultu[aci]onis rusticorum populi et iobagiones prefati domini Francisci
20 episcopi et dicte ecclesie sue Transsilvanensis in oppido Thasnad ac possessione Chewgh predicta appellatis in eodem comitatu Zolnok Mediocri
existentes et commorantes, armatis manibus domum et curiam nobilitarem nobilis condam Alberti de prenotata Chewgh fratris condivisionalibus
prenotatorum exponencium in eadem possessione Chewgh habitas invadentes ibique ipsum Albertum Chewghy captivassent captumque per
25 crines ad cardines hostii domus sue traxissent et diversis tormentis cruciassent et traxissent et tandem post multa tormenta ibidemque decollassent ac omnibus rebus suis privassent et in predam convertentes omnes
eciam litteras et litteralia instrumenta eiusdem condam Alberti Chewghy
30 consequenterque eorundem exponencium factum pretacte possessionis Chewgh tangencia et concernencia apud eundem existentem et habitam de
eadem domo sua exportantes quo voluissent fecissent.

Preterea diebus superioribus duos iobagiones prefati Bernaldi Zylagzeghy exponentis in porcione eiusdem possessione Chewgh habita residentes ad dictam porcionem possessionariam annotati domini Francisci
35 episcopi ibidem habitam idem dominus episcopus abduci et asportari fecisset moraturos potentia mediante in preiudicium et dampnum annotatorum exponencium valde magnum. Que omnia vicinis et commetaneis
atque comprovincialibus nobilibus eiusdem possessionis constarent evidenter, quorum fassionibus et attestacionibus iam fati exponentes pro iurium
40 suorum defensione plurimum indigerent. Ideo fidelitati vestre harum serie firmiter precipiendo mandamus, quatinus receptis presentibus in
uno certo et brevi termino per vos prefigendo per unum aut duos ex vobis universos et singulos nobiles illius comitatus vicinos scilicet et
45 commetaneos comprovincialesque prenominate possessionis Chewgh, quos scilicet predicti exponentes vobis duxerint nominandos, sub onere sedecim marcarum gravis ponderis per vos ab illis, qui se a facie ipsius attestacionis subtraxerint, irremissibiliter exigendarum ad faciem iam
fate possessionis Chewgh convocari facere ibique coram vobis et testimonio capituli ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promonthorio Wara[d]iensi, quod per ipsum capitulum illac ad id serie presencium
50 transmitti iubemus, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nob[is] et sacre corone nostre observandam, qualis eisdem super premissis constat seu constare poterit, certitudo veritatis, meram, plenam atque omnimodam experiamini certitudinis veritatem. Tandemque
55 seriem ipsius attestacionis per vos et dictum capitulum [a]d fassionem testimonii eorum cum nominibus attestancium in litteris vestris et eiusdem capituli rescribi volumus et {et} mandamus sec[us] non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

60 Datum Bude feria tertia proxima post festum beate Lucie virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo octavo.

Dextra supra: De commissione domini regis.

V. apud litteras supparis textus no 305.

Ludovicus II rex Hungariae comitatus Szabolcsiensi mandat, ut Andream Báthory aliosque nobiles summam pecuniae pro damnis tempore insurrectionis factis iniuste acceptam Francisco et Iohanni Szokoli restituere iubeant.

Transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 20 Aprilis anno 1519 editum (v. no 350).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82525 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyi-ense, f. 218 no 194).

Ludovicus Dei gracia rex Hungariae et Bohemiae etc. fidelibus nostris comiti ac vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch salutem et gratiam!

Expositum est maiestati nostre pro parte et in persona fidelium nostrorum venerabilis et egregii Francisci de Zokol prepositi Orodienensis ac Iohannis similiter de Zokol, qualiter superioribus annis statim post seditionem et repressionem tumultus rusticorum per totum hoc regnum nostrum moti prius id universo arbitrio et voluntate nobilium comitatus istius deliberaveritis et ordinaveritis, quod universi coloni et iobagiones in cuiuscunque bonis istius comitatus commorantes generaliter dicarentur pecunieque huius modi dicacionis ad manus unius iurati nobilis darentur et ex eis illis nobilibus, qui dampnum perpepsi ab ipsis rusticis fuissent, ad plenum satisfaceret. Tandemque mutata sententia vestra et priori ordinacione, que utcunque gravis vobis videbatur, rursus id statueritis, ut quilibet nobilium ommissa premissa dicacione dampna sua, que passus esset, ex loco sive colonis illis, a quibus dampnis affecti essent, repeterent et dampnum illatum resartiri inde sibi curarent, interim tamen quousque hec secunda ordinacio inter vos facta fuisset, bona ipsorum exponencium iuxta priorem ordinacionem et statucionem vestram dicata et pecunie talis dicacionis plene exacte essent, que se se ad summam centum et quinquaginta florenorum extendentes manibus magnifici Andree de Bathor ac egregiorum Petri Zokoly, Ladislai similiter Zokoly, Emerici Nagh, Petri Chomaffay, domine Dorothee relicte condam Pauli Herpay, Stephani Bogdany, Petri Konya, alterius Petri Malchy, Andree Bakay, Nicolai Pethry, Anthonii Leway, Gasparis Erdewg, Francisci Chobay assignate fuissent, quibus licet vos commiseritis seriose, ut eiusce modi pecunias ipsis exponentibus plene persolverent et restituerent littereque eciam vestre superinde emanate extiterint, illi tamen id haecenus facere minus curarunt. Quo factum est, ut vos quoque racione eorundem ipsis exponentibus satisfacere neglexeritis in dampnum ipsorum manifestum.

Unde supplicacione eorum intellecta volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus acceptis presentibus non expectato ulteriori mandato nostro prescriptum Andream de Bathor

342: 17 recte: resarciri

³⁵ et alios prenominatos nobiles ad satisfaccionem predictae summe pecuniarum eisdem exponentibus secundum deliberacionem et litteras vestras fiendam, si aliter fieri non potest etiam per depredaciones bonorum suorum cogere et astringere debeatis, nam alias volumus, ut tricesimo secundo die a die exhibicionis presencium vobis fiende computando coram
⁴⁰ nostra maiestate, ubicunque Deo duce tunc constituemur, comparere modis omnibus debeatis et teneamini racionem non observacionis mandatorum nostrorum daturi, secus igitur non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude in festo beati Mathie apostoli anno Domini millesimo
⁴⁵ quingentesimo decimo nono.

1519 Februarii 24 — Buda

343

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut mandatum eius comitatui Szabolcsiensi exhibeat et responsum eiusdem comitatus referat.

Transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 20 Aprilis anno 1519 editum (v. no 350).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82525 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 218 no 194).

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et gratiam!

Volumus et fidelitati vestre harum serie firmiter committimus et mandamus, quatenus alias litteras nostras preceptorias fidelibus nostris
⁵ comiti ac vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch pro parte fidelium nostrorum venerabilis ac egregii Francisci de Zokol prepositi ecclesie Orodienensis ac Iohannis similiter de Zokol sonantes et cum presentibus vobis exhibendas per vestrum testimonium fide dignum eisdem comiti ac vicecomitibus et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch
¹⁰ exhiberi et presentari faciatis et quicquid idem ad contenta earundem litterarum nostrarum fecerint, dixerint aut responderint, id maiestati nostre fideliter rescribatis aliud nullo modo facturi!

Datum Bude in festo beati Mathie apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

ante 1519 Martii 11 — Varadinum

344

Nicolaus vicarius ecclesiae Varadinensis ob recusatam dotis solutionem ex bonis Petri Solymosi protestatum esse testatur.

Transcriptum Sebastiani Henkel vicarii surrogati ecclesiae Varadinensis die 20 Aprilis anno 1520 editum (v. no 373).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47351 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ann. Hic libellus ante diem sedis iudiciariae (v. no 373) conscriptus est.

Coram nobis reverendo in Christo patre domino Nicolao Dei et apostolice sedis gracia ep[iscopo] Swacinensi in pontificalibus et spiritualibus vicario ecclesie Waradiensis et causarum auditore generali etc. procura-

tor et nomine procuratorio nobilium [d]omine Potenciane filie condam
5 nobilis Petri Kolthy alias relicte condam nobilis Petri Solmossy de eadem
Solmos nunc consortis nobilis [A]ndree Chegedy de Komady ac domine
Cristine relicte condam prefati Petri Kolthy contra et adversus nobilem
dominam An[nam] relictam condam nobilis Ladislai Solmossy et An-
10 dream eius filium de eadem Solmos in dyocesi Waradiensi residentes
aut aliam quam[cum]que personam pro eis et eorum nominibus in iudicio
legittime interveniens dicit, agit et gravi cum querela proponit, qualiter
de anno Domini, cuius quarta citra vel ultra instat revolutio annualis,
preterito condam nobilis Petrus Solmossy maritus prefate Potenciane
15 actricis per seivissimos Turcas interfectus extitit, post cuius quidem de-
cessum seu mortem prefata domina Anna in causam attracta et dictus
nobilis Andreas Solmossy, ad quos universa bona prenotati condam Petri
Solmossy condescenderunt et redacta sunt, iuxta decretum et consuetu-
dinem huius regni Hungarie tenentur et debent prescripte domine Po-
20 tenciane actrici pro dote florenorum ducentorum ex bonis sepe dicti
condam Petri Solmossy mariti prioris, nescitur tamen unde ducti spiritu
ad sepissimas petitiones dicte actricis huius modi dotem solvere recusa-
runt recusantque in presenciarum in animarum suarum periculum et
dampnationem. Preterea quia prefata domina Cristina relicta condam
nobilis Petri Kolthy ad sepissimas domine Anne ac Andree Solmossy
25 petitiones dedisset et assignasset in paratis pecuniis florenos 25,5, quos
ad fidem suam solvere et restituere dicte domine Cristine promisissent seu
promisserunt, alios vero 16 florenos pro pignore eisdem dedisset et quia nec
in terminis per eos deputatis ad petitionem prelibate domine Cristine
solvere curarunt prout non curant in presenciarum in dispendium salutis
30 animarum suarum atque domine Cristine dampnum et preiudicium non
medicum ac iniuriam manifestam, quas in animum revocans noluisse
pati pro quinquaginta florenis, quare reverende domine iudex procurator
quorum supra nominibus petit super hys iusticiam administrare offerens
premissa probaturus salvo iure etc. et protestatur etc.

ante 1519 Martii 28

345

Franciscus Boldogasszonyfalvi praepositus Hantensis Demetrium Nyási vicarium Strigoniensem petit, ut Iohannem Szabó civem Poseniensem pro damnis tempore insurrectionis factis ei satisfacere damnet.

Transcriptum Demetrii Nyási vicarii ecclesiae Strigoniensis die 13 Aprilis anno 1519 editum (v. no 347), quod Laurentius Újlaki iudex curiae regiae die 3 Maii anno 1520 litteris transmissionalibus inseruit (v. no 374).

Sign. Archivum Civitatis Posonii: no 4670 (ante: no 2579).

Ann. Franciscum Boldogasszonyfalvi praepositum Hantensem hunc supplicem libellum ante diem, qua Demetrio Nyási vicario ecclesiae Strigoniensis obtulit eundem libellum (v. no 347), 28 scilicet Martii anno 1519 scripsisse videtur nobis.

Reverende domine episcopo et vicarie!

Ego Franciscus prepositus de Hantha canonicus Strigoniensis habeo talem causam contra providum Iohannem Zabo de Posenio, pro qua

344: 27 post 16 del. prescriptos

eundem coram reverenda dominacione vestra citavi seu citare feci, quod
5 in anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto circa festum
ca 1514 beate Margarethe virginis et martyris tunc preteritum, cum rusticana
Iul. 13 rabies nomine cruciate quasi totum hoc regnum Hungarie perturbasset
et vix eciam maiores nostri in eorum domibus tuti fuissent permanere
et ego quoque predictus actor vix periculum mortis fugiens de prepositura
10 mea predicta in una dumtaxat tunicella dimissis omnibus rebus meis
evasissem, prefatus Iohannes Zabo nescitur quali machinatione veniens
ad prefatam possessionem prepositure mee Hantha consequenterque
ad locum, ubi oves mee seu ecclesie mee prefate servabantur, qui in
numero, prout recordari possum, erant trecenti citraque vel ultra preter
15 et absque eo, quod illas a me petivisset vel alias forizasset, omnes abegit
et deportavit et fecit, quo sue placuit voluntati. Que quidem oves po-
tuissent vallore communi estimacione florenos centum vel ultra absque
fetibus, quos usque modo procreare potuissent, quos estimo ascendere
ad valorem quadringentorum florenorum salvo pluri. Pluries autem petivi
20 ipsum Iohannem in causam attractum, ut mihi de premissis satisfaceret
et per amicos petere feci, sed usque modo de rebus et dampnis meis mihi
et ecclesie mee satisfacere recusavit.

Peto igitur vos reverendum dominum iudicem iusticie censorem co-
gnito sufficienter de premissis condempnet vestra dominacio reverenda
25 prefatum reum ad solucionem mihi et ecclesie mee valorem ovium mea-
rum pretactarum ac fetuum et ad restitutionem expensarum mearum
in hac causa factarum et fiendarum et alias satisfaciat mihi de premissis
et imparciatur iuris equitatem officium reverende vestre dominacionis
humiliter implorans, offerens premissa probaturus citra onus superflue
30 probacionis salvo iure addendi, mutandi, minuendi.

1519 Aprilis 11 — Buda

346

*Ludovicus II rex Hungariae Demetrio Nyási vicario Strigoniensi, ut cau-
sam, quae inter Franciscum praepositum Hantensem et Iohannem Szabó civem
Posoniensem est mota, in sedem iudicariam civitatis Posonii transmittat.*

Transcriptum Laurentii Újlaki iudicis curiae regis die 3 Maii anno 1520 editum (v. no 374).
Sign. Archivum Civitatis Posonii: no 4670 (ante: no 2579).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro ve-
nerabili vicario ecclesie Strigoniensis salutem et gratiam!

Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri circumspecti
Iohannis Zabo civis civitatis nostre Posoniensis, quod licet universe
5 cives et inhabitatores dicte civitatis nostre Posoniensis ex indulto divo-
rum condam regum Hungarie nostrorum scilicet predecessorum tali
libertatis utantur et gaudeant prerogativa, ut nullus ipsorum in presencia
alicuius iudicis huius regni nostri tam spiritualis quam secularis prius
coram iudice dicte civitatis Posoniensis ordinario iuridice irrequisitus
10 iuri stare debeat, tamen hys diebus venerabilis Franciscus propositus
de Hantha dictum exponentem coram iudice suo ordinario antea irre-

346: 4 recte: universi

quisitum ratione certorum negociorum tui in presenciam traxisset in causam, in qua tu iudicium facere exindeque ipsum exponentem aggravare nitereris et velles in preiudicium et derogamen dictorum civium civitatis nostre Poseniensis consequenterque ipsius exponentis dampnum manifestum.

Et quoniam nos nolumus libertati dicte civitatis nostre Poseniensis per quempiam derogari, fidelitati igitur tue harum serie mandamus firmissime, quatenus acceptis presentibus causa in premissa iudicium vel processum aliquem facere non audeas, sed ab ipsa omnino super sedem ac in presenciam iudicis et iuratorum dicte civitatis nostre Poseniensis iuridice revidendam et deliberandam remittere modis omnibus debeas, qui dicto Francisco preposito contra prefatum exponentem agere volenti iudicium et iusticiam satisfaccionemque administrabunt. Quod si iudicio eorundem dictus Franciscus prepositus non contentaretur, poterit causam ipsam prosequi iuridice et agere, ubi agenda erit. Secus igitur facere non audeas presentibus perlectis exhibenti restitutus!

Datum Bude feria secunda proxima post Dominicam iudica anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

1519 Aprilis 13 — Strigonium

347

Demetrius Nyási vicarius Strigoniensis iussu regis causam, quae inter Franciscum praepositum Hantensem et Iohannem Szabó civem Poseniensem est mota, personalem in praesentiam regiam transmittit.

Transcriptum Laurentii Újlaki iudicis curiae regis die 3 Maii anno 1520 editum (v. no 374). Sign. Archivum Civitatis Posenii: no 4670 (ante: no 2579).

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia Hungarie et Bohemie etc. regi domino suo graciousissimo humilis et devotus capellanus eiusdem vestre serenitatis Demetrius de Nyas decretorum doctor Dei et apostolice sedis gracia episcopus Sanctuariensis reverendissimique in Christo patris et domini domini Thome miseracione divina tituli sancti Martini in Montibus sancte Romane ecclesie presbyteri cardinalis Strigoniensis ac patriarche Constantinopolitani primatis Hungarie et apostolice sedis legati nati etc. in pontificalibus et spiritualibus vicarius et causarum auditor generalis ecclesie Strigoniensis oracionum suffragia devotarum!

Vestra noverit serenitas, quod de anno Domini infrascripto vigesima octava die mensis Marcii me ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedente comparuerunt coram me in iudicio venerabilis dominus Franciscus prepositus de Hantha ac canonicus prefate ecclesie Strigoniensis principalis principaliter pro se ipso citra tamen procuratorum suorum per eum quomodolibet constitutorum revocacionem ab una et honorabilis magister Michael de Bathor procurator et nomine procuratorio providi Iohannis Zabo de Posenio dyocesis Strigoniensis ab alia partibus, de cuius procuracionis mandato mihi exactis cause huius modi legitimis constitit et constat documentis.

Et idem dominus Franciscus prepositus Hanthensis quendam libellum seu accionem et petitionem summariam in figura mei iudicii facto, realiter et inscriptis exhibuit et produxit huius modi sub tenore:

Sequuntur litterae Francisci Boldogasszonyfalvi prepositi Hantensis ante diem 28 Martii anno 1519 datae (v. no 345).

25 Quo libello oblato ex adverso prefatus magister Michael de Bathor procurator nomine quo supra copiam huius modi libelli necnon decimum quintum diem tunc proxime et immediate affuturum cum protestacione de non consenciendo in meam iurisdictionem, nisi si et quantum de iure ad id teneretur, sibi seu verius principali suo prefato a me dari peciit et obtinuit.

30 Tandem termino huius modi adveniente et deinde duodecima die mensis Aprilis me iterum ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedente comparuerunt coram me in iudicio nobilis magister Emericus de Saaros procurator prefati domini Francisci prepositi, de cuius eciam sufficienti procuracionis mandato mihi ex eisdem actis cause legitime
35 constitit et constat ab una et pretactus magister Michael procurator nomine quo supra ab alia partibus.

Et idem magister Emericus procurator nomine quo supra peciit per me pretactum magistrum Michaellem cogi et compelli ad respondendum dicto libello seu accioni ac litem contestandam. Ex adverso autem
40 prefatus magister Michael procurator nomine quo supra allegavit sibi expresse per principalem suum prefatum fuisse inhibitum, ne se in causa huius modi quoquo modo ingereret vel inmitteret et per hoc esset revocatus, quare se vellet exonerare.

Pretactus vero magister Emericus procurator quo supra nomine replicans dixit de pretensa inhibicione et revocacione non constare et quod
45 semel acceptans mandatum sine aliqua protestacione de exonerando non posset in preiudicium partis sue se exonerare, petens per me pretactum Michaellem sub pena excommunicacionis moneri ad respondendum dicto libello et litem contestandam, qui per me monitus metu — ut dixit —
50 excommunicacionis respondens dicto libello salvis aliis excepcionibus et deffensionibus suis remanentibus negavit narrata, prout narrantur et petita in eodem fieri nemini debere animo litem contestante.

Ex adverso prefatus magister Emericus procurator nomine quo supra contenta libelli seu accionis prefate vera esse dixerat et petita in eodem
55 fieri debere animo similiter litem contestante.

Ego vero tunc iudicans commisi, ut idem magister Emericus procurator nomine quo supra contenta dicti libelli seu accionis cum testibus fide dignis et aliis legitimis documentis, quibus clarius et limpidius
60 posset, comprobare deberet et nichilominus pretacto magistro Emerico procuratore nomine quo supra petente terminum ad producendos recipique et examinari faciendos testes suos in partibus, quos pro prima
dilacione ad probandam suam intencionem sine contenta libelli sui producere ac recipi et examinari facere volebat examenque eorundem testium honorabilibus et discretis viris dominis de Hantha, de Cheph et de Reede
65 ecclesiarum plebanis ac Stephano Thewkes presbytero de Strigonio, Georgio de Sancto Gothardo et Francisco de Thatha notariis publicis

meis et infrascriptarum litterarum mearum in hac parte executoribus per dictos hinc inde procuratores ad id concorditer nominatis et electis committens ac feriam secundam post Dominicam quasi modo tunc proxime venturam necnon alios duos dies immediate sequentes ad id aptos et non festivos pro termino huius modi ac possessionem Beerse pro loco, in quibus scilicet iidem testes produci, recipi et examinare et octavum diem eiusdem terminum similiter pro termino, ad quem attestaciones eorundem testium reportari et in iudicio coram me exhiberi et produci debeant, de prefatorum procuratorum voluntate et consensu prefixi, deputavi et assignavi litterasque meas commissionis sive remissionis pro et super examine ipsorum testium opportunas decrevi prefatumque magistrum Michaellem procuratorem nomine quo supra ad danda interrogatoria iuxta *** citavi et citari mandavi.

Subsequenterque vero die datarum presencium me rursus ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedente comparuit coram me in iudicio prefatus Iohannes Zabo in causam attractus et quasdam litteras serenitatis vestre mihi preceptorie loquentes et directas exhibuit et presentavit, quas ego cum ea — qua decuit — reverencia recepi in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 11 Aprilis anno 1519 datae (v. no 346).

Post quarum quidem litterarum vestre serenitatis presentacionem et recepcionem mihi et per me — ut premittitur — factas pretactus Iohannes requisivit me, quatenus causam et causas huius modi supradictas iuxta vim, formam et tenorem earundem litterarum vestre serenitatis preinsertarum in presenciam iudicis et iuratorum civium civitatis vestre Poseniensis transmittere deberem revidendas sedque causa ipsa tum ratione persone cum etiam facti coram dictis iudicibus verti et adiudicari non potest, hinc causam ipsam potius ad curiam regiam vestre serenitatis personalem in presenciam transmittens duxi discutiendam et revidendam et nichilominus predictis partibus presentibus audiendis et intelligendis ac comparandi in iam fata curia regia vestre scilicet serenitatis personali in presenciam viginti dierum spacium a die datarum presencium immediate computandarum statui et prefixi.

Datum Strigonii tredecima die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

Laurentius Újlaki iudex curiae regiae a conventu ecclesiae Lelesziensis petit, ut quasdam litteras in conservatorio repositas transcribat.

A transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 14 Aprilis anno 1519 editum (v. no 349).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82523 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 216 no 5).

B transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 14 Aprilis anno 1519 editum (v. no 349).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82524 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 216 no 8).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1036.

Amicis suis reverendis conventui ecclesie sancte crucis de Lelez comes Laurentius de Wylak dux Bozne iudex curie serenissimi principis domini Lodovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. amicitiam paratam cum honore!

⁵ Dicitur nobis in persona egregii Stephani de Deeshaza administratoris proventuum archiepiscopatus ecclesie Strigoniensis, quod quia superioribus hys annis presertim tempore insurreccionis hominum popularium sive rusticorum ad delendam nobilitatem quedam littere ipsius exponentis puta prohibitorie, statutorie necnon reambulatorie, divisionales, expeditorie, fassionales perpetuales ac impignoraticie et alie diverse alias sub vestro sigillo emanate factum totalis possessionis ipsius exponentis fratrumque suorum Chewg vocate in comitatu Zolnok Medioeri existentis et habite tangentes et concernentes ab ipso exponenti quodam modo alienate forent et deperdite, quarum paria in vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre more solito reposita haberentur et locata, quibus ¹⁵ nunc prefatus exponens pro tuicione iurium suorum summe foret necessarius.

Pro eo vestram amicitiam harum serie petimus diligenter, quatenus acceptis presentibus paria prescriptarum litterarumstrarum prohibitoriarum, statutoriarum necnon reambulatoriarum, divisionalium, expeditoriarum, fassionarium perpetualium ac impignoraticiarum et aliarum diversarum factum dicte possessionis annotati exponentis et fratrum suorum Chewg tangencium et concernencium alias — ut premititur — sub vestro sigillo emanatarum in vestra sacristia sive conservatorio dicte ²⁵ ecclesie vestre reposita et locata diligenter requiri et reinveniri facere requisitorumque et reinventorum tenores in transsumpto aliarum litterarumstrarum emanari facere ac eidem exponenti sub sigillo vestro iuris eiusdem ad cautelam extradare velitis et teneamini caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis secus communis iusticie ³⁰ intuitu non facturi!

Datum Bude feria quarta proxima post Dominicam iudica anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

Conventus ecclesiae Lelesziensis quasdam litteras transcribit.

A in charta 29,5×32 cm aqua maculata secundumque sinus lacerata.

Sigilli vestigium in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82523 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 216 no 5).

B in charta 29×37 cm aqua maculata secundumque sinus lacerata.

Sigilli vestigium in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82524 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 216 no 8).

Ann. Litterae aqua decoloratae legi non possunt, nisi in ultraviolacea luce.

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1037.

Nos Andreas prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus, quod nos litteras spectabilis et magnifici domini comitis Laurencii de Wylak ducis Bozne necnon iudicis curie serenissimi principis et domini domini Lodovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciousissimi requisitorias amicabilem nobis loquentes et directas honore — quo decuit — recepimus in hec verba: *Sequuntur litterae iudicis curiae regis die 13 Aprilis anno 1519 datae (v. no 348).*

Unde nos petitionibus prefati domini comitis Laurencii annuentes — ut tenemur — paria annotatarum litterarum in conservatorio ecclesie nostre predictae diligenter requirentes paria quarundam unarum litterarum nostrarum prohibitoriarum factum dicte possessionis Chewg concernencium reinveniri fecimus in hec verba:

Sequuntur litterae conventus eiusdem diebus 1 Novembris 1469 (A) et 1 Maii 1490 (B) datae.

Quorum quidem parium requisitorum et reinventorum tenores nos tandem ad amicabilem petitionem dicti domini comitis Laurencii in

transcripto presencium litterarum nostrarum patencium memorato Stephano de Deeshaza exponenti iuris eiusdem ad cautelam fraude do-
loque quibusvis procul motis duximus emanandos et extradandos.

Datum in festo beatorum Tiburcii et Valeriani martyrum anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono supradicto.

Conventus ecclesiae Lelesziensis Ludovico II regi Hungariae se mandatum regium Szabolcsiensi comitatu recitasse et responsum eiusdem comitatus refert.

In charta 30 × 40 cm (v. in tabula exemplarium no 35).

Sigilli fragmentum flavae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82525 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 218 no 194).

Serenissimo principi et domino domino Lodovico Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino eorum graciousissimo Andreas prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate!

5 Vestra noverit serenitas nos binas litteras eiusdem unas exhibitorias nobis et alias superinde preceptorias comiti ac vicecomiti et iudicibus nobilium comitatus de Zabolch sonantes summa cum reverencia recepisse, quarum quidem litterarum unarum videlicet exhibitoriarum tenor is est:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 24 Februarii anno 1519 datae (v. no 342).

10 Aliarum vero puta preceptoriarum continencia verbalis sequitur isto modo:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 24 Februarii anno 1519 datae (v. no 343).

Nos itaque mandatis vestre serenitatis semper et in omnibus obedire volentes, ut tenemur, religiosum fratrem Mathiam iuniorem presbyterum socium nostrum conventualem ad premissam exhibicionem fideliter faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui

Apr. 11 feria secunda proxima post Dominicam iudica proxime transactam prescriptas litteras maiestatis vestre preceptorias nobilibus Gregorio Farkas de Bogdan, Ladislao de Zolnok, Iohanni Berey de Bessenyew et Michaeli

20 Cheres de Pazon iudicibus nobilium dicti comitatus de Zabolch in possessione Zabolch predicta loco scilicet eiusdem comitatus personaliter inventis, egregio Iohanne de Chobay vicecomite ipsius comitatus de Zabolch nullibi invento exhibuisset et presentasset, qui eisdem litteris maiestatis vestre summa cum reverencia — ut debuissent — receptis perlectis-

25 que et intellectis ad contenta earundem pariformiter respondissent in hunc modum, quod ipsi preinsertis mandatis maiestatis vestre parere antea quoque prompti fuissent et parati essentque eciam modo, tantummodo prefatus Iohannes de Chobay vicecomes eorum, sine cuius voluntate et annuencia nichil in huius modi negocio facere possent, in hoc ipsis

30 consentiret et voluntatem suam eorum voluntati equaret.

Datum decimo die diei exhibicionis et responsionis premissarum anno Domini suprascripto.

In dorso: Domino regi pro venerabili et [egregio] Francisco de Zokol preposito ecclesie Orodiensis et Iohanne de eadem Zokol contra nobiles

35 Gregorium Farkas de Bogdan, Ladislaum de Zolnok, Iohannem Berey de Bessenyew et Michaellem Cheres de Pazon iudices nobilium comitatus de Zabolch ad terminum intrascriptum exhibicionis et responsionis relacio. Pro actore Iohannes de Thorda cum Orodiensis solvit XI.

Ludovicus II rex Hungariae Georgium Szigeti fratremque eius pro meritis tempore insurrectionis factis nobiles facit, eisdem arma donat ac mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut iidem in dominium domus eorundem introducantur.

A in membrana 71,5×48,5 cm imagine armorum decorata (v. in tabula armorum no 1).
Sigillum dependendi causa in membrana scissurae videri possunt.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Armales no 2.

Ed. *Aldásy, Címereslevelek* I, no 52 (partim).

B transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 4 Ianuarii anno 1520 editum (v. no 362).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47336 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

A

B

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

Tibi fideli nostro nobili Georgio
litterato de opido nostro Zygeth
oriundo notario cancellarie nostre
5 salutem et gracie ac nostri in te
regii favoris augmentum! Tua pre-
clara ac syncera fides et servicia,
que tu cum in confinibus per certos
annos, tum vero

10

in fudenda et profliganda
feda rusticorum in perniciem nobilitatis superiori tempore conspirata
manu strenue pugnando

15

et deinde
in cancellaria
maiestatis nostre
post dominum
tuum

20

reverendum dominum Ladislaum
nostrum

nobis et sacre corone nostre te
iugiter constantissimeque exhibuis-
se ex certorum fidelium nostrorum
25 testimonio accepimus, nos inducunt,
ut te singulari munificencia et
liberalitatis dono prosequamur.

Volentes igitur tot meritis tuis
condigna rependere premia

30

fidelibus nostris conventui ecclesie
sancte crucis de Lelez salutem et
graciam! Quum nos attentis et
consideratis fidelitate et fidelibus
serviciis fidelis nostri nobilis
Georgii litterati de Zygeth notarii
cancellarie nostre, que ipse — uti
didicimus — sacre imprimis huius
regni nostri Hungarie corone et
deinde maiestati nostre cum in
profliganda et fudenda

tum vero

nostra

suum

episcopum Vaciensem cancellarium

pro locorum temporumque diver-
sitate exhibuit accedente ad hec
ipsius eciam domini episcopi sup-
plicacione eundem Georgium litte-
ratum et sui gracia Petrum fratrem
eius uterinum in numerum ac
cetum verorum et armis utencium
huius regni nobilium adhibitis cer-
tis nobilitatis insignibus vigore
aliarum litterarum nostrarum su-
perinde confectarum ascri-
pserimus

351: 1 Lodovicus B || 20 Waciensem B

domum seu sessionem illam tuam
 35 paternam, quam ab antiquo
 in dicto opido nostro Zygeth
 vocato
 in comitatu Maromarusiensi
 existenti habitam
 40 inter

circumspectorum ab oriente Matthei Hwnghy, ab occidente Georgii
 Kossa, e regione vero Stephani Wago
 domos

45 sitam
 pacifice possedissee et possidere
 diceris,

50 ab omnibus censibus
 et
 taxis tam ordinariis quam extraordinariis
 necnon luci camere et subsidio-

55 rum solucione, item
 serviciis, muneribus,
 daciis, collectis
 et aliis quocunque nomine vocitatis
 quibus hactenus obnoxia fuit, exi-
 60 mentes et libertantes

65
 70 simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis
 quibuslibet
 ad eandem

75 de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus

domumque eorundem paternam

domos

et habitam, in eorum pacifico et
 hereditario dominio instar proge-
 nitorum suorum se perstitisse et
 nunc quoque persistere [id]em
 Georgius et Petrus asserunt,

consuetis vel inconsuetis
 oneribus,

nobis vel successoribus nostris regi-
 bus ratione eiusdem domus facien-
 dis, exhibendis et suis modis libe-
 ravimus et exemerimus inque cur-
 riam nobilitariam ex certa nostra
 sciencia animoque deliberato et de
 potestatis nostre regie plenitudine
 transformaverimus ac premissis
 — sicut preferitur — stantibus nove
 nostre donacionis titulo eisdem
 Georgio litterato et Petro ipsorum-
 que heredibus et posteritatibus
 universis

domum

tibi ac per te Petro fratri tuo vestrisque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis dedimus, donavimus et contulimus annuentes, ut duo molendina super fluviis eiusdem oppidi Zygeth, in quibus volueritis, absque tamen preiudicio aliorum illic molendina habencium 80
 85 construere et erigere et erecta constructaque circa eandem domum perpetuis temporibus uti possitis et valeatis, in qua quidem domo te tanquam ex ignobilibus 90
 95 plenitudine nobilitantes cetui numeroque et albo procerorum regni nobilium annumerandos et ascribendos duximus, immo eximimus, libertamus, donamus et conferimus 100
 salvo iure alieno annuimusque et concedimus ac nobilitamus presentium vigore mediante.

In cuius quidem nostre donacionis, libertacionis nobilitacionisque 105
 signum et monumentum perpetuum hec arma seu virtutis et nobilitatis insignia videlicet scutum triangulare saphireo colore dempto infimo angulo, ubi colles herbidi 110
 exurgere visuntur, ultra pene collium imagines humana effigies umbiculo tenus sursum apparet lorica ferrea ad bellum armata, cuius caput casside perbrevis munitur, effigiei quidem humane manus 115
 dextra strictam tenet frameam, sinistra vero sagitte cuspidem, qua pectus traiectum sanguis e corpore elicitor, vellicare cernitur.

120 His armis ideo te insignivimus, quod cum nuper vix dum ephebus cum Turcis descendere in certamen ausus fueris neque aut comites tuos deserueris aut pugna exces-

in perpetuum contulerimus velimusque eosdem in dominium eiusdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.

Super quo fidelitati vestre harum serie mandamus firmiter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Iohannes Gewrhes de Zarwazo aut Andreas Bank de eadem vel Lazarus Balya de Jod sin Dominicus litteratus de eadem Jod sive Georgius de Wanchfalwa aut Bartholomeus litteratus de Zygeth predicta aliis absentibus homo noster ad facies eiusdem oppidi nostri Zygeth consequenterque prenotate domus ipsius Georgii litterati ibidem habite vicinis et commetaneis eiusdem inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat eosdem Georgium litteratum et Petrum fratrem eius in dominium eiusdem statuatque eandem eisdem premissis iure et nove nostre donacionis titulo ipsis incumbentem perpetuo possidendam, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatos Georgium et Petrum ad terminum competentem in curiam nostram regiam nostram scilicet personalem in presentiam rationem contradiccionis eorundem reddituros et post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint vicinorumque et commetaneorum, qui premisse statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — nobis fideliter rescribatis!

125 seris, donec telo hostis letaliter
vulneratus fuisti. Supra scutum et e
lateribus scuti flores non unifor-
miter intorti coloratique diffluentes
130 scutum ipsum undequaque exor-
nant, que omnia in fronte presen-
cium litterarum nostrarum docti
miniatoris manu pulchre suis colo-
ribus depicta sunt.

Animo deliberato et ex certa
135 sciencia nostra tibi ac prefato Petro
fratri tuo vestrisque heredibus et
posteritatibus utriusque sexus uni-
versis dedimus et contulimus, immo
damus et conferimus per presentes,
140 ut vos vestrique heredes et posteri
universi prescripta arma seu nobi-
litis insignia more aliorum nobi-
lium armis utencium amodo impo-
sterum ubique in preliis, hastilu-
145 diis, torneamentis, duellis aliisque
omnibus et singulis exercitiis nobi-
litaribus et militaribus necnon sigil-
lis, velis, anulis, tentoriis, cortinis
et papilionibus, generaliter vero
150 quarumlibet rerum et expedicio-
num generibus gestare omnibusque
illis graciis, prerogativis, honoribus
et libertatibus, quibus ceteri nobi-
les regni nostri armis utentes quo-
155 modolibet de iure et consuetudine
utuntur et fruuntur, uti, frui et
gaudere possitis et valeatis.

[In cui]us rei memoriam fir-
mitatemque perpetuam presentes
160 litteras nostras secreto sigillo
nostro, quo ut rex Hungarie uti-
mur, appendenti consignatas duxi-
mus concedendas.

165 Datum Bude feria secunda proxima ante festum beati Urbani pape
anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono regnorum nostrorum
Hungarie et Bohemie etc. anno quarto.

Dextra supra: Comissio propria
domini regis.

Capitulum ecclesiae Budensis Margaritae viduae Iohannis Kornis Gregorium Frangepán archiepiscopum Colocensem aliosque nobiles de nece Iohannis Kornis satisfacisse testatur.

In libro ex charta 21 × 30 cm confecto (v. in tabula exemplarium no 55).

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 716 (ante: Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Poseniensis regnicolare, Protocollum Budense no 3).

Quod nobilis domina Margaretha relicta egregii condam Iohannis Kornys de Ruzka coram nobis personaliter constituta onera et quelibet gravamina quorumlibet fratrum proximorum et consanguineorum suorum super se assumens proposuit et sponte confessa est in hunc modum,
⁵ quod quia reverendissimus in Christo pater et dominus dominus Gregorius de Frangapanibus Bachiensis et Colocensis ecclesiarum canonicè unitarum archiepiscopus necnon honorabile capitulum ecclesie Colocensis ac egregii et nobiles Gaspar de Raska, Iohannes et Paulus de Pakos, Gaspar de eadem Pakos, magister Paulus de Bolyar personalis presencie
¹⁰ locum tenentis prothonotarius, Petrus de Thethethlen, Franciscus Thethethleny de Weche, Iohannes Kazas de eadem Thethethlen, Franciscus Thar, Bernaldus et Iohannes similiter de eadem Thethethlen sibi de et super homagio prefati condam Iohannis Kornys domini et mariti sui tempore insurreccionis gentis cruciate interempti iuxta iudiciariam deliberationem ac limitationem vicecomitum et iudicum nobilium comitatus
¹⁵ sedis Solth plenariam atque omnimodam impendissent satisfaccionem.

Ob hoc eadem domina Margaretha superinde ad plenum constituta eosdem dominum Gregorium archiepiscopum necnon capitulum ecclesie Colocensis ac Gaspar de Raska, Iohannem, Paulum et Gaspar de Pakos,
²⁰ magistrum Paulum Bolyary, Petrum et Franciscum Thethethleny, Iohannem Kazas, Franciscum Thar, Bernaldum et Iohannem Thethethleny ipsorumque Gasparis Raskay ac Iohannis, Pauli, Gasparis de Pakos necnon magistri Pauli Bolyary et aliorum prenominatorum nobilium heredes et successores universos super huius modi plenaria satisfaccione
²⁵ de et super dicto homagio eiusdem condam Iohannis Kornys quittos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddidisset et commisisset, immo reddidit et commisit coram nobis harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante.

Datum feria tertia proxima ante festum ascensionis Domini anno
³⁰ eiusdem 1519.

In margine: Lecta et extradata in uno pari.

352: 8 et Paulus *supra scr.* | post Pakos *del.* similiter || 9 Gaspar de eadem Pakos *supra scr.* et *del.* | Gaspar de eadem Pakos *in marg.* | magister *supra scr.* || 10 post de *del.* Thethlen | Thethethlen *supra scr.* | post Franciscus *del.* Thethle || 11 eadem *supra scr.* || 12 similiter *supra scr.* || 13 Kornys *supra scr.* || 19 post Iohannem *supra scr.* et *del.* et | Paulum et Gaspar *supra scr.* | post Pakos *del.* alterum || 20 magistrum *in marg.* | Thethethleny *supra scr.* || 24 post satisfaccione *del.* de — dicto *in marg.* || 25 post homagio *del.* prefati dicti | eiusdem *supra scr.* || 29 post anno *del.* Domini

Ludovicus II rex Hungariae Demetrio Dobai pro meritis tempore insurrectionis factis arma donat.

In membrana 65 × 45 cm imagine decorata restaurataque (v. in tabula armorum no 2).
Sigillum ex filis albi, viridis fuscique colorum sericeis rubrae cerae impressum pendet (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 50251 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ed. *Aldásy, Cimereslevelek II*, no 93 (partim).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. Tibi fideli nostro nobili Demetrio de Doba provisorio{r} arcis et curie de Erdewd magnifici Ioannis Dragffy de Bewlthek thavernicorum regalium nostrorum magistro salutem graciamque nostram regiam cum favore!

⁵ Plurimi sunt mortalium, Demetry Dobay, qui virtutem variis conditionibus fulciunt et excolunt, sunt qui mentis gloria, alii corporis prudentia, multi milicie excellencia sic vitam condiunt suam, ut exhinc eternam consequantur immortalitatem, hoc genere virtutis erant excellentissimi
¹⁰ prisci illi sapientissimi philosophi, qui non modo apud suos, verum et apud exterarum gentes sempiternam memoriam meruerunt, hinc erant quam plurimi illo evo homines, quorum nominatim censere nomina non tam tediosum quam longum esset, ut memoriam in humanis excellentem
¹⁵ condicionem consequerentur, si se omni bono facinori totos dederunt, horum tu Martine Dobay fretus memoria rem nuper in rusticana contra omnem nobilitatem sedecione duce illo nephario Georgio Zekel et aliis plerisque exercitibus tum nobis tum sacro nostro regio diademati fecisti adeo laudabilem, ut laudandam tuam virtutem nos munificencia nostra ad hoc adducti silencio ne preteriremus, sumus inducti, tum vero tam preclaro
²⁰ tamque honesto nominis officio non contentus, pridem cum casu venatum proficisceris, contigit, ut casu [a]per admirande magnitudinis tibi obviam veniret, quem cum vidisses cogitans pulcrum esse facinus virtutem virtuti addere et qu[o] ea abundantiori modo elu{s}cesceret eo esse nominaciorem; adde, quod omni trepidine semotus cuspidem, quam in manu gestabas, adversus beluam convertens ruitans animal traiecisti
²⁵ pre vehemencia in gutture.

Nos igitur volentes aliquo regio dono subvenire et quod et alii perpendentes, qua sint virtutum premia, alacrius animos erigant tibi hereditibusque tuis et posteritatibus universis hec arma sive nobilitatis insignia tantis tamque preclaris egregiis factis tuis, prout et quemadmodum in
³⁰ margine principali harum litterarum nostrarum suis appropriatis coloribus arte pictoria signata sunt et distinctius expressata, [animo de]liberato et ex certa nostre maiestatis sciencia dedimus, donavimus et contulimus, immo ex abundantiori plenitudine nostre specialis grac[ie] concedimus et presentibus elargimur, ut tu heredesque et posteritates tue universe
³⁵ pretacta arma seu nobilitatis insignia more aliorum armis utencium amodo imposterum ubique in preliis, hastiludiis, torneamentis, duellis ac aliis omnibus exercitiis nobilitaribus et militaribus necnon sigillis,

velis, cortinis, anulis et generaliter in quarumlibet rerum et expeditionum generibus sub mere et sincere nobilitatis titulo ferre, gestare omnibus et
40 singulis graciis, honoribus, libertatibus, privilegiis, quibus ceteri nobiles regni nostri armis utentes quoslibet de iure vel consuetudine freti sunt et gavis, frui, uti et gaudere perpetuis semper temporibus valeant atque possint. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impendent
45 denti communitas eidem ac heredibus et posteritatibus suis universis duximus concedendas.

Datum Bude in festo ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo decimo nono regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno [qu]arto.

50 *Dextra subter:* Ad relacionem magistri Francisci Aczeel secretarii regie maiestatis.

inter 1519 Septembris 12 et 16 — Varadinum

354

Notarius consistorialis Philippo vicario ecclesiae Varadinensis examinationem testium refert.

Transcriptum Sebastiani Henkel vicarii surrogati ecclesiae Varadinensis die 20 Aprilis anno 1520 editum (v. no 373).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47351 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ann. Examinatio testium inter dies sedium iudiciariarum duarum (v. no 373) facta est.

Reverende domine!

De mandato vestre reverende d(ominacionis) testes infrascriptas pro parte nobilium domine Potenciane filie condam Petri Kolthy alias relictę condam nobilis Petri Solmossy de eadem Solmos nunc consortis
5 Andree Chegedy ac domine Cristine relictę dicti condam Petri Kolthy contra Annam relictam condam Ladislai Solmossy et Andream filium eiusdem productas modo subscripto examinari.

Prima testis domina Katherina consors Nicolai Byro de Komady citata, iurata et examinata respondit, quod cum tempore disturbii cruciferorum condam Petrus Solmossy fuisset captus et detentus in castro
10 Waradiensi, prefata domina Anna relictę venisset ad ipsam dominam Cristinam ad Komady et peccisset ab ea florenos viginti quinque et medium, ut filium suum Petrum Solmossy de {de} captivitate redi[mere] posset, quos ipsi domine Cristine fide sua mediante solvere promisit et
15 assumpsit et ipsa domina Cristina petitionibus dicte domine Anne inclinata ipsos viginti quinque et medium florenos prefate domine Anne in oppido Kerezthzagh in domo providi Demetrii Chethe tradidisset et ipsa testis premissis interfuisset et vidisset; alia nescit.

Secunda testis domina Elena consors providi Mathie Symay de Komady citata, iurata et examinata attestata est, quod ipsa domina Anna venit ad domum ipsius domine Cristine in Komady et peccisset ab ea pecunias, nescit si florenos quindecim vel ultra, quos promisisset fide
20 sua mediante se sibi integre restitu<tu>ram, terminum tamen aliquem

354: 23 se]ses corr.

solucionis nescit fuisse interpositum eciam testis, quod ipsa domina
²⁵ Cristina in Kerezthzeg ipsas pecunias in [una] domo, domus cuius fuerit
nescit, ipsi domine Anne solvisset sane tradidisset. Tandem ultimo testis
dixit pecunias ipsi domine Anne fuisse datas in domo cuiusdam De-
metrii Chethe; alia nescit.

1519 Septembris 19 — Buda

355

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles de Kisdoba in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, introducantur.

In charta 30 × 22 cm.

Sigilli fragmentum rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillo-
rum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis
regnicolare, Statutoriae K no 36.

*Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles Anthonius, Paulus, Lazarus et Christoferus filii condam Thome Zekel de Kysdoba in dominium porcionum possessionariorum in possessionibus prefata Kysdoba, Naghdoba, Ad in Zolnok Mediocri et Bylgez
⁵ in de Crazna comitatibus existentibus habitarum, que quidem porcio in prefata possessione Ad habita dicto Anthonio alias per magnificum condam Iohannem Banfy de Naghfalw pro serviciis suis donata extitisset, in quarum omnium pacifico dominio prefati nobiles a certis retroactis annis se se perstitisse persistereque et de presenti litteras eciam et litteralia instrumenta superinde satis efficacia habuisse, sed ea per cruciatos dilaniata et direpta fuisse asserunt . . . nove . . . donacionis titulo intro-
¹⁰ ducantur.*

Datum Bude feria secunda proxima post festum exaltacionis sancte crucis anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono regnorum
¹⁵ ipsius regis Hungariae et Bohemie etc. anno quarto.

1519 Septembris 25 — Buda

356

Ludovicus II rex Hungariae Sigismundo Pogány mandat, ut quaedam oppida Nicolao Barillovics de damnis tempore insurrectionis factis satisfacere iubeat.

In charta 29 × 21,5 cm perforata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillo-
rum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 84636 (ante: Archivum familiae Lónyay, f.
37 no 14).

Ludovicus Dei gracia rex Hungariae et Bohemie etc. fidei nostro egregio Sigismundo Pogan comiti camerarum nostrarum Maramarosien-
sium salutem et gratiam!

Quemadmodum eciam antea ita eciam impresenciarum commisimus
⁵ per litteras nostras et mandavimus circumspicere iudicibus et iuratis civibus oppidorum nostrorum Hwzth, Wysk, Thechew et Hozzywmezew,

ut ex parte concivium et cohabitatorum suorum, per quos fidelis noster egregius Nicolaus Barallowyth de Gorycza se tempore preterito rusticane insurreccionis dampnificatum et lesum fuisse iam sepius nobis questus est, eidem iudicium et de huius modi damnis plenam satisfaccionem impendere debeant et teneantur, qui si fecerint bene quidem, alioquin fidelitati vestre harum serie mandamus firmiter, quatinus postquam ipsi exponenti per predictos iudices et iuratos de damnis suis pred[icti]s satisfactum non fuerit, extunc requisiti presentibus omnes et singulos cives et inhabitatores pre[fatoru]m oppidorum nostrorum, per quos ipse exponens se modo premissis dampnificatum fuisse probaverit, sub [one]ribus et gravaminibus superinde in decreto reg[ni] pro festo beati Luce evangeliste in anno abhinc quinto edito denotatis ad huius modi damnorum integram refusionem compellere et astringere absque ullo favore debeatis et teneamini auctoritate nostra regia presentibus vobis in hac parte attributa et iusticia mediante secus non facturi presentibus perfectis exhibenti restitutis!

Datum Bude die Dominico proximo post festum beati Mathei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

²⁵ *Dextra supra:* Commissio propria domini regis.

1519 Octobris 29 — Buda

357

Stephanus Báthory palatinus Hungariae capitulum ecclesiae Budensis requirit, ut litteras tempore insurrectionis amissas Gaspari Bánffy transcribat.

Transcriptum capituli ecclesiae Budensis die 7 Novembris anno 1519 in charta 29,5×80 cm manca aquaque maculata in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 72960 (ante: Archivum familiae Szulyovszky Sirmiensis).

Amicis suis reverendis capitulo ecclesie Budensis Stephanus de Bathor regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum ac comes Themesiensis necnon parcium regni inferiorum capitaneus generalis amicieiam paratam cum honore!

⁵ Dicitur nobis in persona egregii Gasparis filii condam Emerici Bánffy de Lossonez, quod quamvis ipse hys superioribus annis transactis vigore quarundam litterarum evocatoriarum honorabilis capitulum ecclesie Waciensis racione indebite occupacionis et detencionis possessionis Illew et Farkas in comitatu Pesthiensi existencium et habitaram per regium et vestrum homines in curiam regiam contra se evocari facere procuraverit litteras eciam vestras superinde relatorias a vobis pro sui parte extraxerit, tamen ex post eodem littere vestre super premissa evocatione relatorie ab eodem exponenti tempore insurreccionis cruciatorum deperdite forent et alienate, quarum paria in vestra sacristia sive conservatorio ecclesie vestre predictae more solito reposita haberentur et locata, quibus idem exponens impresenciarum pro sublevacione sui iuris admodum indigeret et esset necessarius.

Pro eo amicieiam vestram presentibus requirimus et hortamur diligenter, quatenus acceptis presentibus prescripta paria ante dictarum

357: 7 recte: capituli || 8 recte: possessionum

²⁰ litterarum vestrarum evocatoriarum in dicta vestra sacristia diligenter requiri et reinveniri faciatis requisitarumque et reinventarum tenores in transsumpto litterarum vestrarum prefato exponenti iuris sui uberio-rem ad cautelam extradare velitis et debeatis, caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis secus non facturi!

²⁵ Datum Bude sabbato proximo post festum beatorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

1519 Octobris 30 — Buda

358

Ludovicus II rex Hungariae Mauricio et Iohanni Olaszi possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat.

In charta 29 × 22 cm duplicata (v. in tabula exemplarium no 21).

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 38461 (ante: Archivum familiae Újhelyi).

Ludovicus II rex Hungariae totales possessiones . . . Olazy . . . necnon Gyewlwez vocatas ac predia Ragald, Thoththelek, Maryamagdolna et Hermanzodowa appellata omnino in comitatu Byhoriensi existentes et adiacencia, in quorum quieto pacificoque dominio . . . Mauricius *de Olazy* et Iohannes *filius quondam Nicolai de eadem Olazy frater eiusdem Mauricii* progenitores eorundem ab antiquo perstitisse seque persistereasserunt etiam de presenti litteras quoque et litteralia instrumenta factum earundem possessionum et prediorum antedictorum tangentes et concernencia pro se sufficientiam habuisse, sed superioribus disturbiorum temporibus, quibus populares homines et cruciferi totum hoc regnum nostrum Hungarie devastantes et omnem nobilitatem extinguere conantes insurrexerant, per eosdem ab ipsis deportata abalienataque et deperdita esse dicuntur . . . memoratis Mauricio et Iohanni . . . nove . . . donacionis titulo dedit . . .

¹⁵ Datum Bude Dominico die proximo post festum beatorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono regnorum *ipsius regis* Hungariae et Bohemie . . . etc. anno quarto.

Dextra subter: Relacio magistri Nicolai prepositi Agriensis secretarii regie maiestatis et *inferius:* N(icolaus) prepositus Agriensis.

1519 Novembris 2 — Buda

359

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut litteras, quibus idem conventus rettulit nobiles, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicti sunt, contradixisse, ne Gabriel Perényi in dominium possessionum introduceretur, eidem Gabrieli transcribat.

Transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 20 Novembris anno 1519 in charta 29,5 × 74 cm lacerata in dorso consignata editum.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71162 (ante: Archivum familiae Perényi).

Lodovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Lelez salutem et graciam!

Expositum extitit maiestati nostre in persona fidelis nostri magnifici Gabrielis de Peren, quod quamvis hys proximis precedentibus diebus et
5 temporibus idem exponens honorabilem magistrum Stephanum presbyterum de Karol vigore certarum litterarum nostrarum ad vos superinde datarum gratiam novi iudicii in se exprimencium ac denique in dominium eciam honorum porcionumque et iurium possessionariorum egregiorum et nobilium Francisci de Dolha, Gregorii, Alberti et condam
10 Nicolai de Wethees aliorumque, qui scilicet annis superioribus una cum populis et rusticis sub nomine cruciate contra maiestatem nostram in perniciem tocius vere nobilitatis tumultuantibus adhesissent terribiliaque et pene inaudita mala perpetrassent, ex donacione condam paterne nostre maiestatis se statui facere procurasset et illos ob eorum contradiccionem
15 contra se legitime in curiam nostram regiam nostram scilicet personalem in presenciam evocari fecerit, preterea superiori quoque tempore nobilis condam Iohannes de Chegen nobili condam Iohanni Zolthan de Chepe in facto certorum bonorum de suis bonis et possessionariis porcionibus quandam fassionem coram vobis fecerit, cum autem dicta bona prefati
20 condam Iohannis de Chegen pro maiori parte apud eundem exponentem habeantur et existant, idem exponens pariis dictarum litterarum fassionalium pro tuicione iurium suorum valde foret necessarius littereque vestre super premissis partim a vobis emanate et ab ipso exponente casualiter deperdite, partim vero idem exponens aliis nonnullis rebus et
25 negociis nostris et suis prepeditus a vobis extrahere nequivisset, quarum originalia et paria per vos secundum vestram antiquam et laudabilem consuetudinem in vestra sacristia seu conservatorio ecclesie vestre reposita haberentur, quibus prefatus exponens nunc pro tuicione et sustentacione iurium suorum plurimum foret necessarius.

30 Unde nos iustis et legitimis supplicacionibus dicti exponentis nobis superinde porrectis inclinati volumus et fidelitati vestre harum serie firmissime precipientes committimus et mandamus, quatinus acceptis presentibus preallegatas litteras vestras super premissa fassione antedicta denique paria preallegatarum litterarum vestrarum evocatoriarum
35 super prescriptis execucionibus exhinc, ut premittitur, fact[is] in pretitulata vestra sacristia seu conservatorio eiusdem vestre ecclesie reposita diligenter requiri requisitarumque et reinventarum tenores in transumpto [l]itterarum vestrarum eidem exponenti pro tuicione defensioneque et sustentacione iurium suorum absque omni renitencia subterfugioque et difficultate aliquali extradare et emanari facere modis omnibus
40 debeatis et teneamini caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte eveniat aliqualis et aliud nullo modo nullaque racione facturum presentibus perlectis exhibenti restitutum!

45 Datum Bude feria quarta proxima post festum sanctorum omnium anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono.

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Aradinensis mandat, ut Franciscus Dallyai in dominium possessionum Blasii Nyakazó, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicitur, introducatur.

Transcriptum capituli ecclesiae Aradinensis die 18 Februarii anno 1520 editum (v. no 369).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 65376 (ante: Archivum familiae Szent-Ivány).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Orodiensis salutem et gratiam!

Cum nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instanciam per eos nostre propterea facte maiestati, tum vero
 5 attentis et consideratis fidelitate et serviciis fidelis nostri nobilis Francisci de Dallya provisoris curie castri nostri Themensiensis per eum sacre primum huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate iuxta sue possibilitatis exigenciam exhibita et impensis universa bona et possessiones porcionesque et quelibet
 10 iura possessionaria nobilis Blasii Nyakazo de Zenthmyklos ubivis et in quibuscunq[ue] comitatibus huius regni nostri Hungarie existentes et habita, que ex eo, quod idem Blasius Nyakazo nescitur unde motus hys annis superioribus tempore scilicet insurreccionis rusticane plebis eisdem rusticis adhesisse atque cum eisdem quam plurima malorum genera
 15 contra nos et hoc regnum nostrum ac universum nobile genus perpetrasse et commisisse et ob hoc in notam infidelitatis incurrisse dicitur, ad nos consequenterque collacionem nostram regiam iuxta antiquam et approbatam dicti regni nostri Hungarie consuetudinem atque legem rite et legitime devolute esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis suis
 20 utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis — sicut preferitur — stantibus et se habentibus memorato Francisco de Dallya ipsiusque heredibus et posteritatibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium superinde confectarum in perpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium eorundem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.

Super quo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Stephanus Bessenyew de Bodrogh aut Nicolaus Akos de Kezy vel Georgius de Waryas aliis absentibus homo noster
 30 ad facies prescriptorum universorum bonorum et possessionum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum ubivis — ut preferitur — habitorum vicinis et commetaneis eorundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatum Franciscum de Dallya in dominium eorundem statuaturque eadem eidem simul
 35 cum cunctis eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis nostre donacionis titulo sibi incumbentia perpetuo possidenda, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Franciscum de Dallya ad terminum competentem nostram scilicet personalem in presenciam rationem contradiccionis
 40 eorundem reddituros. Et post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, necnon posses-

sionum et porcionum inibi statuendarum nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria quinta proxima post festum beate Lucie virginis et martiris anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. predictorum anno quarto.

1519

361

Ludovici II in Hungaria regis tempore regnicolae in Bács congregati inter cetera, quomodo necdum compensata, quae cruciati intulerant, damna compensentur et fugitivi coloni eorum dominis restituantur decernunt.

Ed. *Corpus iuris Hungarici 1000—1526*, p. 780 (ex codicibus, qui Festetics et Szapáry inscribuntur).

Ann. Quonam loco decretum iste ponatur, dubium est. Codices enim qui in se continent articulos decretorum et anno 1518 et anno 1519 fere eundem textum ferunt. Creditur idem decretum tempore conventus Bacsensis latum et anno 1519 ac post diem 25 Ianuarii quidem, quando nobiles pro diaeta congregari debuere, vel posterius denuo tractatum atque a rege confirmatum esse. Litterae huius decreti genuinae non supersunt, ideo eiusdem textum ex Corpore iuris Hungarici sumpsimus, regesto autem vocabula, quae hic citatis articulis inscribunt, ope litterarum erectarum quasi genuina intexuimus. Variæ tamen lectiones textus anni 1518, quem loco citato invenies (p. 764.), ima in pagina annotantur.

... Item quod damna per cruciferos nobilibus illata ubilibet refundantur et modo ordineque in decreto exinde edito expresso damnificatis restituantur. Rebelles vero et contrarios thesaurarii regnicolarum ad requisitionem litteralem vicecomitum et iudicum nobilium aut si comites vel vicecomites essent in causa ad litteras universitatis nobilium illius comitatus, ubi damnum refundendum est, executionem huius modi peragere teneantur. Ubi vero universitas nobilium comitibus vel vicecomitibus illis vel etiam aliis potentibus metu aut favore adhaerent et litteras forsitan renueret vel aliter contrarium laeso et damnificato faceret, extunc unus de medio assessorum per damnificatum ad rei veritatem experiendam ducatur, qui advenire teneatur, ad cuius tandem relationem comperta primum rei veritate thesaurarii ipsi procedere teneantur et de iobbagionibus quoque fugitivis idem est intelligendum per omnia, quod similis executio erit peragenda. Comites vero contrarium facientes in amissione officii et bonorum ipsorum condemnentur, nobilibus vero damnificatis pauperibus regia maiestas expensas ad assessorum educationem dari facere dignetur ...

361: 1 ubilibet om. || 3 thesaurius || 4 litteralem]regnicolarum || 6 restituendum || 7 teneatur || 8 aut]vel | adhaerere et literas forsitan dare renueret || 12 veritate mera thesaurarius ipse | teneatur || 13 omniaque similiter || 15 omnium officiorum | ipsorum]suorum | nobilibus — educationem]pro nobilibus vero et damnificatis nimis pauperibus et facultates educendi assessores non habentibus regia maiestas expensas eisdem assessoribus

470

Conventus ecclesiae Lelesziensis Georgium Szigeti et fratrem eius in dominium domus eorundem introductos esse testatur.

In charta 61 × 31,5 cm mucore infecta.

Sigillum ex filis violae, viridis flavique colorum pendet, cuius imago agnosci non potest. Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47336 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris presencium noticiam habituris Andreas prepositus et conventus ecclesie sancte crucis de Lelez salutem in omnium salutis largitore!

Ad universorum noticiam harum serie volumus pervenire, quod nos litteras serenissimi principis et domini domini Lodovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciousissimi introductorias et statutorias nobis preceptorie loquentes et directas summa cum reverencia recepimus in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici regis Hungariae die 23 Maii anno 1519 datae (v. no 351).

Unde nos mandatis prefati domini nostri regis semper et in omnibus obedire volentes — ut tenemur — una cum prenominato Andrea Bank de Zarwazo tanquam homine ipsius domini nostri regis nostrum hominem videlicet religiosum fratrem Petrum de Kerechen presbyterum ecclesie nostre prefate conventualem ad premissam statucionem fideliter faciendam nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt in hunc modum, quod ipsi feria tertia in vigilia videlicet festi beati Thome apostoli proxime preteriti ad facies prescripti oppidi Zygeth consequenterque prenotate domus prefati Georgii litterati ibidem habite vicinis et commetaneis eiusdem universis et signanter prefatis Matthei Hwnghy et Georgio Kossa vicinis necnon nobilibus Georgio Negre de Zlathyna, Elia Bank de dicta Zarwazo, Iohanne Pap de Feyerheghaz, Michaelae Mayos de eadem, Dan Pap de Kezepsowapsa et Petro de dicta Feyerheghaz commetaneis aliis eciam quam pluribus probis viris inibi legitime convocatis et presentibus accessissent idemque homo regius dicto nostro testimonio presente introduxisset iam fatos Georgium litteratum et Petrum fratrem eius in dominium eiusdem statuissetque eandem eisdem premissis iure et nove annotati domini nostri regis donacionis titulo ipsis incumbentem perpetuo possidendam nullo penitus inibi nec exposit coram nobis contradictore apparente legitimis tamen diebus et horis congruis in facie eiusdem moram facientibus et protrahentibus.

In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine roboratas duximus concedendas.

Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis premissarum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

Ludovicus II rex Hungariae comitatibus Szatmáriensi et Szabolcsiensi mandat, ut inquirant, utrum Georgius Nagy tempore insurrectionis rusticis adhaeserit, an non.

Transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 29 Ianuarii anno 1520 editum (v. no 366). Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 23320 (ante: Neoregistrata Acta f. 830 no 30). Reg. Márki, Dósa, p. 346 (Hungarice).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris universis et singulis egregiis et nobilibus ac alterius cuiuscumque status et plebee conditionis Zathmariensis et de Zabolch comitatum hominibus presentes visuris salutem et gratiam!

⁵ Expositum est maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii Iohannis Wytheez de Kyskallo, quomodo ipse contra quendam Georgium Nagh de Kyspyrycze quandam attestacionem per modum communis inquisitionis fiendam super eo, quod ipse Georgius Nagh tempore insurrectionis rusticorum cruciatorum contra universam nobilitatem huius
¹⁰ regni nostri Hungarie seviencium atque tumultuancium eisdem rusticis cruciatis in omnibus eorum sceleratis actibus, rapinis videlicet ac interempcionibus et depredacionibus rerum et bonorum aliorum regnicolarum nostrorum adhesisset seque participem prebuisset, per vos celebrari facere haberet. Formidaret tamen idem exponens, ne aliqui ex vobis
¹⁵ favore forsitan partis alterius allecti se se a dicenda veritate abstraherent communem iusticiam eidem per hoc abnegantes, que cum nemini debeat abnegari.

Pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatinus acceptis presentibus dum et quandocumque nomine prefati
²⁰ exponentis cum presentibus fueritis requisiti vel alter vestrum fuerit requisitus in loco et termino per ipsum exponentem vobis prefigendum sub onere sedecim marcarum gravis ponderis per vicecomites et iudices nobilium vestros super eos, qui ex vobis cum presentibus requisiti attestacioni premissae interesse inibique veritati testimonium perhibere recusaverint, vigore generalis decreti regni nostri immediate et irremissibiliter exigente simul vel divisim convenire ac in presenciam fidelis nostri egregii magistri Stephani de Werbewecz personalis presencie nostre locum tenentis aut hominis sui per eum ad id deputati accedere ibique de negotio premissis, utrum scilicet prenarratus Georgius Nagh antedictis
³⁰ rusticis cruciatis adhaeserit <in> sceleratisque actibus eorundem particeps fuerit necne, quicquid et qualis vobis superinde constat certitudo veritatis suo modo fateri dicereque et referre modis omnibus debeatis et teneamini, super qua quidem fassione et attestacione vestras litteras tandem prefato exponenti necessario per annotatum magistrum Stephanum de Werbewecz sub sigillo nostro iuridico apud ipsum habito
³⁵ dari volumus et mandamus iuris sui ad cautelam secus igitur nullo modo facturi presentibus perlectis exhibenti restitutis!

Datum in oppido Bathor feria secunda proxima post festum epiphaniarum Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo.

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Aradinensis mandat, ut canonicos ecclesiae Cenadinensis moneat litteras tempore insurrectionis conservandi gratia delatas Francisco Csaholyi episcopo Cenadinensi restituere.

Transcriptum capituli ecclesiae Aradinensis die 17 Februarii anno 1520 editum (v. no 368).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 72437 (ante: Archivum familiae Mándy).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Orodienis salutem et gratiam!

Expositum extitit maiestati nostre in persona fidelis nostri reverendi domini Francisci de Chahol episcopi ecclesie Chanadiensis, quod quamvis in anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto, quo scilicet tempore et anno populi et rustici, qui sub nomine cruciate contra maiestatem nostram et in perniciem tocius fere nobilitatis tumultuabant et insurrexerant ac multa terribilia et pene inaudita mala perpetrabant, hoc est circa festum Sancte Individue Trinitatis in dicto anno Domini millesimo quingentesimo decimo quarto transactis preteritum inter alia eandem civitatem Chanadiensem subintrassent, extunc honorabiles magistri Iohannes archidiaconus Thoronthaliensis, Stephanus Zarwady custos necnon Clemens cantor, Iohannes de Zylka, Clemens de Gywla, Thyburcius de Illye canonici ecclesie Chanadiensis, preterea Thomas de Zyppa Sebesiensis, Urbanus Crassoviensis archidiaconi ac Seraphin prepositus ecclesie collegiate sancti Salvatoris eiusdem ecclesie et ceteri canonici prefate ecclesie Chanadiensis universas litteras et litteralia instrumenta puta donacionales, statutorias, reambulatorias, confirmacionales, consensuales ac metales necnon expeditorias et compositionales et alias quaslibet causales factum universorum bonorum, oppidorum, possessionum porcionumque et iurium possessionariorum dicti episcopatus ecclesie ipsius exponentis Chanadiensis intra ambitum huius regni nostri ubivis existencium et habitorum, signanter vero factum totalis possessionis iam fati episcopatus dicte ecclesie eiusdem exponentis Parazthy appellate in comitatu Chanadiensi existentis habite necnon cuiusdam silve predicti exponentis Chwkat noncupate in territorio eiusdem possessionis Parazthy existentis habite et adiacentis tangentes et concernentes inter premissa disturbia et sediciones quodam modo manibus eorum acceperint et applicaverint et licet certam partem earundem litterarum et litteralium instrumentorum eidem exponenti ad plurimas petitiones suas, quas scilicet sponte voluissent, restituerint, residuitatem vero prescriptarum litterarum et litteralium instrumentorum factum predictorum oppidorum, possessionum porcionumque et quorumlibet iurium possessionariorum, presertim vero antedicte possessionis ipsius exponentis Parazthy necnon preallegate silve sue Chwkat tangencium et concernencium reddere recusassent, prout recusarent eiam modo eadem et eadem apud se propria ipsorum auctoritate violenter tenerent et conservarent eiam de presenti potencia mediante in grave preiudicium et damnum iuriumque derogamen dicti exponentis valde magnum.

Super quo fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Iohannes Seryeny de Bathyda sin Ladislaus Wamos

de Thaad seu Thomas de Zenthjanos sive Iohannes de Thewrewsd aliis
absentibus homo noster ad prefatos Iohannem archidiaconum necnon
45 Seraphyn prepositum necnon alios predictos archidiaconos et canonicos
prenominate ecclesie Chanadiensis accedens amoneat eosdem dicatque
et committat eisdem verbo nostro regio, ut ipsi predictas universas litte-
ras et litteralia instrumenta factum preallegatorum universorum bono-
rum, oppidorum possessionumque ac porcionum et quorumlibet iurium
50 possessionariorum, potissime vero prescripte possessionis dicti exponentis
Parazthy et silve pretitulate Chwkat tangentes et concernentes nondum
restituta eidem exponenti plene et effective reddere restituereque et
resignare debeant et tene[antur], qui si fecerint bene quidem, alioquin **
secundum vim et [formam] decreti regni nostri superinde [edi]ti et stabili-
liti contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Georgii martiris
Maii 1 proxime venturi in curiam nostram regiam [nostramque] personalem
in presenciam rationem superinde reddituros efficacem et post hec huius
modi amonicionis et evocacionis seriem cum amonitorum et evocatorum
nominibus, ut fuerit expediens, octavas ad predictas dicte nostre perso-
60 nali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria secunda proxima ante festum beati Pauli primi
heremite anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

1520 Ianuarii 13

365

*Conventus ecclesiae de Kolozsmonostor a Stephano Bánffy Georgium Baksa
pro fidelitate, quam idem tempore insurrectionis exhibuit, nobilem factum esse
testatur.*

In libro e charta 12 × 31 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 36402 fol. 82 (ante: Archivum conventus
ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, Protocollum „magno”).

Ed. *Oklevéltár a Bánffy család történetéhez* II, no 405.

Conventus monasterii beate Marie virginis de Colosmonostra universis
Christi fidelibus presentibus et posteris presens scriptum inspecturis
salutem in salutis auctore!

Ad universorum noticiam presencium serie cupimus pervenire, quod
5 egregius Stephanus Bánffy de Lossoncz accedens in nostri presenciam
personaliter oneribus et quibusvis gravaminibus Iohannis, Nicolai et
Ladislai filiorum aliorum eciam quorumlibet filiorum fratrumve et con-
sanguineorum suorum in subscriptis super se levatis et assumptis spon-
tanea mente liberaque voluntate confessus extitit in hunc modum: quo-
10 modo ipse pensatis et provide rationis sue examine recensitis diuturnis
serviciis et serviciorum gratissimis meritis nobilis Georgii Baxa de
Krazna, quibus idem tum sibi tum vero predecessoribus fratribus suis
prompta semper sollicitudine et fidelitatis cum constancia presertim
cum seva rusticorum sedicio per totum fere regnum Hungarie et partes

364: 45 post canonicos del. predictos || 53 lac. 15 litterarum

365: 2 post et del. futuris

- ¹⁵ Transsilvanas fervebat et crudelia queque atque impia in Deum et homines promiscue patrabat, adesse non desivit, quandam unam sessionem seu fundum curie, domum et edificia habentem alias iobagionalem suam in oppido Krazna predicto in comitatu de Krazna existenti habitam, que olim cuiusdam Benedicti Bacho iobagionis sui prefuisset et in qua
²⁰ ad presens iam fatus Georgius Baxa residenciam habet specialem . . . prenominato Georgio Baxa suisque heredibus et posteritatibus universis pro premissis eiusdem serviciis dedisset, donasset et contulisset nichilominusque eundem Georgium Baxa heredes eciam et posteritates eiusdem quoslibet sessione et domo in eadem nobilitasset . . .
²⁵ Datum feria sexta proxima post festum beati Pauli primi heremite anno Domini 15XX.

1520 Ianuarii 29 — Bátor

366

Ludovicus II rex Hungariae inquisitionem, utrum Georgius Nagy tempore insurrectionis rusticis adhaeserit, an non, in comitatibus Szatmáriensi et Szabolcsiensi factam litteris commendat.

In charta 43×91,5 cm lacerata mancaque.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 4).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 23320 (ante: Neoregistrata Acta f. 830 no 30). Ed. Márki, Dósa, p. 346 (partim, Hungarice).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus per presentes, quod egregius magister Stephanus de Werbewcz personalis presencie nostre locum tenens nostram personale veniens in presenciam exhibuit nobis et presentavit quasdam litteras nostras
⁵ preceptorias in papiro patenter emanatas in certa sui sibi sonantes hunc tenorem continentes:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 9 Ianuarii anno 1520 datae (v. no 363).

Quibus exhibitis et presentatis idem magister Stephanus de Werbewcz retulit nobis in hunc modum, quod cum ipse nobilem magistrum Nicolaum Myske de Bago minoris cancellarie nostre notarium hominem scilicet suum in persona sua ad infrascriptam fassionem audiendam legitime transmisisset, tunc idem Nicolaus Myske exinde tandem reversus eidem retulisset hoc modo, quomodo ipse diebus et terminis in subscriptis omnes testes infrascriptos coram ipso personaliter constitutos super premissis requisitos habuisset, qui ad fidem eorum Deo debitam fidelitatem
¹⁰ que nobis et sacre corone nostre observandam taliter fassi fuissent.

¹⁵ Item primo ac principaliter in oppido Bathor feria quarta proxima post festum beati Pauli primi heremite providus Michael Chorba iobagio magnifici Andree de Bathor in eodem opido Bathor commorans fide, ut
²⁰ ad predictum opidum Bathor venissent, tunc ille Georgius Nagh in dicto videlicet oppido Bathor residens et alii quam plures homines metu per-

366: 13 ipso supra scr.

ad dictum opidum Bathor domum scilicet solite sue residencee regressus
fuisset res etiam quam plures utputa equos et plura alia eo tunc secum
adduxisset. Hoc tamen an ille res per ipsum Georgium ex rapinis
75 quesite vel autem propriis pecuniis empte fuissent, penitus ignoraret.

Item providus Michael Koehy iobagio annotati Andree de Bathor in
eodem opido Bathor residens iuratus et examinatus fassus fuisset scitu,
quod predictus Georgius Nagh inter cruciatos fuisset et fassus extitisset
eciam scitu, quod ipse attestans mox post extinctam rusticanam illam
80 sedicionem a prefato Georgio Nagh unum equum in concambio acceperat,
sed post aliqua tempora rursus idem Georgius equum a se in concambio,
ut prefertur, acceptum a prefato attestante furtive abduxisset.

Item providi Blasius Mezaros, Paulus Balog, Blasius Kewmywes et
Michael Was iobagiones eiusdem Andree Bathory in dicto opido Bathor
85 residentes iuramento mediante examinati fassi extitissent scitu, quod
prefatus Georgius Nagh crucifer fuisset et cum prenotato Matheo pres-
bitero capitaneo per certa etiam tempora constitutus fuisset, nil tamen
ipsis de aliis premissis constaret.

Ian. 12 Tandem feria quinta proxima post dictum festum beati Pauli primi
90 heremite in possessione Geztheregh fide sua mediante examinatus pro-
vidus Benedictus *** [iob]agio egregii Anthonii de Parlag in prefata
possessione Geztheregh commorans fassus fuisset in hunc modum, quod
cum rustici cruciferi ad ipsam possessionem Gez[theregh venissent,
t]unc ipse perterritus in quandam officinam seu domum fabrilem vulgo
95 wynnye vocatam profectus fuisset ibique quosdam homines audivisset
dicentes: „Ecce — inquit — ille ***” res Simonis presbiteri super eo,
quod ipse res illas nec sciret neque etiam audivisset, ubi esse[nt], iura-
mentum deposuit, post iuramentum tamen suum depositum ex mantica
***[tan]yzthrabol unum pileum ex pellibus mardurinis confectum et unam
100 securim prescripti Simo[ni]s presbiteri extraxerunt. Tamen dixisset
idem attestans, quod nesciret, si hoc ***.

Item providus Barnabas Dorman iobagio annotati Anthonii Parlagy
in dicta possessione Geztheregh residens fassus extitisset scitu, quod cum
predicti rust[ici cruciati ad prescriptam possessionem] Geztheregh venis-
105 sent illacque ante quandam domum stetissent, tunc quidam ex eis in
hec verba locuti fuissent: „Aliqui — inquit — homines universas res et
bona Simonis [plebani in possessione My]ske e domo sua asportaverunt,
sed etiam per iuramenta extorta res easdem inter nos exquiram[us].”
Et hoc dicto quam plures homines de et super eo, quod ipsi, ubi res ille
110 repo[site fuissent, ig]norarent, iurare coegissent. Inter alios vero quen-
dam hominem similiter super eadem re iurare fecissent, post illius tamen
iuramentum depositum pileum unum mardurinum et u[nam se]curim
[de] mantica eiusdem hominis iurati extraxissent. Quis tamen homo ille
fuisset, sibi minime constaret.

115 Item providus Elek de Geztheregh iuramento mediante
examinatus fassus fuisset scitu, quod cum rustici crucigeri dixissent:
„Exquiramus — inquit — inter nos res Simonis presbiteri etiam iura-

88 ipsis supra scr. || 91 lac. 12 litterarum || 96 lac. 30 litterarum || 99 lac. 33 litterarum || 101 lac. 33 litterarum | forte: bene verum fuisset cf. vers. 130 || 102 post Barnabas del. domus

mento mediante". Hoc audito ipse quoque attestans cum aliis hominibus consociis scilicet suis res easdem queritare cepisset. Inter querendum
120 autem ipse attestans medio tempore audivisset quosdam homines dicentes: „Ecce — inquit — Georgius Magnus super eo, quod ipse res Simonis presbiteri minime haberet, iuramentum deposuit, tamen illo suo iuramento deposito de mantica eiusdem Georgii quasdam res predicti Simonis presbiteri extraxerunt". Inter illa vero dicta nonnulli ho-
125 mines quendam hominem Ge{r}orgium cognominantes monstrassent dicentes, quod ille esset, qui iuramentum minus iuste deposuisset. Tamen ipse attestans neque eo tunc neque eciam in presenti illum Georgium cognovisset.

Item providus Paulus Nesthe de dicta Geztheregh iobagio prenotati
130 Anthonii Parlagy iuratus et examinatus fassus fuisset scitu, quod hoc bene verum foret, quia prefatus Georgius Nagh res prenotati Simonis presbiteri cum aliis quibusdam hominibus rusticis consociis videlicet suis depredasset et iuramentum eciam super eisdem rebus, quod ipse minime haberet, deposuisset, post iuramentum tamen suum depositum
135 de capsula eiusdem Georgii quasdam res eiusdem Simonis presbiteri unum pileum videlicet ac unam securim extraxissent.

Item providus Mathyas enim iobagio prefati Anthonii Parlagy in possessione Gezthregh residens fassus fuisset eciam scitu precise eo modo, sicuti prenotatus Paulus Nesthe attestans.

140 Item providus Petrus Kys de Gezthregh iobagio Luce de Kysmaria fide sua mediante fassus extitisset similiter scitu, quod ipse vidisset a quodam homine unam securim fuisse receptam, quis tamen homo ille fuisset, ignorasset.

Ian. 12 Item feria quinta proxima post festum beati Pauli primi heremite
145 predictum eadem die in possessione Bolth providus Gallus Bodor iobagio nobilis Iohannis de Bolth in eadem possessione Bolth residens iuramento mediante examinatus fassus fuisset scitu hoc modo, quod cum rustici cruciati ad ipsam possessionem Bolth venissent, eo tunc et prefatus quoque Simon presbiter memorato Matheo capitaneo videlicet aliorum
150 rusticorum dixisset: „Domine — inquit — Mathe omnes res meas aliqui homines et domo mea asportaverunt, rogo igitur vestram dominacionem faciat reddi". Hoc dicto idem Matheus presbiter furore quodam ductus mox respondisset: „Obtrunca — inquit — istam bestiam!" Eo audito statim quidam magnus homo lorica quadam ac tunica vulgo coloris was-
155 zyn indutus procedens gladio evaginato in eundem Simonem presbiterum irruens dixisset: „Si — inquit — una solummodo vice rursus hoc diceretur, profecto obtruncarem". Ipsum scilicet hominem illum ipse attestans minime cognovisset.

Ian. 13 Ceterum feria sexta proxima post prenotatum festum beati Pauli
160 primi heremite in possessione Myske providus Michael Weg in possessione Myske residens iuramento mediante examinatus fassus fuisset scitu, quod ipse vidisset quendam hominem magnum, qui loricam super se ferebat, inter alios rusticos cruciferos in destructione cuiusdam domus nobilitaris in ipsa possessione Myske habite interfuisse, tamen ipse atte-
165 stans, quis homo ille fuisset, haud compertum habuisset.

127 Georgium *supra scr.* || 148 possessionem *supra scr.*

Item domina Ursula relicta providi condam Stephani Wonza iobagio
prefate domine relicte Petri Perkedy in iam dicto possessione Myske
commorans iurata et examinata fassa fuisset scitu, quod dum rustici
crucia[ti] ad illam possessionem Mys[ke] venissent, interim quedam
170 domina amica sua ad ipsam transisset sicque eandem alloquens rogasset:
„Rogo — inquit — te proficiscamur circa domum plebani, dixerunt
enim quosdam homines domum ipsam confregisse res eciam ipsius ple-
bani ex eadem abduxisse, videamus ergo si ita factum est”. Ipsa vero
domina prefate domine resp[on]disset: „Certe — inquit — ego illuc
175 minime proficiscar, timeo enim ne ab ipsis aliquo pacto ledar”. Sed tan-
dem neglectis huiusce modi dictis iuxta vota prefate domine amice sue
circa prenotatam domum una perrexissent. Cum autem illic constituti
fuissent, extunc hostia ipsius domus confracta vidisset, quendam eciam
hominem loriam super se habentem de ipsa domo egred[i] unamque
180 securim secum eundem hominem efferre vidisset quemque eadem do-
mina attestans allocuta fuisset: „Bone — inquit — domine quare aufers
hinc securim illam, scis enim quia satell[ites] ipsos secures ferre non
debet”. Ille vero homo ipsi domine attestanti respondisset: „[E]h — in-
quit — neque tu scis, cuius sit ista securis”. Hoc dicto idem homo rursus
185 ad ecclesiam in preallegata possessione Myske existentem irruisset ho-
stioque eiusdem ecclesie per eundem hominem dissecato ipsam ecclesiam
intrasset. Cum autem ipsa domina attestans vidisset hominem illum tanta
scellera perpetrare a quodam homine percunctata fuisset, quisnam homo
ille fuisset, ille vero homo Georgium Magnum fore cognominasset, tamen
190 ipsa domina attestans hunc Georgium minime agnovisset. Ceterum et
hoc fassa fuisset scitu, quod homo ille predictus alios rusticos ad disse-
candam et destruendam quandam domum nobilitarem in ipsa posses-
sione Myske habitam vi coartasset, immo et quandam hominem ex eo,
quod idem homo ad dissecandum dicte domus nobilitaris transire non
195 festinasset, cum quadam securi super caput suum tetigisset, qui mox in
terram corruisset.

Item domina Anna consors providi Emerici Zewch de Myske iobagio-
nis egregii Francisci de Zokol fide sua mediante iurata et examinata
fassa extitisset scitu, quod dum rustici cruciati in dicta possessione
200 Myske constituti fuissent, ipsa vero pro certis rebus suis peragendis ad
cimiterium ecclesie intrasset, extunc unus homo magnus obviam procedens
ipsi domine attestanti dixisset: „Domina — inquit — habentur in
ecclesia ista alique res?” Cui ipsa domina tunc respondisset: „Credas —
inquit — quod in ista ecclesia nil rerum habetur”. Ille vero homo rursus
205 ipsi domine attestanti nequaquam id se crediturum velle affirmasset et
hoc dicto immediate hostium sacristie dissecare cepisset, qua dissecata
sacristiam ipsam intrasset tandemque ex eadem sacristia reversus rursus
eidem domine attestanti dixisset: „Verum — inquit — dicebas, quia nil
rerum hic invenire potui”. Et hoc dicto statim idem homo cum aliis
210 complicibus suis ad domum plebani irruisset ex eademque domo quam
plures eciam res exportasset. Cum autem alii quidam homines ipsum res
illas habere vidissent, tunc aliqui ex eis prefatum hominem Georgium
cognominantes rogassent, ut ipsis de prescriptis rebus antefati plebani

215 dare vellet, quo viso et ipsa domina attestans peccasset, ut sibi quoque de rebus illis daret, cui sic rogatus idem homo ex illis rapinis unum lintheamen et unam camisiam tradidisset, sed tandem eadem domina plebano res illas reddidisset.

Item domina Elizabeth relicta condam Blasii Hathhazy de Myske iobagio nobilis Pauli Hodos iuramento mediante examinata fassa fuisset scitu, quod cum cruciferi predicti ad prenotatam possessionem Myske intrassent, extunc prefatus Georgius Nagh loricam quandam super se habens in ipsam dominam evaginato gladio irruisset, ipsa tamen domina divino nutu ita volente se ab impetitione ipsius Georgii eliberasset, post ista vero facta mox ad ecclesiam ibidem fundatam simul cum aliis consociis suis irruisset et sic ecclesiam ipsam confregissent et insuper idem Georgius alios rusticos cruciatos ad destruendam domum nobilitarem in dicta possessione Myske existentem incitasset ac ipsos percuciens coartasset.

Item honorabilis Simon presbiter plebanus de Gezthregh prefata ad consciencie sue puritatem fassus extitisset, quod ipse illo disturbiorum tempore in dicta possessione Myske plebanus fuisset, pro certis vero rebus suis peragendis ad ipsam possessionem Gezthregh eo tunc profectus fuisset, medio autem tempore cum idem attestans negocia sua perageret, quidam homo ad ipsum venisset eidemque sic locutus fuisset: „Domine plebane eamus – inquit – domum, quia aliqui homines cruciferi domum tuam confregerunt res eciam tuas fere omnes de eadem asportaverunt”. Et hoc dicto ipse attestans simul cum eodem homine ad redeundum iter cepisset, cum autem ad predictos homines cruciatos pervenisset, extunc prenotato Matheo presbitero hec verba protulisset: „Rogo – inquit – v(estram) d(ominacionem), quatinus easdem res meas e domo mea asportatas faciat reddi”. Tuncque prefatus Matheus presbiter respondisset: „Obtrunca – inquit – hanc besthiam!” Quo audit mox prefatus Georgius Magnus ipsum attestantem nescitur quamobrem iuxta commissionem ipsius Mathei presbiteri obtruncare conatus fuisset, eo viso idem attestans salutis sue consulere volens dicto homini consocio suo [sic] dixisset: „Pereant – inquit – potius omnes res mee, quam hic moriar; transeamus domum!” Et sic idem attestans ad domum suam se contulisset. Tandem vero cum prescripti cruciferi ad possessionem [Gezthregh] predictam ivissent ibi quoque nonnulli homines prenarratas res ipsius exponentis exquirere volentes quam plures homines iuramentis ipsorum super eo, utrum scilicet res easdem vidiss[ent] *** extortis examinasent. Inter alios vero homines prefatum quoque Georgium Nagh iuramento mediante de premissis rebus modo simili percunctati fuissent, nil tamen *** professus fuisset, tamen post illud suum iuramentum depositum apud eundem Georgium inmemor – ut creditur – factum fidei sue Christiane ex prefati attestantis rebus unum [pileum mardurinum et unam se]curim invenissent et sic ab eodem Georgio reaccepissent.

Jan. 14 Demum sabbato proximo post dictum festum beati Pauli primi heremite in possessione Kyskallo p[ro]vidus] *** [iuram]ento mediante
260 examinatus fassus fuisset scitu id bene sibi constare, quod memoratus

242 post prefatus del. Matheus || 251 lac. 25 litterarum || 254 lac. 33 litterarum || 257 post invenissent del. ab || 259 lac. 28 litterarum

Georgius Nagh inter cruciatos fuisset et hoc quoque similiter scitu fassus fu[isset, quod cum cruciferi rustici] ad possessionem Myske predictam perrexissent domumque nobilitarem in eadem possessione Myske habitam destruere cepissent, tunc idem Georgius Magnus alios r[usticos ad
265 dissecandam et destruendam] domum vi compulisset ac in omnibus eciam actibus eorundem particeps fuisset.

Jan. 15 Postremo die Dominico proximo post eundem festum beati Pauli primi heremite in possessio[ne Bogath providus] Michael Waryas iobagio nobilis Nicolai de Bogath iuramento mediante examinatus fassus fuit
270 scitu, qualiter illo disturbiorum tempore quidam amicus suus *** ipsi dixisset: „Charissime frater, Michael, eamus – inquit – ad cruciferos, nam opus est nobis ad ipsos protulisset”. Ipse vero attestans respondisset: „Si – inquit – proficiscendum nobis ad eo[s] fuerit, audacter eamus”. Rursumque ille amicus suus respondisset aliud quoque in hac
275 re fieri minime posset, nisi om<n>ino opus esse eisdem ad ipsos proficisci. Inter alia vero idem attestans cum dicto amico suo ad prefatos cruciatos ivisset, cum autem ibi constituti fuissent, tunc ipse attestans vidisset prenotatum Georgium Nagh cum quodam prenotato videlicet Matheo presbitero semper in omnibusque sceleratis actibus eorundem interfuisse.
280 Dum vero ad prescriptam possessionem Myske pervenissent, ipse attestans pro certis suis rebus peragendis ecclesiam eiusdem possessionis Myske intrasset, interim autem pretitulatus quoque Matheus presbiter una cum prenotato Georgio Nagh in eandem ecclesiam intrasset ibique idem Matheus presbiter interrogasset, si clavem sacristie invenissent,
285 necne, cui aliqui respondissent, quod nondum invenissent, ipse autem Matheus presbiter statim huic Georgio respondisset: „Capias – inquit – hoc!” Et hoc dicto ille Georgius continuo sedem quandam in eadem ecclesia existentem manibus suis arripisset in altumque levans hostium sacristie percussisset atque hostium illud illico fractum corruisset adeo,
290 ut statim sacristiam ipsam intrassent et sic res, si quas ibidem reperire possent, queritare cepissent, utrum tamen aliquas invenissent, affirmare non posset. Demum hoc facto ad possessionem Bolth ivissent cumque ibi constituti fuissent, medio tempore quosdam clamores audivisset, quibus auditis statim nonnullis consociis suis dixisset: „Eamus – inquit – et videamus, quid nunc ibi agere”. Et hoc dicto illac, unde clamor audiebatur, profecti fuissent et cum illuc pervenissent, extunc vidissent prescrip-
300 tos Matheum presbiterum cum quodam scolare similiter consocio suo quendam presbiterum plebanum videlicet eiusdem possessionis Bolth in terram attractum pro<s>trasse, ipsum vero Georgium unum palum in manibus suis habentem sepius, ut illum presbiterum palo affigeret, per eundem Matheum presbiterum sollicitatum fuisse, ipsum vero Georgium Nagh sepius palum ipsum in posteriorem dorsi eiusdem presbiteri fixisse in tantum, ut eciam alique gutte sanguinis exinde emanate revera fuissent. Item et hoc idem fassus fuisset eciam scitu, quod prefatus Georgius
305 Nagh in omnibus actibus prenotatorum rusticorum particeps fuisset.
Item providus Michael Wary de Bogath iobagio prefati Nicolai Bogathy fassus fuit fide sua mediante se hoc bene scire, quod ille Georgius

267 recte: idem || 270 lac. 25 litterarum || 272 forte: proficisci || 295 post ibi supra scr. ibi et del. | fortasse: agatur || 304 fuisse]fuit corr.

Nagh illo disturbiorum tempore inter cruciatos fuisset et servus sepe
fati Mathei presbiteri fuisset, tamen de aliis premissis nil sibi constasset.

310 Item providus Iohannes Swthor de eadem Bogath iobagio prenotati
Nicolai Bogathy iuramento mediante examinatus fassus extitisset in
hunc modum scitu, qualiter ipse prescripte rusticane insurreccionis tem-
pore in oppido Bathor personalem residenciam fecisset, uno vero die
audivisset in rumore quosdam homines dicentes, quod rustici cruciati
315 ad ipsum opidum venirent ac eo audito quam plures homines metu per-
territi, ex quo percepissent eosdem cruciatis maxima facinora perpetrare,
festinanter claustrum ibidem fundatum intrassent et ipse attestans quo-
que similiter una cum aliis in dictum claustrum ingressus fuisset, interim
autem rustici quoque ipsi cruciferi ad prenotatum opidum Bathor con-
320 sequenterque claustrum predictum modo simili intrassent. Prescriptus
vero Georgius Nagh simul cum ipsis cruciferis existentibus quendam
nobilem condam Petrum Kassay protunc vinculis alligatum pre manibus
suis habens ipsi attestanti tradidisset dicens: „Sutor serves – inquit –
nobilem istum!” Ipse vero attestans, ex quo eo tunc tempore cedere de-
325 bebat, ipsum nobilem tenere cepisset. Medio autem tempore rursus idem
attestans alium quoque nobilem captivatum audivisset ac inter audien-
dum [eundem] nobilem, quem videlicet captivatum fore audierat, ob-
viam sibi adduci vidisset, qui nobilis videns ipsum attestantem sic eun-
dem allocutus fuisset: „Bone magister Iohannes seis – in[qu]it – quia
330 tu iam a multis temporibus michi et familie mee laborasti, si igitur
poteris intelligere a cruciatis me mortem evadere posse, ego unam par-
vam ladulam in cella cantoris mon[ach]i habeo, in qua quidem res quas-
dam, puta picarium argenteum unum necnon florenos aureos ac alias
plusquam ducentos florenos valentes similiter habeo”. Dum vero nobilis
335 ille eidem attestanti susurando talia narrasset, tunc iam fatus Georgius
Nagh singula illa perspexisset atque eo dicto idem attestans versus do-
mum suam ire cepisset. Inter eundem quidam cruciati in ipsum
attestantem irruissent eundemque captivassent et captum ad capita-
neum duxissent, cum autem ante capitaneum statuissent, tunc prenota-
340 tus Georgius Nagh eidem capitaneo dixisset in hec verba: „Is erat – in-
quit – homo, quocum nobilis ille captus paulo ante loquebatur”. Hoc
dicto mox capitaneus ille et alii consimiliter ipsi attestanti palo affigi
comminati fuissent in tantum, ut eidem perterrito premissa omnia pre-
notati nobilis dicta edicere opus fuisset eoque dicto memoratus capita-
345 neus statim prememoratum Georgium Magnum una cum eodem atte-
stante ob eam causam, ut ladulam prescriptam annotati nobilis ex pre-
tacti monachi cantoris cella reducere et ad ipsum perferre deberent,
destinasset. Cum autem ipsi in cellam cantoris pervenissent, tunc memo-
ratus Georgius, ex quo ipse magne stature erat illacque cista sub lecto
350 cantoris iacuisset, ipsemet intrare non valens ipsum attestantem ad
extrahendam ladulam ipsam intrare iussisset et sic idem attestans la-
dulam ipsam extraxisset moxque ille Georgius cum una securi superiorem
partem eiusdem ciste dissecasset, in qua quidem ladula idem attestans
nonnullas res vidisset, puta unam cuppam deauratam ac vittam similiter
355 deauratam et unum cingulum parthaew vocatum, alias vero res ipse

309 recte: constitisset || 316 recte: perpetrata | 335 post ille del. aliquid

attestans ob rei celeritatem videre non potuisset, quippe dissecata illa ladula statim idem Georgius per se ladulam ipsam ad prenarratum capitaneum una cum rebus in eadem habitis abduxisset.

360 Super qua quidem fassione et attestacione nos ad relacionem dicti magistri Stephani de Werbewcz presentes literas nostras patentes prefato exponenti iuris sui ad cautelam duximus concedendas.

Datum in oppido Bathor predicto die Dominico proximo post festum conversionis beati Pauli apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

365 *Dextra subter: Lecta.*

1520 Februarii 8

367

Petrus Eperjesi notarius publicus Christinam viduam Petri Kolti adiurasse se summam pecuniae Annae scilicet viduae Ladislai Solymosi pro redemptione Petri Solymosi tempore insurrectionis mutuo dedisse testatur.

Transcriptum Sebastiani Henkel vicarii ecclesiae Varadinensis surrogati die 20 Aprilis anno 1520 editum (v. no 373).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47351 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo octava die mensis Februarii hora quinta in domo mei notarii publici subscripti presencia de mandato venerabilis domini Sebastiani Henkel surrogati ecclesie Waradiensis et de consensu parcium v[idelicet] domine[Cr]istine relicte
5 condam Petri Kolthy ab una ut actricis et domine Anne relicte condam Ladislai Solmossy et Andree [eius] filii *** ut reorum ab alia partibus prefata domina Cristina actrix in sublementum, ut dicebatur, probacionis sue iuravit, quod [ipsa] in tempore delecionis cruciferorum pro homagio seu redempcione filii videlicet Petri Solmossy et ad petitionem
10 domine [An]ne in causam attracte dedisset florenos viginti quinque cum medio mutuo et sub spe future restitutionis, item quod pro pignore similiter mutuasset eidem domine Anne in causam attracte florenos sedecim etc. presentibus magistris Georgio notario pro actrice et Gregorio litterato pro in causam attractis procuratoribus. Petrus de Epperyes
15 notarius subscripsit.

360 post literas del. literas
367: 6 lac. 3 litterarum

Capitulum ecclesiae Aradinensis regi canonicos ecclesiae Cenadinensis a se monitos et evocatos in praesentiam regiam esse refert.

In charta 29 × 33 cm lacerata aquaque maculata.

Sigilli fragmentum flavae ceræ impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 72437 (ante: Archivum familiae Mándy).

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. domino ipsorum naturali et graciosissimo capitulum ecclesie Orodienensis oraciones in Domino devotas perpetua cum fidelitate!

Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem amonitorias et evocatorias nobis preceptorie sonantes et allatas summo cum honore recepisse: *Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 9 Ianuarii anno 1520 datae (v. no 364).*

Nos itaque premissis commissionibus et mandatis vestre serenitatis in omnibus obtemperare volentes, ut tenemur, una cum nobili Iohanne de Thewrewsd homine eiusdem in dictis litteris inter alios nominatim conscripto nostrum hominem videlicet honorabilem magistrum Petrum de Ebes concanonicum nostrum ad premissa nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem ad nos exinde reversi retulerunt, quomodo ipsi in festo purificationis beatissime virginis gloriose proxime transacto ad civitatem Chanadiensem consequenterque domus et habitationem reverendi domini Clementis episcopi Zewrenyensis et cantoris ac venerabilium Seraphin prepositi ecclesie sancti Salvatoris necnon Iohannis Thoronthaliensis, Urbani Crassoviensis, Thome Sebe-siensis archidiaconorum et Stephani Zarwady custodis ac aliorum canonicorum prescripte ecclesie Chanadiensis in eadem fundatas et habitas accessissent, ubi preinsertos et in litteris vestre serenitatis specificatos personaliter reperissent, idem homo vestre serenitatis preallegato testimonio nostro presente amonisset eosdem dixissetque et commisisset eisdem verbo vestro regio, ut ipsi premissas litteras et litteralia instrumenta factum predictorum universorum bonorum, oppidorum, possessionumque ac porcionum et quorumlibet iurium possessionariorum, presertim vero pretacte possessionis Parazthy et silve prenotate Chwkat tangentes et concernentes eidem exponenti plene et effective nondum restituta reddere restituereque et resignare deberent et tenerentur.

Qui quidem nullas litteras seu litteralia instrumenta ad rationem episcopatus dicte ecclesie Chanadiensis apud se quoquo modo retentas et habere respondissent.

Ob hoc idem homo vestre serenitatis antelato testimonio nostro ibidem adherente premissos dominos capitulares ex porcione ipsorum possessionaria in prelibata Chanadiensi civitate existenti et habita contra annotatum exponentem ad octavas festi beati Georgii martiris nunc affuturi vestram personalem evocasset in presenciam rationem superinde reddituros efficacem.

Datum sedecimo die diei huius modi exequcionis prenotate anno Domini supradicto.

In dorso: Personalis presencie regie maiestatis pro reverendo domino Francisco de Chahol episcopo ecclesie Chanadiensis contra honorabiles

magistros Iohannem archidiaconum Thoronthaliensem necnon Stephanum Zarwady custodem, Clementem de Gywla ac Iohannem de Nyłka canonicos ecclesie Chanadiensis et alios intranominatos ad octavas festi
Maii 1 beati Georgii martiris proxime venturi amonicionis et evocacionis relacio.

1520 Februarii 18

369

Capitulum ecclesie Aradinensis Franciscum Dallyai in dominium possessionum a rege ei datarum introductum esse testatur.

In membrana 37×29 cm.

Sigillum imagine attritum ex filis rubri, viridis caeruleique colorum sericeis pendet.
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 65376 (ante: Archivum familiae Szent-Ivány).

Capitulum ecclesie Orodiensis omnibus Cristi fidelibus presentibus pariter et futuris harum noticiam habituris salutem in omnium salvatore!

Ad universorum noticiam serie presencium volumus pervenire, quod
5 nos litteras serenissimi principis et domini domini Ludovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. domini nostri graciousissimi introductorias pariter et statutorias nobis preceptorie sonantes et allatas summo cum honore recepimus in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 15 Decembris anno 1519 datae (v. no 360).

Unde nos premissis commissionibus et mandatis dicti domini regis
10 semper et in omnibus obtemperare volentes — ut tenemur — una cum nobili Georgio de Waryas homine eiusdem in dictis litteris inter alios nominatim conscripto nostrum hominem videlicet honorabilem magistrum Georgium de Makofalwa cantorem et concanicum nostrum ad
15 premissa nostro pro testimonio fide dignum duximus destinandum, qui tandem ad nos exhinc reversi retulerunt, quomodo ipsi in festo beati
Febr. 3 Blasii episcopi et martiris noviter transacto ad facies possessionis Nyakazozenthmyklos consequenterque porcionem possessionariam dicti Blasii Nyakazo in eadem existentem et habitam vicinis et commetaneis eiusdem universis et signanter nobilibus Michaelae de Tharlod, Stephano
20 Symonffy de Gywred in ipsorum propriis necnon providis Iohanne Nagh in Zekelzeegh relicte condam Michaelis de eadem Zekelzeegh, Ladislao Zy in Abon similiter relicte condam Mathie de Mothnok necnon Andrea Byro, Iohanne Radozla et Barnaba Feyer in dicta Nyakazozenthmyklos prefati Blasii Nyakazo premissis in possessionibus iobagionibus commorantibus in eorundem dominorum ipsorum nominibus et personis inibi
25 legitime convocatis et eisdem presentibus accessissent ibique idem homo prefati domini regis antelato testimonio nostro presente introduxisset prelibatum Franciscum de Dallya in dominium eiusdem statuisset eandem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet
30 premissis donacionis titulo ipsi incumbentem perpetuo possidendam in faciebusque eiusdem ac tandem nostri in presencia legitimis diebus et horis congruis iuxta regni consuetudinem commorans nullo penitus contradictore apparente.

In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras
35 nostras privilegiales pendentis et autentici sigilli nostri munimine ro-
boratas eidem duximus concedendas.

Datum per manus magistri Pauli de Kenderes lectoris et concanonici
nostri sabbatho proximo ante festum kathedre beati Petri apostoli anno
Domini millesimo quingentesimo vigesimo presentibus ibidem honora-
40 bilibus dominis Georgio de Makofalwa cantore preinserto, Michaelae de
Zeghedino custode, magistris Vito de Ezzek, Stephano de Papy, Seba-
stiano de Menesy et Andrea de Monozlo ceterisque fratribus et concano-
nicis nostris in prefata Dei ecclesia regi sempiterno iugiter famulantibus
et devote.

1520 Martii 26 — Buda

370

*Ludovicus II rex Hungariae Sebastiano Henkel vicario surrogato ecclesiae
Varadinensis mandat, ut causam inter Christinam viduam Petri Kolti et Andream
Solymosi motam personalem ad praesentiam regiam transmittat.*

Transcriptum Sebastiani Henkel vicarii ecclesiae Varadinensis surrogati die 20 Aprilis
anno 1520 editum (v. no 373).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47351 (ante: Archivum Musei Hungariae Na-
tionalis).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidei nostro ho-
norabili vicario ecclesie Waradiensis salutem et graciam!

Expositum est maiestati nostre in persona fidelis nostri nobilis Andree
de Solmos, quomodo ipsum exponentem superioribus hys temporibus no-
biles Andreas de Cheged ac domina Potencia<na> consors eiusdem et
5 Cristina relicta nobilis condam Petri de Kolth <ratione et pretexto non-
nullorum negociorum nonque spirituale forum, sed seculare iudicium con-
cernencium tui in presenciam traxissent in causam, in qua in procedendo
eundem exponentem ad instanciam prenominatorum Andree Chegedy ac
10 dominarum Potenci<an>e consortis eiusdem et Cristine <relicte> olim
Petri Kolthy aggravare pretenderes et nitereris et iam de facto aggravas-
ses in eisdem exponentis preiudicium et dampnum manifestum.

Unde quia cause iudicium seculare concernentes non in presenciis
aliquorum iudicum spiritualium, sed in curia dumtaxat nostra regia
15 coram iudicibus scilicet eiusdem ordinariis verti solent et adiudicari, pro
eo fidelitati tue harum serie firmiter precipientes committimus et man-
damus, quatenus acceptis presentibus litteras quoque super prenotata
adiudicacione tua minime dare vel si iam dedisses, illas ab eisdem petere,
sed potius causam parciam prescriptam partes inter easdem coram te,
20 ut prefertur, motam statu in eodem, in quo nunc dependet, absque omni
ampliori processu simul cum tota sua serie in dictam curiam nostram
scilicet personalem in presenciam ad terminum per litteras tuas ipsis
partibus prefigendum modis omnibus transmittere debeas et teneris
revidendam, quam si non seculare iudicium, sed spirituale forum con-

369: 38 post nostri sequuntur verba presentibus — custode et posterius litteris a, b et c
indicibus post verba sabbatho — vigesimo insequenda significantur

²⁵ cernere agnoverimus, extunc eandem [q]ues[tionem] in [tuam] presentiam remitteremus terminandam, secus igitur non facturi presentibus perfectis exhibenti restitutis!

Datum Bude feria secunda proxima post festum annunciacionis beatissime Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

1520 Martii 27 — Buda

371

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesie Varadinensis mandat, ut nobiles quidam in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducantur.

Transcriptum capituli ecclesiae Varadinensis die 8 Septembris anno 1520 datum, quod in copia litterarum Requisitorum etc. anno 1590 datarum simplici 18 saeculi invenire potes — uti ex copia photographica videtur.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Familia Vécsey f. 4 no 321.

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Varadinensis mandat, ut egregii Ioannes condam Davidis Zolyomy de Albes nec non Ladislaus olim Georgii et Franciscus eiusdem Nicolai similiter Zolyomy de eadem Albes . . . in dominium totalium possessionum Zékelhid, Feologd, Olto-
⁵*many, Koly, Albes, Molnospetri, Hocal, Chatar, Iankafalva, Zemjin, Sarfess, Dioszegh et Raczfalva cunctarum ac porcionum possessionariorum puta directarum et aequalium medietatum possessionum Petres, Egyid et Samsom cunctarum omnino in Bihariensi, item totalium possessionum Zazar, Fölsöoroszfalva et Bozoncha nominatarum omnino in*
¹⁰*Szatmariensi comitatibus existencium et habitarum, in quarum omnium pacifico dominio iidem Ioannes, Ladislaus et Franciscus progenitores ipsorum ab antiquo perstitisse se seque etiam de praesenti persistere litterasque et litteralia instrumenta atque privilegia efficacissima et sufficientissima superinde habuisse, sed superioribus annis, quibus gens*
¹⁵*rustica per hoc ipsum regnum nimium insurgens varia maleficia, enormitates et alia multiplicia malorum genera patrare per ipsam eandem gentem rusticam abductas et disperditas esse asserunt . . . donationis titulo introducantur.*

Datum Budae tertio die passionis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo regnorum *ipsius regis* Ungariae et Bohemiae etc. anno quinto.

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Gregorius Gecsei in dominium domus, cuius litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducatur.

In charta 30×30 cm lacerata mucoreque infecta.

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae L no 53.

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobilis Gregorius filius condam Laurentii Lewrynczffy de Gechye in dominium domus et curiae ex sessione — ut dicitur — nobilitatae in oppido regio Wary nuncupato ad castrum regium Munkach vocatum
⁵ *pertinenti ex opposito domus plebanie adiacentis, in cuius pacifico et quieto dominio idem Gregorius prefatum condam Laurentium Lewrynczffy patrem suum ex donacione perennali serenissimi principis domini condam Mathie regis . . . perstitisse et se quoque eciam de presenti persistere litterasque et litteralia instrumenta super eadem domo et curia*
¹⁰ *nobilitata sufficientes habuisse, sed illas atque illa superioribus annis tempore disturbiorum rusticorum in ecclesia parochiali possessionis Musay appellate per eosdem rusticos concrematas et incinerata fuisse asserit . . . nove . . . donacionis titulo introducatur.*

Datum Bude feria sexta proxima ante Dominicam palmarum anno
¹⁵ Domini millesimo quingentesimo vigesimo regnorum *ipsius regis* Hungariae et Bohemiae etc. anno quinto.

Sebastianus Henkel vicarius surrogatus ecclesiae Varadinensis causam, quae inter Christinam viduam Petri Kolti et Annam viduam Ladislai Solymosi ob summam pecuniae Petrum Solymosi redimendi causa tempore insurrectionis mutuo sumptam est mota, personalem ad praesentiam regiam transmittit.

In charta 29×62,5 cm lacerata.

Sigilli vestigium viridi cerae impressi anularis, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 47351 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia regi Hungariae et Bohemiae etc. domino meo naturali graciosissimo eiusdem vestre serenitatis humilis capellanus et orator Sebastianus Henkel de Lewchovia archidiaconus de Bekes et canonicus ecclesie Waradiensis ac in officio
⁵ *vicariatus per venerabilem et egregium dominum Philippum de Alba Regia d(ecretorum) doctorem vicarium ecclesie Waradiensis etc. in huius modi officio vicariatus in spiritualibus iudex generaliter surrogatus oraciones in Domino devotas!*

¹⁰ *Vestra noverit serenitas, quod orta alias coram r(everendo) p(atre) domino Nicolao episcopo Swacinensi et canonico ac in officio vicariatus*

prefati domini Philippi d(ecretorum) d(octoris) archidiaconi et vicario pre-
decessore causa seu litis et questionis materia inter nobiles Andream de
Cheged ac dominam Potenci(an)am consortem eiusdem et Cristinam
relictam condam nobilis Petri Kolthy de Kolth ut actores ab una et
15 prefatos nobiles Andream Solmossy et Annam eius matrem de Solmos ut
in causam attractos partibus ab altera de et super viginti quinque floren-
nis cum medio, quos ipsa domina Cristina dicte domine Anne ad fidem
suam dedisset et assignasset, in qua prefatus reverendus dominus Nico-
laus episcopus tunc vicarius de anno Domini millesimo quingentesimo
20 decimo nono undecima die mensis Marcii in loco sue solite audiendarum
causarum dicte ecclesie Waradiensis ad iura reddenda et causas audiendas
pro tribunali sedisset, extunc honorabilis magister Georgius de Ryma-
zombath procurator nomine quo supra Andree Chegedy, Potenciane eius
consortis ac domine Cristine relicte condam nobilis Petri Kolthy et contra
25 nobiles Andream Solmossy et Annam eius matrem de Solmos accionem
ipsorum per modum libelli summarii sive summarie petitionis <de> facto
et realiter obtulit huius modi sub tenore:

*Sequuntur litterae Nicolai vicarii ecclesiae Waradinensis ante diem 11
Martii anno 1519 datae (v. no 344).*

Quo libello oblato nobilis Benedictus Sarwady nomine procuratorio
Andree Solmossy et domine Anne eius matris preinserti libelli paria{m}
30 sive copiam cum certo termino per eundem dominum Nicolaum episco-
pum tunc vicarium sibi dari et decerni petiit, cui idem dominus Nicolaus
prefatus huius modi libelli copiam decrevit et dedit ac ad respondendum
vel deliberandum octavum diem prefixit et statuit.

Deinde termino adveniente in die videlicet Lune octava mensis Au-
35 gusti reverendo patre domino Philippo d(ecretorum) doctore archidiacono
cathedrali canonico et vicario prefate ecclesie Waradiensis in officio
vicariatus succedente ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali
sedente comparuit coram eo in iudicio Bartholomeus nomine procurato-
rio prefatorum Andree Chegedy, Potenciane eius consortis et Cristine
40 relicte Petri Kolthy, qui petiit in causam attractos cogi ad respondendum
pro parte actorum producto sub pena excommunicacionis per totum hodie,
ex adverso comparente Benedicto Zarwady pro in (causam attrac-
tis), qui dixit non posse actrices tam contra matrem quam contra
filium litigare, sed tantum contra unam illorum personam et prefatus
45 dominus Philippus predecessor vicarius non obstante premissa excep-
cione mandavit, ut respondeat.

Postea die Veneris duodecima mensis Augusti iterum prefato reverendo
domino Philippo d(ecretorum) d(octore) et vicario Waradiensi nostro pre-
decessore in loco iudicii ad iura reddenda et causas audiendas pro tri-
50 bunalis sedente comparuit coram eo magister Georgius Ryma procurator
prememoratarum dominarum, qui accusavit contumaciam nobilis An-
dree Solmossy ac domine Anne eius matris alias relicte condam Ladislai
Solmossy non revidente libello per eum producto, ex adverso presente
Benedicto Zarwady, qui petiisset et obtinisset copiam ad revidendum
55 ad primam iuris et ibidem sepe fatus dominus Philippus vicarius prede-
cessor noster mandasset, ut responderet per totum hodie sub pena ex-
communicacionis, alioquin decrevit litteras excommunicatorias. Ibidem
Benedictus Zarwady excipiens contra libellum dixit, quod male inten-

tatura accio per ipsam Potencianam actricem eo, quod ante tempus
60 constitutum transeundo ad secunda vota nupsit marito, cum precipue
sit fama, quod prior maritus supervivat. Ex adverso Ryma dixit ipsum
maritum actricis fuisse mortuum et dominus Philippus vicarius prede-
cessor noster hys non obstantibus mandasset sub pena excomunicacionis,
quod per totum h[odie] directe responderet libello et litem contestaretur
65 et ibidem prefatus Benedictus Zarwady durante consistorio adhuc dicto
domino Philippo vicario nostro predecessore sedente pro tribunali com-
paruisset, qui dixit respondens libello non teneri illis rebus, que petuntur
per actricem ex eo, quod mox ut prefatus Petrus Solmossy e seculo sub-
latus fuisset, Petrus Kolthy pater eius Potenciane ipsam cum omnibus
70 rebus et bonis condam Petri Solmossy asportavit. Ryma dicit, quod preter
premissa bona eciam si essent asportata nichilominus in causam attracti
tenentur dote et rebus paraffernalibus solvere et negat res et bona fuisse
asportata. Dominus commisit, ut prebet Benedictus Zarwady, que fuerint
illa bona post atavos, quintum vero ad illum articulum, quod domina
75 Anna relicta Ladislai Solmossy peccisset ad fidem suam viginti quinque et
medium florenos a Cristina, Benedictus Zarwady negasset narrata prout
narrantur et petita fieri minime debere animo litem contestans. Et ibidem
prefatus dominus Philippus vicarius predecessor noster admisit ipsam
actricem ad probandum super isto articulo post octavas instantes, quar-
80 tum vero ad illum articulum super baltheo impignorato dicit se promp-
tum esse redimere, dummodo inducat res impignoratas ad presenciam
domini et si erunt in specie, sicut prius fuerunt.

Tandem die Lune duodecima mensis Septembris sepe fato reverendo
domino Philippo vicario nostro predecessore sedente pro tribunali com-
85 paruit coram eo Ryma procurator domine Cristine relicte condam Petri
Kolthy, qui produxit quasdam testes dominas Katherinam consortem
Nicolai litterati et Elenam consortem Mathie Symay de Komad petens
ab eis exigi iuramentum non obstante in causam attractorum non com-
parencia. Dominus mandavit exigi iuramentum et ibidem iurarunt tactis
90 scripturis sacrosanctis. Examinacionem testium dominus commisit
notario consistoriali, quarum dicta et attestaciones testium sequitur et
est tenor talis:

*Sequuntur litterae notarii consistorialis ecclesiae Varadinensis inter dies 12
et 16 Septembris anno 1519 datae (v. no 354).*

Postremo, die Veneris decima sexta Septembris hora decimarum vel
quasi sepe narrato domino [P]hilippo vicario ad iura reddenda et causas
95 audiendas pro tribunali [sedente] com paruit Ryma pro a(ctrice), qui accu-
savit contumaciam in (causam attractorum) non probandam in ***o
accusans contumaciam in (causam atractorum) non comparencium petens
decerni pro *** dominus decrevit. Et ibidem Bartholomeus famulus et
procurator [ip]sius actricis produxit quedam ornamenta puellaria vide-
100 licet cor[on]am puellarem vulgo partha, unum balteum argenteatum.

Demum anno Domini millesimo quingentesimo decimo nono die Ve-
neris secunda mensis Decembris hora terciarum vel quasi in loco solite
mee residencie <me> sedente pro tribunali comparuit Ryma pro a(ctrice),
qui accusavit contumaciam in (causam attractorum) non comparencium

¹⁰⁵ et non excipiencium contra attestaciones productas petens apariri et publicari et eandem in causa concludi. Dominus decrevit citari ad videndum concludi et publicari.

Verum die Mercurii decima octava mensis Ianuarii in loco solite mee residence me iterum ad iura reddenda et causas audiendas pro tribunali ¹¹⁰ sedente comparuit magister Georgius Ryma procurator domine Cristine, qui peiit attestaciones alias productas apariri et publicari, dominus non obstante contumacia in (causam attractorum) non comparencia aparuit et publicavit, nisi hodie comparuerint.

Preterea die Lune vigesima tertia mensis Ianuarii <me> iterum ad ¹¹⁵ iura reddenda et causas audiendas pro tribunali sedente compar[uit] in iudicio Georgius Ryma procurator domine Cristine actricis, qui peiit concludi in causa et summam ferri non obstante contumacia in (causam attractorum) attento, quod nihil sit contradictum ex parte in (causam attractorum). Ex adverso presente Gregorio Papay procuratore in (causam ¹²⁰ attractorum) et consencie dominus, quate[n]us antea non fuisset conclusum, conclusit et debuit summam ferri ad presenciam.

Ceterum octava die mensis Februarii hora longe pulsus prefatus magister Georgius procurator domine Cristine exhibuit et presentavit mihi ¹²⁵ quasdam scripturas manu, ut apparebat, honorabilis magistri Petri notarii publici conscriptas huius modi sub tenore:

Sequuntur litterae Petri Eperjesi notarii publici die 8 Februarii anno 1520 datae (v. no 367).

Ultima die datarum presencium comparuit coram me Andreas Solmossy pro se et domine Anne eius matris <nomine>, qui exhibuit mihi ¹³⁰ quasdam litteras preceptorias sive introductorias cause serenitatis vestre, quarum continencia hec est:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 26 Martii anno 1520 datae (v. no 370).

Ego igitur mandatis vestre celsitudinis semper et in omnibus obedire ¹³⁵ volens, ut teneor, causam prescriptam quantum super pecuniis videlicet viginti quinque cum medio florenis inter partes predictas coram me motam et habitam vertebatur, statu in eodem, in quo existebat, simul cum tota ipsius serie in vestre serenitatis presenciam transmisi revidendam et cognoscendam partibus ipsis coram eadem vestra serenitate ¹⁴⁰ comparendis terminum triginta duorum dierum statuens.

Datum Waradini vigesima die mensis Aprilis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

Dextra subter: Georgius de Rymazombath notarius.

¹⁴⁰ *In dorso:* Domino regi pro generosa domina Anna relicta nobilis condam Ladislai Solmossy et Andrea filio eiusdem de Solymos contra nobilem dominam Cristinam relictam condam Petri Kolthy de Kolth ad terminum intrascriptum transmissionis cause par.

Laurentius Újlaki iudex curiae regis causam, quae inter Franciscum praepositum Hantensem et Iohannem Szabó civem Poseniensem est mota, ad sedem iudicariam civitatis Poseniensis transmittit.

In charta 43×47 cm.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum.

Sign. Archivum Civitatis Posenii: no 4670 (ante: no 2579).

Reg. Inventár, no 4670 (Slovace).

Nos comes Laurentius de Wylak dux Bozne et iudex curie serenissimi principis domini domini Ludovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. damus pro memoria, quod nobis in presenti termino festi beati Georgii martyris proxime preteriti, ad quem scilicet terminum universe cause
 Apr. 24
 5 breves brevium pariter et transmissionales regnicolarum generaliter fuerant prorogate, una cum nonnullis dominis prelati, baronibus, magistris prothonotariis et sedis iudicarie dicti domini nostri regis iuratis assessoribus hic Bude in sede iudicaria sedentibus Gregorius de Mykola pro venerabili Francisco preposito de Hantha et canonico Strigoniensis ecclesiarum cum procuratoriis litteris nostris ex transmissione personalis
 10 presencie dicti domini nostri regis nostram in presenciam facta in eandem nostram veniens in presenciam quasdam litteras venerabilis Demetrii de Nyas vicarii ecclesie Strigoniensis adiudicatorias, transmissionales in papiro clause emanatas nobis presentavit hunc tenorem continentes: *Sequantur litterae Demetrii Nyási vicarii Strigoniensis die 13 Aprilis anno 1519 datae (v. no 347).*

15 Quibus presentatis eisdemque per nos sane intellectis prenotatoque Iohanne Zabo in causam attracto nostram in presenciam non veniente necque mittente prefatus procurator annotati Francisci prepositi actoris eidem per nos ex parte dicti in causam attracti in premissis iudicium ac
 20 discussionem et deliberacionem iusticieque complementum postulavit elargiri, sane licet, prout ex tenore ac continencia seriebusque pretilatarum litterarum annotati Demetrii vicarii ecclesie Strigoniensis transmissionalium superioris presentibus verbo tenus insertarum edocebamur, antefatus Franciscus prepositus ecclesie de Hantha prenominatum Iohannem Zabo de Posenio pretextu abaccionis et deportacionis certarum
 25 ovium suarum et ecclesie sue et certorum aliorum negociorum in eisdem litteris ipsius vicarii Strigoniensis transmissionalibus denotatorum in presenciam prefati vicarii Strigoniensis convenerit in causam causaque eadem de mandato prefati domini nostri regis pro discussione reali, an scilicet causa eadem forum spirituale concernat, necne, in dictam personalem presenciam transmissa et tandem ex transmissione eiusdem personalem presencie regie nostre. in presenciam deducta e[xti]terit.

30 Quia tamen causa eadem pro maiori eiusdem parte profana esse videbatur et alioquin de iure et consuetudine liberarum civitatum huius regni Hungarie prefatus Iohannes Zabo non in presenciam dicti vicarii,
 35 sed coram [iud]ice ac iuratis civibus libere civitatis regalis Poseniensis evocari et in causam convenire debuisset ex eoque causa eadem presen-

ciam eorundem iudicis ac iuratorum civium dicte civitatis Poseniensis pro faciendo in premissis iudicio transmitti debere nobis ac dominis prelati, baronibus, magistris prothonotariis et regni nobilibus iuratis sedis
40 iudicari prefati domini nostri regis assessoribus nobiscum in iudicio et examine presentis cause existentibus manifeste agnoscebatur, eorundem igitur dominorum ac magistrorum prothonotariorum et regni nobilium ad id inducti consilio causam parciū pretitulatam coram dicto vicario ecclesie Strigoniensis motam in curiamque regiam modo premissis
45 transmissam nostri eciam in presenciam deductam in presenciam prenominatorum iudicis ac iuratorum civium predictę civitatis Poseniensis duximus transmittendam transmittimusque per presentes tali modo, ut ipsi causam eandem inter dictas partes, quam primum fieri poterit, debito iuris ordine ac iuxta consuetudinem istius civitatis Poseniensis adiudicare et
50 si prefatus Franciscus prepositus de iudicio et sententia eorundem iudicis ac iuratorum civium eiusdem civitatis quoquo modo contentari noluerit, extunc iidem iudex iuratiq; cives causam eandem, si et in quantum eandem forum spirituale concernere agnoverint, in presenciam dicti vicarii, ubi vero prophanam esse cognoverit, regiam in presenciam transmittere debeant discuciendam et maturius deliberandam ac fine debito
55 terminandam partibus quoque predictis coram dicto vicario aut coram dicto domino nostro rege comparendis terminum in litteris eorum prefigendum.

Datum Bude predicta decimo die termini prenotati anno Domini
60 millesimo quingentesimo vigesimo etc.

Dextra subter: Lecta et correcta.

In dorso: Iohannem Zabo civem Poseniensem concernens.

1520 Maii 5 — Buda

375

Ludovicus II rex Hungariae Nicolao Miletinczy notario curiae suae possessiones illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, donat.

In charta 29 × 22 cm duplicata perforataque (v. in tabula exemplarium no 10).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 97913 (ante: Archivum familiae Vay).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus serviciis fidelis nostri egregii magistri Nicolai de Mylethyncz curie nostre notarii per
5 eum sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constantia exhibita et impensis universa bona et quelibet iura possessionaria cunctasque res mobiles nobilium Pauli et Iohannis Jaaz ac Laurentii et Benedicti Nemes de Kerekwdwar ac Ladislai et Martini Angyal
10 necnon Stephani Horwath de eadem Kerekwdwar, ittem Petri et Valentini Cherthe in eadem possessione Kerekwdwar residencium ubilibet et in quibuscunque comitatibus huius regni nostri Hungarie existencia

et habita, que ex eo, quod ipsi postposita fide et fidelitate, qua maiestati nostre instar aliorum fidelium nostrorum debebant, superioribus annis
15 tempore videlicet insurreccionis popularium et rusticorum, qui contra nostram maiestatem ac totam nobilitatem copiose insurrexerant, <illis> adhesisse et cum eisdem quam plurima latrocinia ac alia malorum genera more et instar ipsorum rusticorum perpetrasse dicuntur, ad nos consequenterque collationem nostram iuxta contenta articulorum in dieta
1514 Oct. 18 pro festo beati Luce evangeliste celebrata superinde confectorum rite et legitime devoluta esse perhibentur et redacta, simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis,
25 piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et perti[ne]nciarum ipsorum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eadem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere [d]ebentibus sub ipsorum veris metis et antiquis existencia premissis — sicut prefertur — stantibus et
30 se habentibus memorato magistro Nicolao de Mylethyncz suisque heredibus et posteritatibus universis dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenenda, possidenda pariter et habendum salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi
35 faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude sabbato proximo post festum invencionis sancte crucis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno quinto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

40 *In dorso:* Donacio super bonis nobilium de Kerekdwar.

1520 Maii 7 — Ákos

376

Comitatus Szolnok Mediocris vicecomites, iudices nobilium iuratosque suos deputat, ut de damnis insurrectionis factis satisfiat.

In charta 21 × 23,5 cm lacerata.

Sigillorum quinque vestigia scripto sub textu impressorum anularium.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 65472 (ante: Archivum familiae Sombory f. 15 no 9).

Nos universitas nobilium comitatus Zolnok Mediocris ac quatuor iudices nobilium eorundem damus pro memoria, quod cum nos feria secunda ante festum beati Sthanizlavi episcopi et martyris in loco sedis nostre iudicarie pro revisione certarum litterarum regie maiestatis pro
5 damnis egregiorum et nobilium virorum istius comitatus nostri prefati in medium nostri missas fuisset congregati, tunc summus comes noster videlicet magnificus Iohannes Dragffy de Belthawk in medium nostri constituerat ac vigore litterarum preceptoriarum regie maiestatis

375: 13 qua]que corr. || 22 ipsarum]ipsorum corr. male

376: 6 recte: missarum

voluntateque eiusdem comitis nostri ac toto consilio et voluntate om-
10 nium nostrorum vicecomites nostros cum ipsis iudicibus nobilium ac
duodecim iuratorum ad id electorum extramisimus [pro] eo, quomodo
nonnulli forent egregii et nobiles viri in dicto comitatu, qui de damnis
nostris per cruciatos factarum satisfacere non curarent in preiudicium et
dampnum, periculum dictorum nobilium manifestum apareat.

15 Nos itaque prefatos vicecomites nostros et iudices nobilium cum duo-
decim iuratis electis vigore predictis litteris sue maiestatis voluntateque
comitis nostri et iuxta continenciam generalis decreti post festum beati
1614 Luce evangeliste confectarum omnium eciam voluntate et consilio,
Oct. 18 facultate et auctoritate nostra eidem in hac {in hac} parte extramisimus
20 in eo, ut de quorumvis bonis de damnis nostris per dictorum cruciatorum
factarum ita, ut qui ex nobis cum ipsis vicecomitibus et iudicibus nobilium
ac iuratis electis interesse nollent, similiter ab eisdem de quinquaginta
marcis byrsagiorum — prout nosmet ipsi ordinavimus — iidem vice-
comites nostri prefati satisfacere debeant et teneantur habeantque pote-
25 statis facultatem concessa nostra mediante, super quibus eosdem vice-
comites iudices nobiliumque et iuratos electos expeditos reddimus harum
nostrarum litterarum vigore et testimonio presencium mediante.

Datum in Akos loco et die termini prenotati anno Domini milesimo
quingentesimo vigesimo.

1520 Maii 25 — Buda

377

*Ludovicus II rex Hungariae nundinas celebrare denuo concedit nobilibus de
Orbágyszentgyörgy, qui litteras pro celebrandis nundinis concessas se tempore
insurrectionis amisisse dicunt.*

In charta 20 × 32 cm.

Copia saeculi septimi decimi simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationalis: DL 67340 (ante: Archivum familiae Török de
Várard).

Nos Ludovicus rex Dei gratia Hungariae Bohemiaeque memoriae
commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit, univer-
sis, quod nos tum ad humillime supplicationis instantiam fidelium nostro-
rum nobilium Petri Hayossy de Orbágyszentgeorgh necnon Ladislai,
5 Fabiani et Michaelis Disnossy, Galli Lada, Ladislai Szentmiklossy, Geor-
gii, Pauli, Benedicti ac Ioannis Kalacza, Francisci, Michaelis et Gregorii
Derden, Nicolai Hayossy, Thomae Ivany, Anthoni Kakony, Gregorio
Chanko, Mathei Nagh, Gregorii Ollary, Mathei Keczely, Fabiani Nemes,
Ambrosii, Nicolai, Stephani, Pauli ac Mathei Jo, Andreae necnon Emerici
10 Lada, Barnabe Janossy, Mathie Beky, Petri Nanai, Stephani Cherthu,
Michaelis Thabdy, Michaeli<s> Chere, Michaelis Zakal, Emerici Zabo,
Ladislai Kozma, Valentini Tharnok, Davidis Korlath, Petri Benedekffy,
Valentini Hayossy et Georgii Kesserü de dicta Orbágyszentgeorgh per

11 recte: iuratis — electis || 13 recte: factis || 16 recte: predictarum litterarum ||

18 recte: confecti || 20 recte: dictos cruciatos factis || 25 sc. concessione

377: 7 recte: Gregorii

eos maiestati nostre propterea factam, tum vero ut possessio ipsorum
¹⁵ Orbagszenthgyörgh iam dicta in comitatu Albensi sedis Solth existens
habita populis et incolis adaugere possit, ad eandem possessionem nun-
dinas liberas seu fora annualia libera singulis festiuitatibus beatorum
Apr. 24 Georgii martiris necnon Margaritae virginis ac aliis diebus ipsas festiuita-
Iul. 13 tes immediate praecedentes et sequentibus ad id scilicet aptis et suffi-
²⁰ cientibus omni anno, item forum hebdomadale similiter liberum singulis
feriis secundis in qualibet hebdomada singulis annis omnino sub eisdem
libertatibus et praerogativis, quibus nundinae sive fora annualia scilicet
hebdomadalia aliarum liberarum civitatum, oppidorum, villarum ce-
lebrantur, perpetue celebrari duximus gratiose annuendum et conce-
²⁵ <den>dum, quemadmodum antea quoque hanc libertatem per praede-
cessores nostros reges Hungariae huic possessioni concessam fuisse ex
fide digna certorum fidelium nostrorum relatione accepimus, sed literas
superinde novissimis ruscicanis seditionibus per ruscicos incineratas,
imo annuimus et concedimus praesentium per vigorem, absque tamen
³⁰ praepiudicio nundinarum ac fororum annualium et hebdomadalium alia-
rum vicinarum civitatum, oppidorum possessionumque.

Quocirca vos universos et singulos mercatores, institores et forenses
homines atque viatores quoslibet serie praesentium affidamus, certifi-
camus et assecuramus, quatenus ad praedictas nundinas annuales et
³⁵ fora hebdomadalia libera per nos in praedicta possessione Orbagszenth-
györgh modo praemisso perpetuo celebrari concessas cum omnibus merc-
cantiis rebusque et bonis vestris quibusvis secure ac libere et sine omni
pavore vel formidine rerum ac bonorum et personarum vestrarum venia-
tis, properetis et accedatis peractisque inibi cunctis vestris negotiationi-
⁴⁰ bus ad propria vel alia, quae malueritis, loca redeatis salvis semper rebus
et bonis vestris atque personis remanentibus sub nostra protectione et
tutela speciali. Et haec etiam volumus per fora et alia loca publica, ubi
necesse fuerit, palam et publice, manifeste proclamari, praesentes autem
post earum lecturam semper reddi iubemus praesentanti.

⁴⁵ Datum Budae in festo beati Urbani papae et martiris anno Domini
1520 regnorum nostrorum Hungariae, Bohemiae etc. anno quinto.

1520 Maii 29

378

*Capitulum ecclesiae Budensis Stephanum Nadabi iobagionibus suis pro eorum
meritis tempore insurrectionis factis duas sessiones donasse testatur.*

In libro ex charta 21×30 cm confecto (v. in tabula exemplarium no 56).

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 753 (ante: Archivum Publicum
Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesiae Posoniensis regnicolare, Protocollum
Budense no 3).

Quod nobilis Stephanus de Nadab coram nobis personaliter constitutus
onera et quelibet gravamina quorumlibet fratrum proximorum et con-
sanguineorum suorum super se assumens proposuit et sponte confessus
est in hunc modum, quomodo ipse attentis et consideratis fidelitate et

19 recte: precedentibus || 23 celebrantur in marg. || 25 hanc libertatem supra scr.

⁵ fidelium serviciorum gratuitis meritis providorum Gregorii et Alberti Kardos fratrum uterinorum iobagionum scilicet suorum in porcione sua possessionaria in possessione Alathk commorantium, que iidem sibi a pluribus iam retroactis temporibus et presertim in eliberacione sui a manibus cruciatorum tempore tumultuarie insurreccionis rusticane plebis
¹⁰ contra universitatem nobilium tocius regni exhibuisse<n>t et impendis- se<n>t in futurumque hoc idem ipsos facere speraret.

Ob hoc ipse bona ac matura in se deliberacione prehabita quasdam duas sessiones suas iobagionales unam edificia habentem et populosam in dicta porcione sua possessionaria in prescripta possessione Alathk in
¹⁵ comitatu de Zarand existenti habita adiacentem, cui ab occidentali domus et curia nobilitaris nobilis Iohannis de dicta Nadab, ab orientali vero plagis quedam deserta domus iobagionalis, que alias providi condam Luce Kys prefuisset, vicinantur, aliam vero penitus desertam similiter in porcione sua possessionaria in possessione Zyneke in eodem
²⁰ comitatu de Zarand existenti habitam prope scilicet domum providi condam Iohannis Santha a plaga orientali adiacentem simul cum cunctis ipsarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, fenetis, silvis, nemoribus, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis et eorundem locis, stagnis, lacunis,
²⁵ saganis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad easdem duas sessiones iobagionales de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prenominitis Gregorio et Alberto Kardos necnon honeste domine Agathe consorti ac
³⁰ puellis Dorothee et Katherine filiabus eiusdem Gregorii Kardos pro premissis eorundem Gregorii et Alberti Kardos fidelibus serviciis dedisset, donasset et contulisset, immo dedit, donavit et contulit coram nobis iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas nullum ius nullamve iuris et dominii proprietatem, quod videlicet et quam idem Stephanus Nadaby hactenus in eisdem duabus sessionibus iobagionalibus habuisset aut in futurum quoquo modo habere sperasset, sibi ipsi aut aliis quibusvis per amplius reservans, sed quamlibet iurisdictionem et iuris proprietatem earundem in prefatos Gregorium et Albertum Kardos necnon dominam Agatham consortem et Dorotheam
⁴⁰ et Katherinam filias eiusdem Gregorii ipsorumque heredes et successores universos transferens pleno iure assumens nichilominus annotatus Stephanus Nadaby oneribus modo premissis in se assumtis eisdem Gregorium et Albertum Kardos et alias predictas perpetuis semper temporibus in pacifico dominio dictarum duarum sessionum iobagionalium contra
⁴⁵ quoslibet causidicos, impetitores et actores tueri, protegere et conservare propriis suis laboribus et expensis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas ad fassionem prefati Stephani de Nadab duximus concedendas.

⁵⁰ Datum feria tertia proxima post festum penthecostes anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

In margine: Extradata.

378: 31 post Alberti del. Karl || **37** post quamlibet del. indi || **47** privilegiales inter litteras e et s del. b

Ludovicus II rex Hungariae inter Georgium marchionem Brandenburgensem et praediales nobiles, qui tempore insurrectionis denegarunt servire eidem marchioni, iudicat.

A in libello ex membrana 28 × 36 cm confecto mucoreque infecto.

Sigillum ex filis flavi, viridis, caerulei violaeque colorum sericeis libello eidem insertis rubrae cerae impressum pendet (v. in tabula sigillorum no 4).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 37580 (ante: Archivum familiae Hunyadi).

B transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 4 Decembris anno 1524 editum.

Ed. *Monumenta Turropolje* II, no 267.

Ludovicus II rex Hungariae in causa inter nobiles castrenses seu prediales . . . de Campo Zagrabiensi ut actores ab una ac illustrem et magnificum dominum Georgium marchionem Brandenburgensem . . . veluti in causam attractum ab alia partibus ratione et pretextu certorum negociorum et actuum potenciariorum per homines et familiares eiusdem domini Georgii marchionis — ut per ipsos nobiles dicebatur — patratorum et commissorum mota et suscitata, ubi Georgius marchio querimoniam porrexit, quod licet iidem nobiles una cum ceteris eorum fratribus et compredialibus Campi Zagrabiensis et ultra Zavum fluvium residentibus ad castrum ipsius domini Georgii marchionis Medwe nuncupatum ac castellum suum Lwkauecz denominatum in predicto regno nostro Sclavonie comitatu scilicet Zagrabiensi adiacencia condicionaria quadam servitute et certorum censuum daciarumque et collectarum solucione per eos et de medio iobagionum ipsorum exhibenda ac dari et prestari consueti semper et ab antiquo, cuius inicii contrarium humana non comprehenderet memoria, obnoxii obligatique et astricti fuerint huius modique servicia ac daciarum et censuum soluciones statutis ad id temporibus absque omni contradiccione et renitencia ad prenotatum castrum Medwe et ipsum castellum Lwkawecz libere peregerint, nescitur tamen unde ipsi nobiles moti quorumve consilio freti novissimis dumtaxat hys diebus et temporibus, dum videlicet rustici et rurales homines ad delendam et exterminandam universam nobilitatem regnante adhuc paterna . . . maiestate tumultuarie insurrexissent, propria eorum auctoritate, immo deliberata quadam studiosa temeritate in unum conspirantes et se se a prenotata servitiorum consuetorum exhibicione et iobagiones eorum ab ipsa censuali daciarumque solucione violenta manu et non iuris ordine vel processu eximere extricareque et per hoc prefatum dominum marchionem consuetis suis iuribus privare et despoliare contumeliose cepissent . . . quibus sic habitis Gregorius de Mykola pro antefatis nobilibus predialibus cum procuratoriis litteris banalibus in . . . maiestatis exurgens presenciam et eosdem nobiles nulla unquam condicionaria servitute et iobagiones eorum nullius census aut collecte vel daciarum solucione ad prescriptum castrum Medwe ac prenotatum castellum Lwkawecz obnoxios et obligatos fuisse, sed ipsos mere nobilitatis privilegio libertateque et titulo instar aliorum regni . . . verorum et privilegiatorum nobilium semper functos et gavisos extitisse et contra huius modi privilegia et libertatem nobilitatis prefatum dominum marchionem ipsos nobiles ad insolita quadam et inconsueta servicia iobagiones eciam

eorum ad nonnullorum censuum et collectarum solucionem novissimis
40 solummodo temporibus nullo nobilitatis ipsorum habito respectu com-
pellere cepisse et certos ex eis patibulo iam suspendi fecisse, nonnullorum
vero res et universa bona mobilia in predam convertisse et exinde pre-
narratas causas atque differencias partes inter prenotatas modo antelato
45 subortas fuisse et super vera privilegiataque ipsorum nobilitate easdem
efficaces litteras et litteralia instrumenta habere referens et allegans et
eedem partes per regem in premissis discussionem et deliberacionem sup-
plicarunt impartiri, *exhibitis litteris eiusdem regis die 30 Aprilis anno*
1519 ad capitulum Budense datis, quibus rex mandat, ut in causa inter
50 *Georgium marchionem Brandenburgensem et nobiles praediales Campi*
Zagrabiensis, qui ab eodem tempore, quo rustici ipsi ad delendam omnem
nobilitatem istius regni nostri Hungarie insurrexerant et ipsi quoque
pariter insurgentes se a serviciis suis ab antiquo fieri et exhiberi solitis et
consuetis abstrahere vellent et niterentur asserentes se nunquam fuisse
subditos ipsius castri neque teneri ad aliqua fidelitatis servicia, mota
55 *inquirat, ac quodam regestro seu prothocollo ipsorum nobilium predialium*
tempore eiusdem domini marchionis et officialium suorum ab anno
Domini millesimo quingentesimo nono transacto usque ad annum salutis
millesimum quingentesimum decimum quartum, quo videlicet anno et
tempore premissa rusticana contra nobilitatem tumultuaria cruentaque
60 *et perniciosa insurreccio facta fuerat, super actibus iudiciariis et causa-*
rum processibus in Lwkawecz veluti loco sedis iudicariae eorum presidente
capitaneo ipsius domini marchionis veluti comite terrestri dicti Campi
Zagrabiensis et suppanis ad id electis et constitutis annuatim factis et
celebratis seriatim edito et conscripto iudicium fert: nobiles consueta
65 *servitia domino suo servire, Georgius autem marchio Brandenburgensis*
insueta a sibi subiectis postulare non debeant.

Datum Bude predicta feria secunda proxima post festum sacratissimi
corporis Christi anno eiusdem millesimo quingentesimo vicesimo.

70 *Dextra subter:* Lecta et extradata per me Stephanum Werbewezy locum
tenentem coram magistro Iohanne Ellyewelgy prothonotario et coram
me magistro Stephano Henczely prothonotario.

In facie: Sentencia diffinita inter illustrem principem dominum Geor-
gium marchionem Brandemburgensem et nobiles de Lwkawecz in Scla-
voniam.

Ludovicus II rex Hungariae ius gladii denuo concedit nobilibus de Orbágyzentgyörgy, qui litteras iuris gladii tempore insurrectionis se amisisse dicunt.

A in charta 20 × 32 cm.

B Copia saeculi septimi decimi simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 67341 (ante: Archivum familiae Török de Várad).

in charta 51,5 × 40 cm.

Copia saeculi duodevicesimi exeuntis simplex.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 71310 (ante: Archivum familiae Nagy de Hidaskürt).

Nos Ludovicus Dei gratia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presentium significantes, quibus expedit, universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instantiam per eos propterea nostre facte maiestati cum etenim sicuti regie interest sublimitati, ut in terris suo principatui subiectis pax et securitas cunctibus prebeatur malefactorumque et nocivorum hominum perversitas et iniquitas deleatur iustique et innocentes victum suorum necessariorum iusta aquisitione fruantur sub protectione principis gratiosi nihilominusque attentis et consideratis fidelitate et servitiis fidelium nostrorum nobilium Petri Hayossi, Nicolai et Valentini similiter Hayossy, Ladislai, Fabiani ac Michaelis Disnossy, Galli Lada, Ladislai Szentmiklossy, Georgii, Pauli, Benedicti ac Ioannis Kalacza, Francisci, Michaelis et Gregorii Derden, Thomae Ivani, Anthoni Kakoni, Gregorii Chanko, Mathei Nagh, Gregorii Ollari, Mathei Keczei, Fabiani Nemes, Anthoni, Nicolai, Stephani, Pauli ac Mathei Joo, Andree et Emerici Lada, Bernardi Janossy, Mathei Beky, Petri Nanay, Stephani Cherthö, Michaelis Thabdy, Mathei Chere, Michaelis Zakal, Emerici Zabo, Ladislai Kozma, Valentini Tharnok, Davidis Korlath, Petri Benedekfy et Gregorii Kesserü de Orbagszentgyörgh, que iidem sacre imprimis huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre pro locorum et temporum diversitate cum omni fidelitatis constantia exhibuerunt et impenderunt, eisdem ipsorumque heredibus et posteritatibus universis de plenitudine nostre regie potestatis duximus annuendam plenariamque facultatem dandam et attribuendam, ut in territorio predictae possessionis eorum Orbagszentgyörgh vocata in comitatu Albensi sedis Solth existentis habite in aliisque portionibus et iuribus possessionariis in hoc regno nostro Hungarie ubivis et in quibuscunque comitatibus habitis patibulum, rotas, palos et aliorum tormentorum genera erigere, universos fures, latrones, vespiliones, domorum incensores et homicidas ac intoxicatrices necnon alios quoscunque malefactores ubicunque in

380: 1 et Bohemie *om.* **A** || **3** nos *om.* **A** || **8** aquisitione **A** || **10** Hajosy **B** || **11** Hajosi **B** | *post* Disnossy *del.* Gregorii **A** | Disnosy **B** || **12** Szentmiklosi **B** | Kalacza **B** || **13** et Jac **B** | Derdei **B** | Ivany **B** | Kakonyi **B** | Gregorio **A** || **14** Nagy **B** | Gregorio **A** | Ollary **B** || **15** Anthonii | Ambrosii **B** | Pauli, Stephani **B** | Jo **B** || **16** Janosy **B** | Béki **B** | Nanay | Navary *corr. et supra scr.* **A** | Navary **B** | Stephano **A** | Chertö **B** || **17** Thabdy | Kaddy **B** | Szakáll **B** | Szabo **B** || **18** Tarnok **B** || **19** Keserü **B** | Orbagszentgyörgy **B** | iidem **B** || **22** et² Jac **B** || **23** *post* potestatis *add.* id **B** | annuentes **B** || **24** dantes **B** | attribuentes **B** || **25** Orbagszentgyörgy **B** | *recte*: vocate || **27** in² *om.* **B**

territorio ipsorum publice et manifeste locis sceleratis et manifestis deprehensos in persona detinere deprehensosque — prout iuri videbitur expediri — laqueis suspendere, rotare, decollare, incinerare et iuxta eorum excessus et demerita aliisque condignis penis feriri, necari omniaque
35 alia et singula, que in premissis iuxta nostri regni Hungarie legem fieri consueverunt facienda, facere et expedire valeant atque possint, quo privilegio ipsos ex nonnullorum fidelium nostrorum fide digna relatione ex annuentia divorum regum nostrorum predecessorum usos fuisse literasque privilegiales superinde habuisse, sed tempore rusticane preterite
40 seditionis amisisse et deperdidisse intelleximus, ex presenti nostra concessione et gratia speciali duximus, annuimus et concedimus harum nostrarum vigore videlicet secreto sigillo nostro, quo ut rex Hungarie utimur, impendenti communitarum et testimonio litterarum mediante.

Datum Bude feria secunda in festo beati Barnabe apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie praedictorum etc. anno quinto.

1520 Iunii 18 — Buda

381

Ludovicus II rex Hungariae Stephanum Szaniszlófi Báthory et Petrum Mindszenti, qui pro Iohanne Szaniszlófi Báthory fide iusserunt, ut ille de damnis tempore insurrectionis factis satisfactorius sit, absolvit.

In charta 29×26 cm (v. in tabula exemplarium no 11).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 4).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28032 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, 0 no 1).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris egregiis Stephano Zthanisloffy de Bathor et Petro de Myndzenth salutem et gratiam!

Expositum extitit maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii
5 Iohannis Zthanisloffy de eadem Bathor, quod cum circa festum beati
ca. Maii 8 Stanislai episcopi et martiris novissime transactum nobiles Iohannes de Sarmasag et Petrus de Myndzenth vicecomites ac Sebastianus Dabooczy de Menyew, Stephanus Zwna de eadem Myndzenth, Gregorius de Zwna et Paulus Lewrynez de Kysdoba moderni iudices nobilium comitatus
10 Zolnok Mediocris pro refusione et satisfaccione illius sumpme pecuniarum, in qua idem exponens per prefatos vicecomites ac priores iudices nobilium necnon duodecem iuratos nobiles eiusdem comitatus Zolnok Mediocris iuxta contenta novissimi decreti regni nostri pro festo beati
1514 Luce evangeliste editi ac per paternam maiestatem confirmati electos
Oct. 18 ad instanciam nobilium Sebastiani Bekch de Zantho et Iohannis de
15 Zthaar necnon condam Petri et Anthonii Bekch de eadem Zantho indubite ac contra formam continenciamque dicti novissimi decreti taxatus

31 post et² add. locis B | manifestis]maleficiis B || 32 personis B | detentosque B || 33 decolare A || 34 dignis B || 35 post in del. videbitur expediri A | regni nostri B || 36 facientes B || 40 intelleximus A | prestia B || 41 duximus]animo A || 43 literarum A || 44 apostoli A

extitisset, ad possessionem Hydweg vocatam consequenterque porcionem possessionariam ipsius exponentis in eadem possessione Hydweg
20 alias in dicto comitatu Zolnok Mediocri, nunc vero in de Crazna existenti habitam valida armataque manu profecti fuissent et nisi vos pro ipso exponente racione dicte sumpme pecuniarum, in qua ipse exponens per eosdem vicecomites et iudices nobilium ac predictos priores iudices nobilium iuratosque nobiles modo prehabito taxatus extitisset.

25 Tu Petre Myndzenty fideiussor extitisses ac pro te pari modo tu Stephane Zthanisloffy exinde fide iussisses procul dubio universas res et quelibet bona iobagionum dicti exponentis in pre[al]legata porcione sua possessionaria in dicta possessione Hydweg existenti habita commorancium pro eadem sumpma pecuniarum diripuissent abstulissentque et
30 voraci prede exposuissent in ipsius exponentis preiudicium et dampnum manifestum. Cum autem ipsi vicecomites et iudices nobilium ac iurati electi nobiles ipsum exponentem in prenarrata sumpma pecuniarum eo, quod idem exponens nec per se nec per alios familiares suos tempore tumultuarie rusticorum contra universam nobilitatem insurreccionis nil
35 dampni cuiquam intulisset ac inferri fecisset, indebite ac contra formam contentaque prenotati novissimi decreti regni nostri in ipsa sumpma pecuniarum taxasse manifeste dinoscantur vos ipsam fideiussoriam cautionem vestram pro parte ipsius exponentis factam non videmini debere observare.

40 Nolentes igitur et nos ipsum exponentem per hoc qualitercumque dampnificare vosque previa racione ad instanciam quorumcumque molestari, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes mandamus, quatenus acceptis presentibus infra exitum et decisionem ipsius cause inter ipsum exponentem ab una ac prenomatos vicecomites ac
45 iudices nobilium tam priores supervenientes quam eciam modernos sed et iuratos electos nobiles partibus ab alia per modum breves brevium evocacionis mote et suscitata dictam vestram fideiussoriam cautionem pro parte memorati exponentis factam observare nec sumpmam ipsam, pro qua fideiussionem huius modi fecisse dinoscimini, observare debeatis.

50 Quicquid enim post exitum et decisionem cause ipsius inter partes mote iuris ordine nobis faciendum exinde videbitur, per alias litteras nostras vos certificabimus et id postea, quod deliberatum fuerit, facere debebitis secus igitur nulla racione facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Bude feria secunda proxima post festum beatorum Viti et
55 Modesti martirum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.
Dextra supra: De commissione domini regis.

Franciscus Várday episcopus Transilvanus Leoni X papae supplicat, ut Iohannem Lazói archidiaconum Transilvanum a prosequenda quadam causa, quae propter expensam ecclesiae Transilvanensis tempore insurrectionis aliasque factas est in eum mota, inhibeat.

A in charta 22 × 29,5 cm aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 46).

Conceptus.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82556/2 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 195 et D no 18).

B in charta 22 × 29 cm aqua in formam crucis Graecae episcoporum pectoralis maculata et secundum sinus lacerata (v. in tabula exemplarium no 47).

Sigillum rubrae cerae impressum scidaque tectum, quod litteras olim clausit, anulare (v. in tabula sigillorum no 13).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82556/1 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 195 et D no 18).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1038.

Ann. Litterae, quae decoloratae sunt, legi non possunt, nisi in ultravioleta luce.

A

B

Post oscula beatorum pedum sanctitatis vestrae.

Beatissime pater et domine domine elementissime! Ioannes archidiaconus ecclesie

⁵ Transsilvaniensis

in basilica principis apostolorum de urbe poenitentiarius in

supplicatione

sua

¹⁰ sanctitati vestrae porrecta obtinuit contra me citationem in audientiam reverendi in Christo patris domini Ieronimi episcopi Asculanensis curiae causarum camerae apostolicae generalis auditoris pro quibusdam rebus et pecuniis Iacobi doctoris defuncti

condam

¹⁵ archidiaconi ecclesie

Transsilvaniensis

per eundem ad pias causas legatis. Fateor beatissime pater certos redditus

archidiaconatus

²⁰ Iacobi doctoris

defuncti

post obitum eius ad fabricam ecclesiae mee

Transsilvaniensis

²⁵ convertisse ex debito officii mei, qui illi ecclesie de benignitate apostolica et favore sanctitatis vestrae presideo. Quae quidem ecclesia — ut est exploratissimum — magna ex parte ruinam minabatur et nisi tum ex eiusce modi relictis ad pias causas tum ex propriis meis redditibus succur-

382: 3 archidiaconus A || 4 ecclesiae B || 11 curie B || 12 camerę apostolicę B || 15 archidiaconi A | ecclesiae B || 24 officii A | ecclesiae B

rissem, notabiles defectus et ruinas passa fuisset et vel hodie reparatione plurimum eget.

30 Cuius reparationi dies noctesque pro virili mea invigilo nec temere id me fecisse sanctitas vestra arbitretur.

Nam

iuxta sanctorum patrum instituta bona clericorum decedentium intuitu ecclesiae adquisita ecclesiae sunt et in utilitatem eius convertenda, quorum
35 dispensatio ad me tanquam ordinarium spectabat. Non eo etiam inficias Iacobum doctorem defunctum centum et decem florenos similiter ipsum Ioannem

archidiaconum

poenitentiarium

40 ducentos et viginti octo florenos instar coeterorum beneficiatorum ecclesiae meae

Transsilvaniensis

contribuisse, dum scilicet popularis ille tumultus cruciatarum superiori anno adeo invaluerat ac in omnes promiscui sexus homines seviebat, ut non modo homines sine delectu interficiebantur, sed etiam Dei omni-

45 potentis et sanctorum eius templa prophanabantur. Et ego tum non solum mea propria et subditorum aliquid contra detestandos nisus cruciatarum pro defensione rei publicae, item ecclesiae et subditorum eius expendi, verum etiam nonnullas res ecclesiae meae pignori dare sum coactus omnino.

50 Immo ausim dicere pater beatissime plures praedecessores meos in cursu plurium annorum non tam ecclesiae meae defectus, quos paciebatur, restituisse quam ego hys
55 paucis annis restitui et in dies laboro qua ratione restorationi eius consulere possem.

supplico

60 pater beatissime sanctitati vestrae

dignetur

65 praemissorum cognitionem episcopo Varadiensi aut Chanadiensi committere, qui synceram rei veritatem experiantur et ea cognita a molestatione Ioannis archidiaconi absolute
70 vere

et interea eundem

Quare

pater beatissime

Ioanni poenitentiaro et aliis quibuscumque super praemissis silentium imponere, ut eo ardentiore et liberiore animo necessitatibus ecclesiae consulere possim vel saltem praemissorum cognitionem certis iudicibus hic in Ungaria committere

75 Ioannem
 archidiaconum | poenitentiarium
 et quoscumque alios a prosecutione causae huius modi inhibere. Reliqua
 is magister Lucas canonicus ecclesiae meae devotus orator sanctitatis
 vestrae recensurus est. Me et servicia mea ac
 ipsam ecclesiam | ecclesiam ipsam
 80 sanctitati vestrae recomendo, trado atque dedo. Data Budae
 feria secunda proxima post festum
 beati Ioannis Baptistae anno Domini
 millesimo quingentesimo vige-
 85 simo. E(iusdem) sanctitatis humi-
 lis et devotus orator et capel-
 lanus Franciscus episcopus Trans-
 silvaniensis

In dorso: Sanctissimo in Christo patri et domino domino Leoni decimo
 divina providentia universalis ecclesiae summo pontifici domino meo
 90 clementissimo.

1520 Iunii 27 — Buda

383

Ludovicus II rex Hungariae pro Iohannis Morgondai fratrisque meritis, quae idem contra Turcos et cruciatos meriti sunt, eisdem possessiones, quarum litterae tempore insurrectionis amissae esse dicuntur, denuo donat.

Ed. *Archiv des Vereins* 33 (1897), p. 399 (de tacito loco).

Reg. *Studii* 8 (1955), vol. 5—6, p. 105 (ex Archivo conventus ecclesiae de Alba Iulia).

Nos Ludovicus Dei gratia rex Hungariae, Bohemiae etc. memoriae
 commendamus tenore praesentium significantes, quibus expedit univer-
 sis, quod . . . nos instar boni principis perpenderent integritatem fidei
 servitiorumque non vulgaria merita fidelium nostrorum nobilium Ioannis
 5 de Morgonda iudicis nostri Saxonicalis sedis Senk et Georgii itidem Mor-
 gondai fratris eiusdem uterini, ut ex fidei nostro egregio Paulo Thomori
 castellano castrorum nostrorum Munkáts et Fogaras intelleximus, in
 astrum plane collucentia et <per> eos sacrae inprimis huius regni nostri
 Hungariae coronae et deinde maiestati nostrae pro virili ipsorum in
 10 certis expeditionibus regni nostri partialibus sub vaivodis Transsilvanen-
 sibus tum contra Turcos sacrae fidei Christianae hostes infensissimos,
 tum vero contra cruciatos seu rusticos superioribus annis in hoc toto fere
 regno nostro contra omnem nobilitatem tumultuantes in Deumque et
 beatos crudelia quaeque atque impia promiscue patrantur constanter
 15 animoque prompto atque alacri exhibita. Nosque ut eos regio munere
 prosequamur exhortantia volentes eorundem, ut par est, rationem di-
 gnam habere accedente adhoc etiam supplicatione quorundam fidelium
 nostrorum nobis propterea facta totalem possessionem Voldorff ac por-
 tiones possessionarias Hortobágyfalva et Rakovicza existentes omnino

77 sanctitatis vestrae orator B

- ²⁰ in comitatu Albensi Transsilvaniae gremio *** in quarum omnium pacifico dominio idem Ioannes et Georgius progenitores etiam suos perstitisse seque ipsos persistere referebant. Literas etiam et literalia instrumenta satis efficacia superinde se habuisse, sed ea tempore praefatae seditionis rusticanae nobili Antonio Polner magistro civium civitatis nostrae Segesvár *** ero scilicet termino praefixo in praestanda fidelitate sacrae coronae et genitori nostro . . . debita una cum uxore sua matre eorundem Ioannis et Georgii, quorum manibus tam fidei dignis per eosdem conservandi gratia tradita fuerant, per quendam sceleratum Ioannem Székelly capitaneum ipsorum rusticorum in ipsis partibus tumultuantium miserabiliter trucidatis in eadem civitate Segesvar amissa fuisse asserunt . . . memoratis Ioanni et Georgio Morgondai ac per eos Ioanni, Francisco, Paulo filiis, Annae, Catharinae et Barbarae filiabus praefati Ioannis ac Michaeli, Georgio filiis, Barbarae et Christinae filiabus dicti Georgii ipsorumque haeredibus et posteritatibus utriusque
- ²⁵ sexus universis novae nostrae donationis titulo dedimus, donavimus et contulimus . . .

Datum Budae in festo beati Ladislai regis et confessoris anno 1520 regnorum nostrorum Hungariae et Bohemiae quinto.

ante 1520 Iulii 1

384

Annotatio de iobagionibus ad Monostor pertinentibus, qui cruciferi fuerunt.

In charta scripta esse videtur annotatio ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1056/13.

Ann. Litterae haec ante diem et manu eadem, quibus no 385, datae esse videntur.

De presenti autem taxe impositione nemo quisque ex innocentibus contradicit, dummodo ipsi iobagiones pertinenciarum Monosthor, qui cruciferi fuerunt et nobilibus dampna maxima intulerunt et per capita capitanei cruciferorum fuerunt.

1520 Iulii 1 — Hunyad

385

Iohannes Békés et Andreas Szentimrei castellani castris Hunyad nominati ad Georgium marchionem Brandenburgensem iobagiones de Monostor et de damnis tempore insurrectionis patris satisfacere et subsidium solvere nolle referunt et consulunt eundem, quid agatur.

In charta scriptae, sigillo anulari, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis, no 1056/17.

Ed. Pesty, Krassó IV, no 382. — *Domeniul Hunedoara*, no 51.

Illustrissime princeps domine et domine nobis graciousissime!

Post fidelem ac perpetuam et humilem servitutis nostre commendationem. Is proximis diebus elapsis cum Deo duce illustrissima d(ominacio)

383: 20 lac. ex editione indef. || 25 lac. ex editione indef.

vestra in Gywla personaliter constituta fuerat, certa est eadem, que
5 lamentaciones precipue ex parte cruciferorum, que perpetrata fuerant ab
incolis et iobagionibus illustrissime d(ominacionis) vestre pertinenciarum
Monosthor ita, ut alii iobagiones illustrissime d(ominacionis) vestre, qui
in perquirendis mercimoniis in partibus diversis soliti forent, ubique ob
10 scelera cruciferorum opprimerentur et pene ceteri pauperes iobagiones
in pauperiem devenissent et devenirent in dies, nisi de remedio opportuno
per illustrissimam d(ominacionem) vestram revisum foret. Illustrissima
autem d(ominacio) vestra ex maturo suo consilio ita statuit et nobis mandavit,
quomodo certa summa pecuniarum in universam pertinenciam
huius castri illustrissime d(ominacionis) vestre per nos imponeretur.

15 Nobis itaque ab illustrissima d(ominacione) vestra redeuntibus secundum
mandatum eiusdem pociores incole pertinenciarum huius castri in
quendam diem congregati adfuerunt, prout vero nobis visum fuit tam
pro solucione dampnorum per ipsos cruciferos tam pro certo subsidio
20 illustrissime d(ominacionis) vestre ad totam pertinenciam mille floreni pro
taxa imposita fuit ad quemlibet secundum limitacionem satis competentem
tempore autem imposicionis nemine contradicente.

Jun. 29 In festo tamen sancti Pauli et Petri apostolorum fuit nobis relatum,
qualiter incole pertinenciarum Monosthor, qui universa latrocinia tempore
cruciferorum perpetrarunt, certis diebus diversas sub silencio coniuraciones
25 fecerunt, ut de presenti taxa ne quidem denarium dare vellent nec volunt,
nisi imprimitus ad illustrissimam d(ominacionem) vestram devenirent lamentantes,
ut eciam ex ipsis hy, qui litteras libertatis habent, per nos dicati forent.
Cum vero omnia per eosdem facta sunt, ea de causa fuit nobis visum, uti
singuli hanc dicam sentirent et ne aliquis
30 ex ipsis exemptus fieret, cum singuli merito forent puniendi. Hac
autem infidelitate et coniuracione ceteri incole universarum possessionum
intellectis in rumores et furentes unanimiter proclamant, ut et ipsi ne
quidem denarium dare debeant, nisi prius consulant illustrissimam d(ominacionem)
vestram.

35 Insuper dicunt prefati iobagiones de Monosthor, ut ab omnibus eciam
serviciis alias solitis interim cessare nituntur ostendentes omnem infidelitatem
sperantes, quod illustrissima d(ominacio) vestra nequaquam eos punire intendit,
sicuti tempore retroacto, dum illustrissima d(ominacio) vestra Petrum
litteratum ex Brazlo pro certo subsidio ad has partes miserat et post
40 imposicionem subsidii ipsi incole pertinenciarum Monosthor castellum
Monosthor obsiderant more infidelium, relique quoque pertinencie hoc
viso alii wayvodam Transsilvanie, alii alios dominos proclamabant.
Certa autem est, illustrissima d(ominacio) vestra, uti pro tanto scelere
perpetrato nihil detrimenti et dampna passi sunt, ob hoc
45 superbiunt et nisi pro presenti infidelitate et coniuracione modo aliquali
non punientur.

Nescimus, quid nobis faciendum sit, presertim illustrissima d(ominacione)
vestra absente. Modo est enim providendum de remedio opportuno!
Illustrissima d(ominacio) vestra consulat et nobis mandet, quid faciendum
sit et quomodo de remedio opportuno providendum! Nam eciam de
50 presenti dietim non cesant ab ineunda coniuracione. Faciunt enim extra

loca consueta congregaciones et more Siculorum proclamant, ut si quispiam in eorum congregaciones venire recusarent, eorum domos distraherent et delerent usque ad nihilominus. Hoc autem istud citissime illustrissime d(ominacioni) vestre significassemus, si quidpiam prius intellexissemus, sed omnia fuerant occulte et clam per ipsos facta, hesterna die dumtaxat ad aures nostras eorum coniuraciones venerunt. Que congregaciones et coniuraciones eorum verguntur in castri huius Hwnyad illustrissime d(ominacionis) vestre maximum dedecus et detrimentum.

60 Preterea dicitur nobis, ut in hac presenti dieta Bude universitas dominorum contra honorem et fidem magnifici domini Michaelis Soby locuti forent ob non execucionem, que Bachii in generali congregacione decreta per dominos forent ex parte dampnorum illatorum per cruciferos. Prout autem dicunt, ipse Michael Soby dixit, quod usque ad partes

65 Zerem castri finitimi venire intenderent omnibusque plenam satisfactionem impendere vellet. Is tamen non curatis ipsi incole de Monosthor intelligit illustrissima d(ominacio) vestra, quid facere dietim intentent more infidelium. Et si provisum non fuerit de remedio, necessarium erit nobis contra insolenciam et nostram defensionem gentes observare. Que

70 observacio gentis a nobis fieri nequaquam poterit, ex quo ipsi coniurati in maximo numero sunt, sed aliter providendum est de eorum insolencia, qualiter similes infideles puniantur, dummodo sit ex voluntate et deliberacione illustrissime d(ominacionis) vestre. Expetentes relacionem celerimam ab eadem, quam Deus maximus felicissime observare velit!

75 Datum in castro Hwnyad illustrissime d(ominacionis) vestre die Dominica proxima post Petri et Pauli apostolorum 1520.
E(iusdem) illustrissime d(ominacionis) vestre servitores

Iohannes Bekes
et Andreas de Zenthimreh
castellani etc.

In dorso: Illustrissimo principi domino et domino Georgio Dei gracia marchioni Brandenburgensi, Pomeriensi, Steteniensi etc. domino et domino nobis graciousissimo.

1520 Augusti 15 — Posonium

386

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Cenadinensis mandat, ut Valentinus Balyka in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducatur.

Transcriptum capituli ecclesiae Cenadinensis die 14 Decembris anno 1520 in membrana 63 × 22,5 cm sigillo pendenti, quod est amissum, editum.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Jászóviensis regnicolare, Statutoriae B f. 6 no 185.

Ed. *Bárány, Torontál*, p. 59.

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Cenadinensis mandat, ut nobilis Valentinus Balyka de Nemethy in dominium possessionis Zewldes vocate ac totalium porcionum . . . possessionariarum in posses-

54 post istud del. tempus || 71 post est del. de eorum || 82 post et del. nobis

sionibus Nemethy predicta ac Saarahaza et Odon nuncupatis omnino in
5 comitatu Themesiensi, item domus . . . nobilitaris in civitate regia
Themesiensi existencium et habitarum, in quarum scilicet pacifico et
quieto dominio idem Valentinus Balyka progenitores suos ab antiquo
perstitisse seque persistere eciam de presenti litteras quoque et litteralia
10 instrumenta superinde sufficiencia habuisse, sed tempore insurreccionis
rusticorum partim igne combustas, partim vero dilacerata esse asserit . . .
nove . . . donacionis titulo *introducatur*.

Datum Posonii in festo assumptionis beatissime Marie virginis anno
Domini millesimo quingentesimo vigesimo regnorum *ipsius regis Hun-*
garie et Bohemie . . . anno quinto.

1520 Augusti 24 — Posonium

387

*Ludovicus II rex Hungariae Georgio plebano Hantensi et Iohanni Józsa iudici
nobilium comitatus Vesprimiensis et Nicolao Kálty mandat, ut pro Francisco
Boldogasszonyfalvi praeposito Hantensi coram capitulo ecclesiae Posoniensis
fateantur.*

Transcriptum capituli ecclesiae Posoniensis die 26 Augusti anno 1520 editum (v. no 388).
Sign. Archivum Civitatis Posonii: no 4676 (ante: no 5411).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris
discreto Georgio plebano de Hantha ac nobilibus Iohanni Josa de Bank-
haza iudici nobilium comitatus Wesprimiensis et Nicolao Kalthy de
Kalthaza salutem et graciam!

5 Exposuit nobis fidelis noster venerabilis Franciscus de Bodogazzon-
falwa prepositus Hanthensis et canonicus ecclesie Strigoniensis, qualiter
ipse in causa sua contra providum Iohannem Zabo civem civitatis
nostre Posoniensis racione quarundam ovium mota vestris fassionibus
et attestacionibus pro sui iuris stabilimento ad presens plurimum
10 indigeret.

Ideo fidelitati vestre harum serie committimus et mandamus, quatinus
statim acceptis presentibus sub onere sedecim marcarum ad capitulum
ecclesie Posoniensis personaliter intrare ac ad fidem vestram, de quibus
interrogabimini, secundum quod vobis constant, meram rei veritatem
15 dicere faterique debeatis et teneamini, super quibus vestris fassionibus
et attestacionibus dictum capitulum ecclesie Posoniensis litteras neces-
sarias prefato exponenti iuris sui ad cautelam extradare debeat et tenea-
tur, secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti!

Datum Posonii in festo beati Bartholomei apostoli anno Domini mil-
20 lesimo quingentesimo vigesimo.

Capitulum ecclesiae Poseniensis testibus Georgio plebano Hantensi et Iohanne Józsa iudice nobilium comitatus Vesprimiensis et Nicolao Kálty a Iohanne Szabó et Georgio presbytero de Kisécs oves Francisci Boldogasszonyfalvi praepositi Hantensis tempore insurrectionis abactas esse testatur.

In charta 29,5 × 42,5 cm.

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Civitatis Posenii: no 4676 (ante: no 5411).

Reg. Inventár, no 4676 (Slovace).

Nos capitulum ecclesie Poseniensis memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos litteras serenissimi principis domini Ludovici Dei gracia regis Hungarie et Bohemie etc. attestatorias patenter emanatas nobisque in aliqua sui parte loquentes summa cum obediencia recepimus in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 24 Augusti anno 1520 datae (v. no 387).

Quarum quidem litterarum vigore prefati dominus Georgius plebanus de Hantha ac Iohannes Josa de Bankhaza iudex nobilium comitatus Vesprimiensis et Nicolaus Kalthy de Kalthhaza die datarum presencium ad nostram venientes presenciam, qui utputa dictus dominus Georgius plebanus ad consciencie sue puritatem, prefati vero Iohannes Josa et Nicolaus Kalthy ad fidem eorum in facto predictarum ovium in preinsertis litteris dicti domini nostri regis specificatarum dixerunt et fassi extiterunt in hunc modum.

Et primo prenotatus dominus Georgius plebanus fassus extitit, quod tempore, quo sedicio populi crucigerorum in hoc regno Hungarie exorta fuisset, prefatus dominus Franciscus prepositus exponens tirranidem ipsorum crucigerorum pertimescens gracia defensionis seu conservacionis persone sue se ad locum tuciorum contulisset, sed antequam ad illum locum destinatum se conferret, ipsum dominum Georgium plebanum testem primitus in ipsa prepositura sua Hanthensi in factorem et administratorem provisoremque suum generalem constituisset mandando universis populis et iobagionibus atque subiectis eiusdem prepositure sue, quatinus eidem testi factori tantum obediencie et reverencie, quantum sibi domino Francisco preposito, ymmo et plus exhibere eumque recognoscere et advertere deberent et tenerentur. Quo sic habito ipse testis ut et tanquam factor generalis prefati domini prepositi exponentis sevicia predictorum crucigerorum magis ac magis invalescente stipendiariorum de bonis ac possessionibus prefate prepositure Hanthensis iuxta ordinationem et decretum dicti regni Hungarie debitos ad egregium Gregorium alias Gechow dictum de Wason protunc capitaneum prefati comitatus Vesprimiensis deduxisset et dicioni illius assignasset.

Exinde prefatus populus cruciferorum in illis provinciis insurgencium seorsum sibipsis et universitas nobilium comitatus Iawriensis pariter sibipsis seorsum optassent et peciissent, ut ipse testis tanquam factor dicti domini prepositi exponentis personaliter una cum suis stipendiariis ipsis adhereret et quod neutri petencium id facere voluisset, prefata universitas nobilium eiusdem comitatus Iawriensis prefatam preposi-

turam Hanthensem potenter invasissent et tam domum ipsius prepositure in oppido Hantha vocato in predicto comitatu Wesprimiensi existenti habitam quam ipsum oppidum Hantha scilicet omnia bona possessiones atque pertinencias eiusdem prepositure Hanthensis depredati fuissent, ipse vero testis Deo auxiliante solo presidio fuge mortem evasisset.

40 Eo denique tempore quidam vagabundus presbiter nomine Georgius
45 Zewkthey de Kyseech et prefatus Iohannes Zabo in unum votum convenientes omnes oves prefati domini prepositi exponentis numero trecentas vel citra absque custodia alicuius pastoris in territorio dicti oppidi Hantha coerrantes, a quibus opilio ad custodiam illarum ordinatus ob metum prefatorum crucigerorum aufugerat, abegissent et usque ad possessionem Was vocatam et vadum illius ville super fluvio Danubii
50 existens abduxissent et quo ipsis placuisset, fecissent.

Interrogatus testis ipse de causa sue sciencie, undenam sibi constaret, quod ille Georgius Zewkthey presbiter vagabundus et prefatus Iohannes Zabo hec patrassent, qui respondit, quod post abaccionem et abductionem earundem ovium in continenti quidam servitor seu famulus
55 ipsius testis ad ipsum testem venisset et ille sibi retullisset illosque Georgium presbiterum et Iohannem Zabo hoc facientes vidisse et personas illorum agnovisse asseruisset addiditque idem testis, quod de eo, quod illi duo videlicet Georgius presbiter et Iohannes Zabo hec fecissent,
60 totus comitatus Wesprimiensis aperte sciret et manifeste.

Item secundus testis prefatus Iohannes Josa dixit, quod post deperditionem predictarum ovium quidam Iohannes Kanthor dictus eo tunc aput prefatum dominum Georgium plebanum testem primum demorans ad ipsum Iohannem Josa testem tamquam iudicem nobilium predicti
65 comitatus Wesprimiensis venisset et per modum protestacionis sibi significasset, quomodo prefatus Georgius presbiter de Kyseech universas oves prefati domini prepositi exponentis abstullisset et Iohanni Zabo de Zeredahel dedisset et ille Iohannes Zabo easdem oves abegisset, sed an precio vel alia quavis causa seu colore dictus Georgius presbiter eidem
70 Iohanni Zabo illas oves dederit, testis dixit sibi non constare. Subiunxit etiam idem Iohannes Josa testis, quod ex post facto prefatus quoque dominus Georgius plebanus testis primus factor scilicet prefati domini prepositi exponentis nomine eiusdem domini prepositi in sede iudiciaria predicti comitatus Wesprimiensis similem protestacionem fecisset. Alia
75 testis ipse dicere nescivit.

Item tercius et ultimus testis prenotatus Nicolaus Kalthy retullit nichil aliud scire, quam ex auditu percepisse, quod prefati Georgius Zewkthey presbiter et Iohannes Zabo universas oves prefati domini prepositi exponentis preter omnem eiusdem domini prepositi exponentis
80 voluntatem abduxissent et per vadum ville seu possessionis Was vocate traici fecissent et quo eorum placuisset voluntati, fecissent.

Ad quorum quidem testium fassiones presentes litteras nostras attestatorias prenominato domino Francisco preposito exponenti superinde duximus concedendas.

⁸⁵ Datum die Dominico proximo post predictum festum beati Bartholomei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo superscripto.

1520 Octobris 1

389

Leo X papa in consistorio providit ecclesiae Cenadinensi, cuius episcopus in tumultu cruciferorum interfectus est.

A In libro ex charta confecto.

Protocollum.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Archivum Consistorium, Acta vicecancellarii, vol. 2 fol. 163r.

B In libro ex charta confecto.

Copia XVII saeculi simplex.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Archivum consistorium, Acta miscellanea, vol. 17 fol. 106v.

C In libro ex charta confecto.

Copia XVII saeculi simplex.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Archivum consistorium, Acta miscellanea, vol. 31 fol. 117v.

D In libro ex charta confecto.

Copia XVIII saeculi simplex.

Sign. Archivum Secretum Vaticanum: Substitutus consistorii, Acta consistoria, fol. 2 p. 279.

A

BCD

<p>... Providit ecclesie Canadiensi in Ungaria sub metropoli Colocensi vacanti per obitum Nicolai episcopi de persona Francisci Chiahol clerici</p> <p>⁵ Agriensis in XXVIII sue etatis anno constituti, qui Nicolaus interfectus fuit in tumultu cruciferorum in Ungaria</p> <p>¹⁰ cum dispensatione super defectu etatis et retentione beneficiorum suorum.</p> <p>Redditus: floreni II^m. Taxa: floreni VIII^o.</p> <p>¹⁵ Ad partem fuit facta gratia pro hac vice dumtaxat, quod littere expediantur ad rationem quingentorum</p> <p>²⁰ ducatorum, cum sit taxata ad nuningentorum ...</p>	<p>Canacensi</p> <p>Agennensis vacanti per obitum Nicolai episcopi,</p> <p>expedirentur</p>
--	---

389: 1 post ecclesie del. aliquid A et add. cathedrali C | Calaniensi C || 4 Chiahol B | Chialel D || 9 crucifigerorum D | Ungaria]Germania D || 13 Redditus — VIII^o om. D || 15 post gratia add. quod D || 18 expedienti C || 19 guingentorum B

Stephanus Báthory palatinus Hungariae se pro pecuniae summa tempore obsidionis castris Temes vocati et alias sumpta Iohanni Doroszlói pignus dedisse testatur.

Transcriptum Thomae Nádasdy palatini Hungariae die 8 Martii anno 1549 in charta 30,5 × 101 cm lacerata sigillo sub textu scidaque tecto consignata editum.
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 24650 (ante: Neoregistrata Acta f. 424 no 11).

Nos Stephanus de Bathor regni Hungarie palatinus et iudex Comanorum memorie commendamus per presentes, quod nos superioribus annis tempore, quo scilicet dum Georgius Zekel castrum Themesiense obsederat, ab egregio Ioanne de Doroslo mille et centum florenos in auro ad
 5 solucionem servitorum nostrorum receperamus, nunc iterum inevitabili necessitate compulsi similiter ab eodem Ioanne mille et quadringentos florenos inclusive duo millia et quingentos florenos tali condicione levavimus, quod si infra revolucionem unius anni integri a die datarum presencium prescriptos duo millia et quingentos in auro puro eidem red-
 10 dere et persolvere non possemus aut nollemus aut non curaremus quovis modo, extunc elapso ipsius solucionis termino solum vigore presencium totales possessiones nostras Bathorkezy in Comaroniensi, Kewbewlkwth et Wyffalw in Strigoniensi comitatibus existentes et habitas occupare et tandiu quousque eidem Ioanni de dictis duabus millibus et quingentis
 15 florenis satisfactum fuerit quoad plenum, ubi vero nos easdem possessiones nostras eidem occupare non permitteremus, extunc perpetuitatis ipsarum possessionum in eundem Ioannem Dorosloy ac heredes devolvi et condescendi debeant eo facto ad quevis premissa et quevis premissorum singula chirograffo manus nostre nos obligamus <vigore> harum
 20 nostrarum litterarum mediante.

Datum Bude in festo beatorum Simonis et Iude apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo.

Ludovicus II rex Hungariae Andreae Csoron possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae de Alba Regia, ut idem in dominium earundem introducatur.

A in membrana 43,5 × 30 cm maculata.

Sigillum scripto sub textu impressum scidaque tectum.

Sign. Archivum Comitatus Castri Ferrei: Archivum capituli ecclesiae Castri Ferrei regnicolare, Statutoriae, familia Choron.

B transcriptum conventus ecclesiae de Alba die 10 Iunii anno 1521 in membrana 40,5 × 41 cm ex filis nigri rubrique colorum sericeis pendenti sigillo nunc amisso editum.

Sign. Archivum Comitatus Castri Ferrei: Archivum capituli ecclesiae Castri Ferrei regnicolare: Statutoriae (copia earundem saeculi duodevicesimi authentica: Archivum Hungariae Nationale: DL 7187, ante: Neoregistrata Acta f. 105 no 6).

A

B

Nos

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc.

memorie commendamus tenore pre-
sencium significantes, quibus expe-

⁵ dit universis, quod

nos attentis et consideratis fidelitate et serviciis fidelis nostri nobilis Andree Choron de Naghdewecher per eum sacre primum huius regni nostri Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis constancia exhibita et impensis

¹⁰ totales possessiones Kamond et Kohar vocatas ac porciones possessionarias in possessionibus Naghdewecher et Kysdewecher in Wesprimiensi atque Araach vocatis in Zaladiensi, item totale predium Cherhaza nuncupatum in eodem Wesprimiensi comitatibus existentes, habitas et adiacentes, in quarum pacifico dominio prefatus Andreas Choron de

¹⁵ Naghdewecher progenitores suos ab antiquo perstitisse seque eciam nunc persistere et litteras quoque superinde ac litteralia instrumenta habuisse, sed per rusticos in tumultuaria eorum superioribus annis contra nobilitatem insurreccione in magna sui parte deperditas et alienata esse asserit, simul cum omni iure nostro regio, si quod in dictis possessionibus Kamond

²⁰ et Kohar ac porcionibus possessionariis in possessionibus Naghdewecher et Kysdewecher atque Araach prescriptis habitis ac predio Cherhaza vocato eciam alias qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concerneret maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet

²⁵ terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, pisci-

³⁰ nis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet

ad easdem de iure et ab antiquo spectantibus

391: 16 l[itteras] A || 22 qualitercumque B

utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis
 35 vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus

premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato Andree Choron de Naghdewecher suisque heredibus et posteritatibus universis

40 nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et

45 habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint

50 reportate.

55

60

65

70

75

80

33*

vigore aliarum litterarum nostrarum nove nostre donacionis titulo superinde confectarum imperpetuum contulerimus velimusque eundem in dominium earundem et eiusdem ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre harum serie firmissime committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Mathias de Ikland aut Michael de Meggyes vel Franciscus de Bakos sive Emericus de Ayka nam Iohannes de Araach aliis absentibus homo noster ad facies prescriptarum possessionum Kamond et Kohar vocatarum ac porcionum possessionariarum in possessionibus Naghdewecher et Kysdewecher ac Araach habitarum necnon totalis predii Cherhaza appellati et dicti iuris nostri regii in eisdem habiti vicinis et commetaneis suis universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat prefatum Andream Choron de Naghdewecher in dominium earundem et eiusdem statuaturque easdem et idem eidem premisse nostre nove donacionis titulo sibi incumbentes perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero, si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Andream Choron ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros et post hec huius modi introduc-

85

cionis et statucionis seriem cum contradictorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et cometaneorum, qui premissis statuconi intererunt, nominibus terminoque assignato — ut fuerit expediens — eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

90 Datum Bude sabbato proximo post festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo primo regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie predictorum etc. anno sexto.

Dextra subter: Relacio magistri Thome archipresbyteri de Beregzaaz secretarii regie maiestatis et
95 *inferius:* Thomas Z(alahaz)y archipresbyter.

1521 Maii 26 — Buda

392

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae de Alba Iulia mandat, ut Thomas Gáltói in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducat.

In charta 29,5 × 23,5 cm lacerata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 29409.

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris [ca]pitulo ecclesie Albensis Transsilvane salutem et gratiam!

Cum nos habentes respectum ad fidelitatem et fidelium servitiorum merita fidelis nostri egregii Thome de Galthew per eum sac[re impr]imis
5 huius regni nostri Hungarie corone deindeque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate non minus hoc superiori tempore, [q]uo ignobile vulgus in perniciem tocius nobilitatis sevre vi[re]sque suas propagare ceperat quam aliis sepe temporibus in confiniis regni nostri contra Turcas fortiter pugnantis letalia aliquando vulnera excipientis
10 fideliter et constanter exhibita totales et integras porciones suas possessionarias in possessionibus Pokaffalwa, Kyskerek, Bekenseg, Wyffalw et Galthew vocatis omnino in comitatu Albensi Transsilvanie existentibus habitas, in quarum pacifico et quieto dominio idem Thomas Galthewy progenitores suos ab antiquo legitime perstitisse seque ipsum eciam de
15 presenti ex[istere] litterasque et litteralia instrumenta factum earundem totalium porcionum suarum possessionariarum tangentes et concernentes superinde sufficientes habuisse, sed illa ipso rusticanorum disturbiorum tempore per cruciferos ab ipso casualiter deperdita et alienata esse
20 a[s]serit, simul cum totali et omni iure nostro regio, si quod in predictis porcionibus possessionariis qualitercunque haberemus aut eodem nostram

ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concerneret maiestatem, pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memorato Thome de Galthew ac filiis eiusdem eorundemque heredibus et posteritibus universis vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium superinde confectarum nove nostre [d]onacionis titulo in perpetuum contulerimus velimusque eundem Thomam in dominium earundem porcionum possessionariarum ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci.

30 Super quo fidelitati vestre harum serie committimus et mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Sigismundus de Hozywthelke aut Franciscus de Gald vel Anthonius de eadem sin Ladislaus Forro de Sywle sive Georgius de Chethwe ne Gregorius de Herepe aliis absentibus homo noster ad facies
35 prescriptarum totalium porcionum possessionariarum dicti Thome vicinis et commetaneis earundem universis inibi legitime convocatis et presentibus accedens introducat iam fatum Thomam de Galthew in dominium earundem ac dicti iuris nostri regii in eisdem habiti statuatque easdem et idem eidem simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis [quibuslibet]
40 pre[mi]sse nostre nove donacionis [titulo ipsi incu]mbentes perpe[
[tuo] possidendas, si non fuerit contradictum, contradictores vero si qui fuerint, evocet eosdem contra annotatum Thomam nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorum reddituros. Et post hec huius modi introduccionis et statucionis seriem cum contradictorum et
45 evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, nominibus terminoque assignato, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude in festo Sanctissime Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo regnorum nostrorum Hungarie, Bohemie etc. anno sexto.

In dorso: Fidelibus nostris capitulo ecclesie Albensis Transsilvane pro fideli nostro egregio Thoma de Galthew introductoria et statutoria. Lecta.

Iul. 5 Exequucio facta est feria sexta proxima intra octavas festi visitacionis
55 Marie vicini et commetanei in Pokafalwa et Kyskerek Gaspar de Hozywthelke, Sigismundus de Kysenyed et Petrus in Hozywthelke commorantes
Iul. 7 nullo contradictore ibidem apparente, verum tamen tercio die introduccionis et statucionis Petrus Thenk de Pokafalwa comparens premissis introduccioni et statucioni quantum racione Pokafalwa et Kyskerek
60 contradixit in capitulo et sic evocatus est ad octavas, in Bewkenzeg, Galthew et Wyfalw vicini et commetanei Benedictus de Galthew, Martinus de Gaald, Blasius Feyer de eadem, Anthonius Somay, alter Anthonius de Gaald, Petrus, Mykle, Nayagh in Wyfalw, Ladislaus Kenez in Demetherpathaka homo regius Sigismundus de Hozywthelke capitularis
65 m(agister) Iohannes <rector altaris> quatuor doctorum.

392: 55 Pokafalwa et Kyskerek *in marg.* | post Kyskerek *del.* Gaspar de Sungud alter || 63 post Mykle (*bis*) *del.* Nayogh alter

Capitulum ecclesiae de Promontorio Varadinensi Iohannem Zolyomy omnia bona filiae suae, Catharinae consorti scilicet Gregorii Pöstyényi, qui tempore insurrectionis et alibi sibi auxilium tulit, pro 3000 florenis donasse testatur.

In charta lacerata et a tergo sigillata scriptae esse videntur litterae ex copia photographica. Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Familiae Vécsey f. 4. no 327.

Nos capitulum ecclesie sancti Stephani protomartyris de Promontorio Waradiensi memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit universis, quod egregius Iohannes [Z]olyomy de Albews coram nobis personaliter constitutus sponte et libere confessus est in

5 hunc modum, quomodo ipse habita ratione con[sider]ataque primum qualitate ac quantitate dotis et rerum paraffernalium, quas egregius Gregorius Pesthyeny de Marthonos [prov]isor castri Waradiensis cum nobili domina Katherina filia sua consorte scilicet eiusdem Iohannis Zolyomy pro exigencia et honore sui status atque condicionis sibi dedisset

10 atque contulisset, attentis deinceps et in animum suum revocatis multiplicibus beneficiis et complacenciis eiusdem Gregorii Pesthyeny, quibus idem ipsum Iohannem Zolyomy a multis temporibus retroactis et potissimum a tempore insurrectionis rusticane cruce signate domo et habitatione eiusdem Iohannis Zolyomy solo equa[ta] rebusque suis domesticis

15 ac clenodiis omnibus per eosdem cruce signatos privatum atque despoliatum maxima miseriarum *** demersum primum domo atque habitatione eiusdem refecta atque instaurata rebusque domesticis ac clenodiis non minus ornatis atque precii minoris quam que ab ipsis cruciatis erant ablata atque direpta auxilio etiam pecuniarum sepe numero fovisset,

20 providisset atque adiuvisset magnam insuper partem bonorum et iurium suorum possessionariorum idem Gregorius Pesthyeny non expensis, laboribus et fatigis suis parcens a manibus alienis recuperasset et reacquisivisset ac manibus eiusdem Iohannis Zolyomy dedisset et [a]ssignasset, ad ultimum consideratis variis expensis et diversis auxiliis, que prefatus

25 Gregorius Pesthyeny in necessitatem et apparatus belli contra Thurcos castrum Nandoralbense inimica multitudine obsidente moti atque suscepti eidem Iohanni Zolyomy dedisset atque impendisset et cum sibi ad hoc bellum tam atrox una cum ceteris regnicolis necessarie eundem sit certumque et exploratum habeat suum abitum atque discessum,

30 reditum vero omnino dubium, cum exitus belli sit incertus atque anceps, ob hoc ipse volens benefactis prefati Gregorii Pesthyeny — ne ingratus iudicetur — respondere vicemque reddere atque gratificari universa bona et quelibet iura sua possessionaria porcionesque possessionarias in possessionibus Albews, Chathar, Molnospethry, Olthwan, Zekelhyd,

35 Semyen, Peerth, Samson, Sarfew, Iankafalwa, Kool, Dyozezh, Chokal et Hwlogd et Eggyed in Byhoriensi, item Zesar, Thothfalw et Bozontha in Zatthmariensi comitatibus existentes et habitas simul cum metis, earundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis agris, pratis, campis, pascuis, fenetis, fenilibus, silvis,

40 nemoribus, rubetis, virgultis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis, molen-

dinis et eorundem locis, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, generaliter vero quarumlibet utilitatum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ad eadem bona et iura possessionaria de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus prefate domine
45 Katherine consorti scilicet sue filie videlicet dicti Gregorii Pesthyeny [et q]uia predicta bona et iura sua possessionaria ius tantummodo masculinum et non femininum tangere et concernere dinoscuntur, nihilominus tamen ipse Iohannes Zolyomy proli feminee ab eadem domina Katherine
50 consorte sua in futurum procreande pro tribus milibus florenorum dedisset, contulisset atque obligasset, prout dedit, contulit atque obligavit nostri in presencia tenenda, possidenda, pariter et habenda ita, quod[s]i eundem Iohannem Zolyomy — quod Deus avertat — in bello mori aut post ipsius reditum sine solacio heredum utriusque sexus e vita decedere contiger[it], extunc prefata domina Katherine aut proles feminea ex
55 ipsa progenerata predicta bona et iura possessionaria prenominati Iohannis Zolyomy pro prescriptis tribus milibus florenorum cuicumque voluerit dare obligareque et tandem pro refrigerio anime ipsius Iohannis Zolyomy largiri aut quo sibi visum fuerit expedire valeat atque possit.
60 In cuius rei memoriam presentes litteras nostras duximus dandas atque concedendas.

Datum feria tertia proxima ante festum beate Margarethe virginis martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo primo.

1522 Maii 29

394

Capitulum ecclesie Budensis se testamento Alberti Szűcs pro meritis eiusdem tempore insurrectionis et alias factis annuisse testatur.

In libro ex charta 21 × 30 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 106083 no 855 (ante: Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum capituli ecclesie Poseniensis regnicolare, Protocollum Budense no 3).

Ed. *Magyar Történelmi Tár* 12 (1863), p. 98 (partim).

Nos Blasius de Pakos prepositus et capitulum ecclesie Budensis memorie commendamus per presentes, quod licet universa bona tam mobilia quam immobilia circumscripti condam Alberti Zewch alias iudicis civitatis nostre Zyntha supremi tanquam in eredibus et semine omnino
5 deficientis iuxta regni huius consuetudinem ad nos consequenterque ecclesiam nostram devolvi debuissent et condescendi, accepta tibi superinde supplicacione et intervencione iudicis et iuratorum civium sed et tocius civitatis Zyntha ac executorum testamenti ipsius condam Alberti
10 Zewch tum ex eo, quod idem Albertus Zewch memor salutis et honoris sui in testamentaria sua disposicione nobis et ecclesie nostre specialem fecisset et elemosinarum largicionum provisionem tum eciam attentis et consideratis fidelitate et fidelium serviciorum meritis eiusdem, que idem nobis et dicte ecclesie nostre a pluribus retroactis annis tam tem-

394: 1 post Pakos del. pplus | prepositus supra scr. || 6 tibi forte: tamen cf. vers. 27

519

pore insurreccionis c{u}r{uci}ate gentis quam eciam aliis temporibus
15 opportunis iuxta sue possibilitatis exigenciam fecisset omni studio cura-
que et diligencia cum omni fidelitatis constancia impendere curasset,
bona igitur ac matura inter nos deliberacione prehabita nolentes testa-
mentariam ipsius condam Alberti Zewch disposicionem quoquo modo
20 turbare, uti decet personas ecclesiasticas, sed omnibus suis punctis et
articulis rata et accepta habere volentes id eisdem executoribus eiusdem
duximus annuendum et concedendum, prout annuimus et concedimus,
quod quicquid idem iuxta testamentariam disposicionem eiusdem con-
dam Alberti Zewch vel honeste domine Anne relicte ac circumspecto Be-
nedito Zewch fratri eiusdem aliisque affinibus eiusdem vel pro refrugero
25 anime eiusdem, quo ipsis salubrius visum fuerit, dare distribuereque et
assignare voluerunt, liberam atque omnimodam habeant dandi distri-
buidique et assignandi facultatem tali tibi condicione et eo pacto, quod
quicquid prefate domine Anne relicte ipsius condam Alberti Zeuch aut
dicto Benedicto Zewch fratri eiusdem aliisque affinibus eiusdem, qui scilicet
30 pre(se)rtim in bonis ecclesie nostre residencias fecerint et semine de-
fecerint in mortis ipsorum articulo et testamentaria disposicione pro re-
frugero animarum suarum et sepe fati condam Alberti Zewch circa <et>
pre ecclesiam nostram prefatam iuxta exigendam facultatem ipsorum
rursus specialem provisionem, elemosinarum largicionem facere debeant
35 et teneantur. In cuius rei memoriam et efficax testimonium presentes
litteras nostras duximus concedendas.

Datum in festo ascensionis Domini anno eiusdem 1522.

1522 Septembris 22 — Nagyfalú

395

*Comitatus de Baranya Petrum abbatem Sanctae Trinitatis iobagione legi-
rupa migrato condemnat.*

In charta scriptae et a tergo sigillis quinque anulorum consignata esse videntur litterae
ex copia photographica.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum familiae Révay (ante: Archi-
vum familiae Gyulay) f. 12 no 4.

Nos universitas nobilium comitatus de Baronya damus pro memoria,
quod quia providus Fabianus Nagh iobagio egregii Gregorii de Gywla
in porcione eiusdem possessionaria Pether in dicto comitatu vocata
ca. Nov. 11 habita commorans circa festum beati Martini episcopi proxime preteri-
5 tum cum omnibus rebus et bonis suis furtim et clandestine se ad posses-
sionem venerabilis et religiosi fratris et domini Petri abbatis de Zenthtri-
nitas ad eandem Zenthtrinitas se transtulisset moraturum in preiudicium
et dampnum dicti exponentis valde magnum, quem quidem iobagionem
prefatus Gregorius de Gywla in facie dicte possessionis Zenthtrinitas
10 residentem coram nobili Anthonio de Bekefalwa iudice nobilium suffi-
cienti testimonio demonstrari fecisset. Idemque iudex nobilium feria
Iul. 16 quarta ante festum beate Marie Magdalene dictum dominum abbatem
in persona sua ad reddendum et restituendum dictum iobagionem prefato

17 prehabita]prehabitam corr. || 27 cf. vers. 6 || 33 forte: per

exponenti amonuisset. Nichilominus tamen hactenus annotatum iobagionem sepe nominati exponentis in possessione eiusdem Zenthtrinitas prefata commorantem ad amonicionem dicti iudicis nobilium reddere et restituere recusasset in contemptum decreti et articuli superinde in
Oct. 18 15 dieta pro festo beati Luce evangeliste in anno Domini millesimo quingentesimo quarto <decimo> Bude editi potencialiter conservando. Postulans igitur sepe fatus Gregorius de Gywla actor ex parte dicti domini abbatis iudicium et iusticiam in premissis elargiri, verumque ex quo prenotatus Petrus abbas modo premissis per iudicem nobilium amonitus sepe fatum iobagionem preallegati actoris reddere et restituere neglexisset neque etiam per se vel per suum procuratorem legitimum ad reddendam 20 25 rationem premissorum nostri in presencia comparuisset se obculpabilitatis sue manifestum indicium a facie iuris absentando, quapropter eundem dominum abbatem iuxta vim et formam decreti nobis et nostris coassessoribus in iudicio cause ipsius nobiscum existentibus propter temerariam conservacionem et non restitutionem memorati iobagionis 30 sepe nominati actoris cum rebus et bonis eiusdem in ipso facto minoris potencie inter ipsum actorem et vicecomites et iudices nobilium equaliter dividendis convinci et aggravari manifeste cernebatur. Eorum igitur nostrorum coassessorum perscrutato consilio et habito superinde prematuro nolentes eidem domino abbati convicto prescriptos actus potenciariorum simpliciter et inpune pertransire, ne alii ab eodem exemplati ad 35 similes actus potenciariorum se apponere presumant, sed eiusdem penalis affliccio alios eciam quoslibet a talis modi actibus potenciariorum et temerariis retencione et conservacione retrahat et restringat ceterisque redat in exemplum eiusdem in dicto facto minoris potencie puta in viginti 40 quinque marcis gravis ponderis centum florenos auri facientibus partim dictis vicecomitibus et iudicibus nobilium, partim vero dicto actori persolvendis convinci et aggravari permittentes. Nichilominusque ubi prefatus dominus abbas convictus post solucionem oneris iudicii propter temerariam conservacionem indebitam retencionem factam adhuc apud 45 se et in dicta possessione Zenthtrinitas contumaciter prefatum iobagionem sepe nominati actoris conservare et retinere attemptaret, extunc eundem dominum abbatem ultra iudiciorum seu birsagiorum onera iuxta formam dicti decreti non in amissione prenotate possessionis Zenthtrinitas, quoniam bona ecclesie amittere non potest, sed in estimacione dicte possessionis Zenthtrinitas, ubi scilicet dictus iobagio 50 actoris olim profugus resideret, in prima siquidem parte estimacionis prememorato actori et aliis duabus partibus regie maiestati similiter convinci et aggravari decernentes et adiudicantes. Quocirca vobis vicecomitibus et iudicibus nobilium nostris committimus, quatenus de et 55 super premissis iudiciorum oneribus vobis et dicto actori de bonis et rebus dicti domini abbatis convicti et si necesse fuerit eciam de iuribus hereditariis eundem convictum titulo pignoris statuentes plenam et omnimodam satisfaccionem recipere et inpendere debeatis et teneamini. Ac insuper modo premissis si prefatus abbas convictus iam persolutis 60 oneribus iudiciorum dictum convictum iobagionem annotati actoris contumaciter in contemptum dicti decreti — ut premittitur — detineret,

extunc dictam possessionem Zenthtrinitas iuxta estimacionem in prima dicto actori et in duabus aliis partibus regie maiestati occupare debeatis et teneamini auctoritate nostra iudiciaria et testimonio presencium
⁶⁵ mediante.

Datum in Nagfalw feria secunda proxima post festum beati Mathei apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo secundo.

1523 Septembris 4 — Visegrád

396

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut quaedam nobiles dominae in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducantur.

In charta 30×29 cm.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Lelesziensis regnicolare, Statutoriae B no 269.

*Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles domina Elizabeth relicta ac puella Elizabeth et Magdalena filie nobilis condam Bartholomei Bedew de Hetheny in dominium domus et curie nobilitaris in possessione Hetheny prefata ac porcionum possessionariarum in possessionibus eadem Hetheny et Welethe vocatis in comitatu de Wgoza existencium habitarum, in quarum pacifico dominio eedem domina puelleque . . . progenitores suos ab antiquo perstitisse se seque eciam de presenti persistere litteras quoque et litteralia instrumenta superinde habuisse, sed superioribus annis, quibus gens rustica
⁵ per hoc ipsum regnum . . . insurgens varia maleficia enormitates et alia multiplicia malorum genera patraret, per ipsam eandem gentem rusticam easdem litteras partim conflagratas, partim vero dilaceratas vel aliter disperditas esse asserunt . . . nove . . . donacionis titulo intro-
¹⁰ ducantur.*

¹⁵ Datum in curia regia Vissegradiensi feria sexta proxima post festum beati Egidii abbatis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo tercio regnorum ipsius regis Hungarie et Bohemie etc. anno octavo.

1524 Aprilis 1 — Buda

397

Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut quibusdam nobilibus litteras tempore insurrectionis amissas transcribat.

In charta 29×34 cm lacerata, manca.

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 28891 (ante: Archivum conventus ecclesiae de Kolozsmonostor regnicolare, K no 59).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris conventui ecclesie de Kolosmonostora salutem et gratiam!

Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum egregiorum Ladislai et Salatielis Gerewffy de Gerewassarhel, Sigismundi similiter Gerewffy de Kyskapws, Emerici Gerewffy de Zwthor, alterius Emerici ac Francisci et Michaelis Gerewffy de Zamosfalwa, Ieronimi et Pauli Gerewffy de dicta Kyskapws ac Michaelis et Stanislai Gerewffy de Inakthelke, quod quamvis annis superioribus vivente adhuc et in humanis agente reverendo condam domino Ladislao Gereb de W[ingarth] episcopo ecclesie Albensis Transsilvanie idem condam dominus Ladislaus Gereb episcopus ipsi quoque exponentes pari voluntate per waywodales et vestrum testimonium homines convocatis et presentibus ibidem — ut moris est — quam pluribus nobilibus vicinis et commetaneis adherentibus inter possession[es] dicti episcopatus ecclesie Albensis Naghkapws et Egerbegh vocatis in comitatu de Kolos existentes habite ab una ac dictorum exponencium Kyskapws appellata in eodem comitatu de Kolos existentem habitam partibus ab alia quedam realis et legitima reambulacio atque distinccio metarum facta et celebrata et ipsis partibus consencientibus absque omni prors[u]s contradiccione et inhibicione conclusa littere eciam vestre super huius modi reambulacione metales pertransitis legitimis diebus et horis a regno statutis sub vestro sigillo eisdem exponentibus pure et simpliciter sine defectu extradate et emanate extiterint.

Tamen hys superioribus disturbiorum temporibus, quibus populares et rustici sub nomine cruciate contra maiestatem nostram et in perniciem tocius nobilitatis tumultuabantur et inaudita mala perpetrassent, iidem populares et rustici domos eorundem exponencium sed et easdem litteras metales concremassent et incinerassent.

Et licet signatura sive paria earundem litterarumstrarum metalium ad requisicionem dictorum exponencium in vestra sacristia seu conservatorio ecclesie vestre per vos requisita et reinventa extiterit, tamen quia notarius vester aut errore vel negligencia ductus nomina hominum waywodaliu[m] ac vicinorum et commetaneorum de ipsa signatura simpliciter ommisisse dicitur, cum tamen premi[ssa] reambulacio metarum puraque emanacio predictarum litterarum *** vobis et omnibus vicinis et commetaneis modo premissis constaret *** exponentes paribus earundem litterarumstrarum metalium pro *** forent necessarii, vos tamen absque nostro litteratorio mandato *** [p]remisso errore aut negligencia notarii vestri commissum [re]formari et *** recusaretis in grave preiudicium et dampnum prefatorum exponencium valde magnum.

Accepta igitur intellectaque et admissa huiusce modi iusta et legitima supplicacione predictorum exponencium nobis superinde porrecta volumus et fidelitati vestre serie presencium strictissime mandamus, quatinus acceptis presentibus et rebu[s] — sicut prefertur — stantibus et se habentibus prescripta paria dictarum litterarumstrarum metalium — prout vobis reambulacio ipsa sine contradiccione et inhibicione partibus consencientibus evidenter facta et conclusa fuisse perhibetur — bono modo et iuste reformare et in transsumpto litterarumstrarum memoratis exponentibus sine omni deffectu et errore extradare et emanari facere modis omnibus debeatis et teneamini, caventes tamen ne fraus aut dolus

397: 14 recte: vocatas || 15 recte: habitas || 34 lac. 25 litterarum || 35 lac. 25 litterarum || 36 lac. 30 litterarum || 37 lac. 25 litterarum || 38 lac. 10 litterarum

⁵⁰ in hac parte eveniat aliqualis, presentes vero pro vestra superinde reservare potestis expedicione et secus nullo modo nullaque racione facere presumatis!

Datum Bude feria sexta proxima post festum resurrectionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

⁵⁵ *Dextra supra*: Commissio propria domini regis.

1524 Maii 10 — Buda

398

Maria regina Hungariae Franciscum Várday episcopum Transilvanum hortatur, ne Matthiam Rác subditum reginalem migraturum impediatur.

In charta 32×22 cm aquaque maculata.

Sigilli vestigium rubrae cerae impressi, quod litteras olim clausit (v. in tabula sigillorum no 6).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82649 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1739).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1040.

Ann. Litterae aqua decoloratae legi non possunt, nisi in ultravioleta luce.

Maria Dei gracia regina Hungarie et Bohemie etc. Reverende in Christo p[ater fi]delis regie ac noster nobis syncere grate!

Providus Mathias Raacz subditus noster in oppido nostro Raaczkewy commorans maiestati nostre retulit, qualiter r(everenda) p(aternitas) v(e-
⁵stra) rebus et bonis suis eundem impedire et damnificare pretenderet eo, quod ex terra ecclesie p(aternitatis) v(estre) r(everende) diebus superioribus ad prefatum oppidum nostrum morandi gracia migrasset, quod tamen p(aternitas) v(estra) id iure facere minime potest nec debet neque id pacto
¹⁰ullo pati volumus, quum prefatus Mathias Raacz ex terra p(aternitatis) vestre ad oppidum nostrum prenotatum reverti libere iuxta decreta regni potuit eo, quod post tumultum plebis rusticane in nobiles huius regni perpetratum ab prememorato oppido nostro recesserat.

Hortamur igitur et requirimus fidelitatem vestram et presencium serie committimus, ut prenominatum Mathiam aut alios subditos nostros
¹⁵racione migracionis sue in persona rebus et bonis eorundem per vos vel per officiales vestros impedire aut impediri facere nullo pacto debeat nec sitis ausi, quin pocius res et bona sua si que adhuc in terra eiusdem essent, prefato Mathie integre p(aternitas) v(estra) r(everenda) restitui faciat et si quam accionem pro hac re adversus illum p(aternitas) v(estra)
²⁰habere pretendit, eam iure coram maiestate nostra prosequatur et procedat iusticiam eidem administratura. Secus igitur facere graciae nostre sub obtentu non presumatis!

Datum Bude feria tertia proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

²⁵ Maria regina etc.

In dorso: Reverendo in Christo patri Francisco de [Varda episcopo] ecclesie Albe Transsilvanensis fide[li] nobis syncere grato.

Ludovicus II rex Hungariae mandat, ne Matthias Rác subditus Mariae reginae liber abiturus molestetur.

In charta 32×22 cm manca secundumque sinus lacerata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82650 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 4 no 1745).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1041.

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris [un]iversis et singulis dominis prelatibus, baronibus, nobiles ipsorumque officialibus et vices gerentibus in hoc regno nostro predicto ubilibet constitutis et commorantibus salutem et gratiam!

⁵ Declaravit nobis serenissima Maria regina con[so]rs nostra charissima, qualiter fidelis noster reverendus in Christo pater dominus Franciscus episcopus ecclesie Albe Tran[ssi]vanensis et nonnulli officiales sui circumspectum Mathiam Raacz subditum maiestatis sue reginalis in oppi[do] suo Raaczkewy commorantem molestare et damnificare pretenderent eo,
¹⁰ quod ex terra ecclesie predictae diebus superi[or]ibus ad oppidum prenotatum habitandi gracia migrasset, quod tamen predictus Mathias — ut asseritur — iuxta decreta huius regni facere potuit, quum post tumultum et insurreccionem plebis rusticane adversus nobiles dicti regni nostri ab prenotato oppido ad terram prefati domini episcopi abivisset, pro
¹⁵ quo eadem maiestas reginalis apud nos institit, ne suum subditum vel pro eo alium per quospiam [i]n debite molestari aut damnificari patere-

Cum [au]tem premissa revera ita — ut dicuntur — facta fuisse, [ref]erantur, mandamus fidelitatibus vestris harum serie firmiter, quatinus
²⁰ dum et quando prenotatus Mathias [vel hom]ines sui presencium videlicet ostensores ad terras vestras, dominia, possessiones et officiolatus ac vestri in medium [cum] curribus, equis, sarcinis, mercimoniis aliisque rebus et bonis suis pervenerint, eosdem — solutis de [iu]re et consuetudine solvendis — ibidem libere, pacifice et absque omni impedimento
²⁵ morari, pausare, ab[i]re et pertransire permittatis et permitti facere debeat et teneamini neque ad instanciam prenotati domini episcopi [au]t suorum officialium vel aliorum quorumcunque eundem Mathiam vel suos resque et mercimon[ia] sua aut pro eo aliorum subditorum maiestatis sue perturbare, molestare vel arrestare presumatis nec sitis
³⁰ ausi modo aliquali graciae nostre sub obtentu presentibus perlectis exhibentibus restituti!

Datum Bude feria tertia proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

³⁵ *In dorso:* Regia maiestas ad omnes.

Maria regina Hungariae mandat, ne Matthias Rác subditus reginalis migraturus impediatur.

In charta 32 × 22 cm minime manca (v. in tabula exemplarium no 27).

Sigillum non integrum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 6).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 82651 (ante: Archivum familiae Zichy Zsélyi-ense, f. 4 no 1746).

Ed. *Századok* 106 (1972), p. 1040.

Maria Dei gracia [re]gina Hungarie et Bohemie etc. universis et singulis dominis prelati, baronibus, nobilibus ipsorum (que officialibus) et vices gerentibus in hoc regno commorantibus et constitutis salutem et gratiam!

5 Providus Mathias Raa(c)z subditus noster in oppido nostro Raaczkewy commorans presencium videlicet ostensor novissime retulit nostre maiestati, qualiter reverendus in Christo pater dominus Franciscus episcopus ecclesie Albe Transsilvanensis et nonnulli officiales sui eundem molestare et damnificare pretenderent eo, quod ex terra ecclesie predictae
10 diebus superioribus ad prefatum oppidum nostrum Raaczkewy morandi gracia migrasset; quod tamen pacto nullo pati volumus, quum predictus Mathias ex terra prememorati episcopi ad prefatum oppidum nostrum reverti libere iuxta decreta regni potuit eo, quod post insperatum tumultum et insurreccionem plebis rusticane in nobiles huius regni ex prenotato
15 oppido nostro recesserat.

Committimus igitur fidelitati vestre et harum serie firmiter mandamus, quatinus dum et quando prefatus Mathias Raacz vel homines sui presencium videlicet ostensores ad vestras terras, tenutas, dominia et officiolatus ac vestri in medium cum curribus aut equis, sarcinis, mercimoniis
20 aliisque rebus suis pervenerint, eosdem — solutis de iure solvendis — pacifice et libere ibidem pausari, morari, abire et pertransire permittatis et permitti facere debeatis et teneamini et ad instanciam prenotati domini episcopi aut suorum officialium vel quorumpiam prememoratum Mathiam vel suos resque et mercimonia eiusdem aut pro eo aliorum sub
25 ditorum nostrorum res et bona arrestare vel eosdem in personis turbare et molestare graciae nostre sub obtentu non audeatis presentibus perlectis exhibentibus restituti!

Datum Bude feria tertia proxima post festum ascensionis Domini anno eiusdem millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

30 Maria regina etc.

In dorso: Correcta.

Comitatus Szabolcsiensis causam, quae inter Bartholomaeum, Stephanum Vajai et Ladislaum Hotykai ob iobagiones tamquam cruciferos detentos mota est, personalem ad praesentiam regiam transmittit.

Transcriptum Ludovici II regis Hungariae die 17 Decembris anno 1524 editum (v. no 402).
Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 97708 (ante: Archivum familiae Vay, no 1610).

Serenissimo principi et domino domino Ludovico Dei gracia regi Hungarie et Bohemie etc. regi domino ipsorum graciosissimo Iohannes Berey de Bessenywd vicecomes et iudices nobilium comitatus de Zabolch servicia ipsorum cum perpetua fidelitate!

⁵ Vestra noverit serenitas, quod nobis feria secunda proxima post festum
Inl. 4 visitacionis beatissime Marie virginis proxime preteritum una cum nonnullis nobilibus pro faciendo moderativo iudicio causancium in sede nostra iudiciaria constitutis et existentibus nobilis Paulus de Mada pro nobilibus Bartholomeo et Stephano de Waya cum procuratoriis litteris nostris contra nobilem Ladislaum de Hogyka proposuit eo modo, quomodo in profesto beati Iacobi apostoli in anno proximo post d[is]cessum cruciferorum transacto preteritum, dum et quando quidam Benedictus Chonthos, alter Benedictus Chassar et Matheus Santho iobagiones prefatorum actorum in possessione eorum Waya vocata commorantes pro emendis vi[c]inis ad oppidum Pathak venire habuissent, nobilis Ladislaus de Hogyka in causam attractus nescitur qua animi sui fervencia ductus prefatos iobagiones annotatorum actorum captivasse captumque in suis vinculis tandiu tenuisse et conservasse, quo sue placuisset voluntati, eo non contentus ab eisdem iobagionibus dictorum actorum paratis in
¹⁰ pecuniis octuaginta florenos abstulisse allegans potencia mediante in preiudicium et dampnum actorum manifestum. Unde prefatus procurator dictorum actorum eisdem iuris equitatem iusticieque complementum postulavit elargiri.

¹⁵¹⁴
Inl. 24 Quo audito nobilis Ladislaus Cheres de Pazon pro prefato nobili
²⁵ Ladislao de Hogyka cum procuratoriis litteris nostris respondit, ut dum et quando prefatus in causam attractus prefatos iobagiones dictorum actorum captivasse, tunc unusquisque nobilium huius modi malefactores, qui partem cruciatorum tenuerunt, liberam habuissent detinendi facultatem, prefati autem iobagiones ipsorum actorum partem cruciatorum tenuerunt, ut omnibus constat.

Pro eo nos hys perceptis iudicantes commiseramus eo modo, ut prefatus in causam attractus, cum ipsi iobagiones prefatorum actorum partem cruciatorum tenuerunt, liberam habuisset detinendi facultatem.

³⁵ Mox prefatus procurator annotatorum actorum causam eandem pro maiori revisione cum infrascriptis exceptionibus in curiam regiam per nos transmitti postulavit in primis, qui tempore cruciatorum res ipsorum actorum hy iobagiones in edibus suis conservassent et defendissent partemque cruciatorum minime tenuissent. Insuper quia paratus esset approbare, quin illi iobagiones partem cruciatorum minime tenerant.

⁴⁰ Quam quidem causam nos simul cum tota serie ipsius nostre adiudicationis in curiam vestram regiam vestram scilicet personalem in presenciam ad vigesimum diem a die datarum presencium exhinc fiendarum computandum transmisimus mature discuciendam fineque debito terminandam.

⁴⁵ [Da]tum in Apagy feria secunda proxima ante festum beate Marie Magdalene anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

1524 Decembris 17 — Buda

402

Ludovicus II rex Hungariae mutata comitatus Szabolcsiensis sententia capitulo ecclesiae Varadinensis mandat, ut tantum possessionis Ladislai Hotyкаи occupetur, quantum summa pecuniae iudicii facit.

In charta manca scriptae ac sigillo, quod litteras olim clausit, consignatae esse videntur litterae ex copia photographica.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 97708 (ante: Archivum familiae Vay, no 1610). Ann. Litterae genuinae in Archivo Hungariae Nationali tempore belli orbis terrarum secundi combustae sunt.

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fidelibus nostris capitulo ecclesie Waradiensis salutem et gratiam !

Dec. 15 Noveritis, quod nobis feria quinta proxima post festum beate Lucie virginis et martiris proxime preteritum in presenti scilicet termino brevium iudiciorum ac transmissionalium, impignoraticiorum dotaliciorum-

⁵ que et rerum parafernalium pro festo beati Martini episcopi et confessoris

Nov. 11 similiter proxime preterito prorogatorum Paulus de Mada pro egregiis Bartholomeo et Stephano de Waya cum procuratoriis litteris vestris in figura iudicii nostre personalis presencie comparens contra nobilem

¹⁰ Ladislaum de Hoghyka quasdam litteras vicecomitum et iudicum nobilium comitatus de Zabolch eidem nostre personali presencie curavit in iudicio exhibere huius modi sub tenore:

Sequuntur litterae comitatus Szabolcsiensis die 18 Iulii anno 1524 datae (v. no 401).

Quibu[s] presenta]tis idem procurator dictorum actorum eisdem in premissis discussionem et deliber[acionem] *** ex parte prefati in

¹⁵ causam attracti iudicium et iusticiam [sibi im]partiri supplicabat, unde quia prout et quemadmodum ex tenoribus et continencia prescriptarum litterarum vicecomitum et iudicum nobilium edocebam[ur], prefati

actores prefatos eorum iobagiones non ex ipsis cruciatis fore neque partem illorum tenuisse sufficienti documento probabili comprobare

²⁰ paratos [esse] se obtulissent et in signum innocencie immunitatisque illorum certas res ipsorum actorum aput eosdem iobagiones eorum

conservasse allegassent, iidem tamen vicecomites et iudices nobilium nullum locum iuste huic allegacioni dictorum actorum dedisse ex pre-

insertis eorundem litteris agnovimus, propter [q]uod premissa eorum

²⁵ deliberacio et iudicium nobis per omnia frivola et inanis atque cassanda et invalidanda fore videbatur et ex eo prefatus [Lad]islaus de Hogyka in

402: 14 lac. 3 litterarum || 26 videbatur]videbantur corr.

causam attractus in restitutione dictorum octuaginta florenorum a prefatis iobagionibus dictorum actorum modo premissis indebite ex*** actuum potenciariorum in facto minoris potencie in viginti quinque
30 scilicet marcis gravis ponderis cen[t]um florenos auri facientibus necnon in singulis homagiis eorundem trium iobagionum eorundem actorum singulos quadraginta florenos auri facientibus convinci et aggravari debere nobis ac prefatis dominis prelati et baronibus magistrisque prothonotariis et regni nostri nobilibus iuratis scilicet sedis nostre iudicarie
35 assessoribus nobiscum in examine presentis cause consedentibus manifeste videbatur, de eorum igitur consilio prematuro nolentes premissos actus potenciariorum prefati Ladislai in causam attracti simpliciter et impune pertransire eo, quod etiam aliis cedat in exemplum, eundem pro premissis actibus potenciariorum in facto minoris potencie viginti quinque scilicet
40 marcis gravis ponderis centum florenos auri facientibus partim nostris iudicariis, partim vero dictorum actorum manibus persolvendis ac in restitutionem dictorum octuaginta florenorum necnon singulorum homagiorum prefatorum iobagionum ipsorum actorum eisdem tantummodo persolvendis convictum et aggravatum fore decernentes et committentes.

Fidelitati igitur vestre firmiter precip[ientes] mandamus, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio [fide dig]num, quo presente Gregorius Elek de Bessenew sin Franciscus Loranth de e[a]dem Bessenew seu Gregorius Farkas de Bog[d]an si[ve] *** Farkas de eadem
50 neve Paulus de Waya alias de Custoswelgh ve alter Paulus de Mad[a] vel Franciscus Soklyay de eadem Mada nam Nicolaus de *** an Ladislaus de Ders nisi Albertus de Iklad namque Iohannes Zewld de Jarmy neve Thomas de Pethnyehaza aliis absentibus hom[ino] noster] de curia nostra regia ad facies universorum bonorum et iurium possessionariorum prefati
55 Ladislai de Hogyka convicti ubilibet intra ambitum hu[ius] regni nostri Hungarie existencium et habitorum vicinis et commetaneis earundem inibi legitime convocatis et presentibus accedens habita prius earundem reambulacione [et] condigna estimacione exclusis etiam porcionibus aliorum quorumlibet de eisdem et primo de rebus et bonis mobilibus
60 tandem, si necesse fuerit, de [porcio]nibus possessionariis eiusdem Ladislai convicti ipsum solum proprie et precise concernentibus tott et tantum, quott videlicet et quantum se ad valorem prescriptorum cent[um] florenorum partim nostris iudicariis, partim vero dictorum actorum manibus applicandorum ac deinde tott et tantum, quott videlicet et
65 quantum ad valorem octuaginta florenorum necnon singulorum trium quadraginta florenorum se extendencium videbuntur separative excidendum et manibus tantummodo actorum det et aplicet titulo pignoris possidendum, tamdiu per nos et ipsam partem adversam tenendum, donec a nobis et ipsa parte adversa in condigna estimacione eorundem
70 redimuntur, contradicione prefati Ladislai Hogyka et aliorum quorumlibet previa racione non obstante et post hec huius modi possessionarie reambulacionis estimacionisque necnon titulo pignoris, statucionis dampnorumque et homagiorum solucionis seriem ad decimum quintum

28 lac. 65 litterarum || 49 lac. 8 litterarum || 51 lac. 5 litterarum || 69 eorundem supra scr.

diem diei huius modi vestre exequucionis exhinc fiende legitime perdurande, ut fuerit expediens, eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Da[t]um Bude tercio die diei prescripte ferie quinte termini scilicet prenotati anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto.

1524 Decembris 22 — Buda

403

Ludovicus II rex Hungariae filiis filiabusque Bernardi Besenyei possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse traditur, denuo donat.

In membrana 38 × 31,5 cm.

Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis: Archivum familiae Bánffy. Ed. *Codex Teleki* II, no 235 (ex copia saeculi septimi decimi simplici, quae inveniri potest: Archivum Hungariae Nationale: DL 74417, ante: Archivum familiae Teleki Marosvásárhelyense).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis instanciam per eos pro parte nobilium Francisci Besseney de

⁵ Doboka filii et dominarum Ursule, Demetrii Dobay de Bazand ac Frusine, Francisci Gwthy de Domanhyda nobilium consortium ac puellarum Catherine et Sophie filiarum scilicet nobilis quondam Bernardi Besseney de eadem Doboka nostre propterea facte maiestati, tum vero ne temporum in processu ipsas dominas sub tectis contingat divagari alienis,

¹⁰ totalem possessionem Egrehg vocatam ac totales porciones possessionarias in possessionibus Losad, Nyarlo, Nywlas, Romloth et Erdegkwthya in Zolnok Interiori necnon Doboka predicta, Jenew, Kykes, Nyres, Lonya, Derse, Rakos, Fodorhaza in de Doboka ac Orozfaya, Fywzkwth vocatis in de Orod comitatibus existentes et habitas, in

¹⁵ quarum scilicet pacifico dominio iidem Franciscus Besseney filius prefati condam Bernardi de iam dicta Doboka et domine Ursula atque Frusina ac predictae puelle Catherine et Sophia filie similiter eiusdem Bernardi Besseney progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ipsos persistere eciam de presenti litteras quoque et litteralia instrumenta

²⁰ superinde sufficiencia habuisse, sed eas et ea superioribus temporibus tempore scilicet insurreccionis cruciatorum per eosdem rusticos cruciatos interfecto per eosdem prius prefato Bernardo Besseney patre scilicet eiusdem Francisci Besseney ac dictarum dominarum utcumque conflagratas et discipata et a manibus eorundem deperdita fuisse asserunt,

²⁵ simul cum omni iure nostro regio, si quod in predictis totali possessione ac porcionibus possessionariis qualitercunque haberemus aut nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet, terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis,

³⁰ fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus,

molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocatis sub suis veris metis et antiquis existentes premissis — sicut prefer-
35 tur — stantibus et se habentibus memorato Francisco Besseney de dicta Doboka ac dominabus Ursule, Frusine necnon puellis Catherine et Sophie ipsorumque ac ipsarum heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contu-
40 biliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria quinta proxima post festum beati Thome apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quarto regnorum
45 nostrorum Hungarie et Bohemie etc. anno nono.

Dextra subter: Relacio magistri Thome Nadasdj secretarii regie maiestatis et *inferius:* Thomas Nadasdi secretarius.

1525 Ianuarii 23 — Buda

404

Ludovicus II rex Hungariae Iohanni Verebélyi possessionem Terebes vocatam, cuius litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat.

In membrana 39 × 26,5 cm (v. in tabula exemplarium no 2).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 24063 (ante: Neoregistrata Acta f. 391 no 61).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos attentis et consideratis fidelitate et fidelibus serviciis fidelis nostri egregii Iohannis de Werebel per eum sacre imprimis huius regni
5 nostre Hungarie corone et deinde maiestati nostre pro locorum et temporum varietate cum omni semper fidelitatis constancia exhibita et impensis predium Therebes vocatum in comitatu Hewessiensi existens et habitum, in cuius pacifico et quieto dominio idem Iohannes Werebyl progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ipsum persistere eciam
10 de presenti litteras quoque et litteralia instrumenta superinde sufficientes habuisse, sed eas et ea superioribus temporibus, tempore scilicet rusticane sedicionis per rusticos ipsos, qui domum habitacionis sue in eadem Werebel habitam irruentes multa eciam alia damna eidem in litteris litteralibusque eiusdem instrumentis ac rebus intulissent, dilaceratas et a manibus suis utcunq; dissipata et deperdita esse asserit,
15 simul cum omni et totali iure nostro regio, si quod in eodem predio Therebes nuncupato qualitercunq; haberemus aut nostram ex quibuscunq; causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem ac pariter cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris
20 scilicet arabilibus cultis et incultis agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis

eorundemque locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinentiarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis
25 veris metis et antiquis existentibus premissis — sicut preferitur — stantibus et se habentibus memorato Iohanni Werebel ipsiusque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendum, possidendum pariter et habendum
30 salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria secunda proxima post festum beati Vincencii martyris anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto regnorum
35 nostrorum Hungarie et Bohemie etc. predictorum anno nono.

Dextra subter: Relacio magistri Nicolai de Gerend secretarii regie maiestatis et *inferius:* Nicolaus de Gherend secretarius.

In dorso: Registrata folio 14 anno 1525. Layos kralj wj adyomanya Terebesrjul attja Werebelj Janyosnak.

1525 Februarii 12

405

Capitulum ecclesiae Promontorii Varadinensis Ludovico II regi Stephanum Bánffy filiosque eius in domo cuiusdam iobagionis, ubi ob curiam tempore insurrectionis dirutam illi commorari solebant, a se personalem in praesentiam regiam evocatos esse refert.

In charta 29 × 34 cm.

Sigilli vestigium flavae cerae impressi, quod litteras olim clausit.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 24877 (ante: Neoregistrata Acta f. 1035 no 68).

Serenissimo principi domino Ludovico Dei gracia Hungarie et Bohemie etc. regi domino eorum graciousissimo capitulum ecclesie sancti Stephani prothomartiris de Promontorio Waradiensi oracionum suffragia devotarum perpetua cum fidelitate!

5 Vestra noverit serenitas nos litteras eiusdem exhibitorias et amonitorias nobis preceptorie loquentes et directas summo cum honore recepisse in hec verba:

Sequuntur litterae Ludovici II regis Hungariae die 24 Decembris anno 1524 datae.

Nos itaque mandatis vestre serenitatis semper et in omnibus obedire volentes, ut tenemur, honorabilem magistrum Gregorium de Pakos
10 fratrem et concanonicum nostrum ad premissa fideliter peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem ad nos exinde reversus nobis retulit eo modo, quomodo ipse memoratos Iohan-nem, Stephanum, Ladislaum et Nicolaum Bánffy de Lossonez person-liter non inventos feria quinta in festo scilicet beate Apollonie virginis
Febr. 9 proxime preterito ex domo providi Georgii iobagionis scilicet et iudicis
15 eorum in porcione possessionaria ipsorum in possessione Naghfalw habita constituti, ubi videlicet inhospitari et commorari solent, dum illuc proficiscuntur, nam domus et curia eorundem nobilitaris in eadem Naghfalw adue per cruciatos rusticos fuit diruta et conflagrata et nondum reedifi-

²⁰ cata, amonuisset dixissetque et commisisset eisdem verbo vestro regio, ut ipsi predicto decimo quinto die a die exhibicionis et amonicionis ipsis facte computando personaliter vel per procuratores ipsorum legitimos coram vestra personali presencia comparere debeant et teneantur ad querimoniam actionemque et adquisicionem prenominate domine exponentis responsuros certificans eosdem ibidem, ut sive ipsi termino ²⁵ predicto coram vestra personali presencia compareant sive non, eadem ad partis comparende instanciam id faciet in premissis, quod iuri videbitur expediri.

³⁰ Datum quarto die exhibicionis et amonicionis premisse anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

In dorso: Personali presencie maiestatis regie pro generosa domina Petronella relicta egregii condam Petri Banffy de Lossoncz contra Iohannem Banffy et alios intrascriptos ad terminum intranominatum exhibicionis et amonicionis relacio.

1525 Iunii 9 — Buda

406

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Scepusiensis mandat, ut Andreas Kolin et frater eius in dominium possessionum, quarum litteras fertur tempore insurrectionis amissas esse, introducantur.

Transcriptum capituli ecclesiae Scepusiensis die 18 Iulii anno 1525 in membrana 48 × 28,5 cm sigillo ex filis viridis, rubri colorum sericeis pendenti consignata editum.

Sign. Archivum Publicum Slovaciae Centrale: Archivum conventus ecclesiae Jászóviensis regnicolare, Statutoriae K f. 6 no 131.

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Scepusiensis mandat, ut honorabilis Andreas Kolyn de Granch canonicus eiusdem ecclesie . . . et Ladislaus similiter Kolyn de eadem fratres carnales in dominium totalium porcionum eorum possessionariarum in possessionibus Granch ⁵ predicta et Pethrowcz vocatis in comitatu Scepusiensi existencium habitaram, in quarum dominio pacifico predecessores suos perstitisse se quoque in presenciarum persistere asserunt, sed litteras et litteralia instrumenta factum earundem porcionum possessionariarum concernencia tempore disturbiorum amissa fuisse, nove . . . donacionis titulo ¹⁰ introducantur.

Datum Bude feria sexta proxima ante festum Sancte Trinitatis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto.

Ludovicus II rex Hungariae nobilibus de Makra possessionem eodem nomine vocatam, cuius litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut iidem in dominium eiusdem introducantur.

- A** in charta 29 × 22 cm duplicata aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 22).
 Sigilli fragmentum scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 68082 (ante: Archivum familiae Leóvey).
B transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 21 Septembris anno 1525 in charta 33 × 30 cm in dorso consignata editum.
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 68083 (ante: Archivum familiae Leóvey).

A**B**

Ludovicus II rex Hungariae

nobilibus Danieli et Ioanni de Macra fratribus carnalibus ... possessionem possessionariam Makra
 5 vocatam in comitatu Zathmariensi existentem habitam, in cuius pacifico et quieto dominio iidem predecessores ipsorum ab antiquo perstitisse seque ipsos persistere asserunt eciam de presenti, sed univ-
 10 se littere et litteralia instrumenta eandem possessionem tangencia et concernencia superioribus annis tempore videlicet disturbiorum per
 15 rusticos sediciosos fuissent direpte et in nichilum redacta ... nove ... donacionis titulo *donat*.

Datum Bude feria quinta proxima post festum beate Anne matris Marie virginis anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo quinto
 20 regnorum *ipsius regis* Hungarie et Bohemie etc. ... anno decimo.
Dextra subter: Relacio magnifici domini Andree de Bathor comitis Zathmariensis.

conventui de Lelesz mandat, ut nobiles Daniel et Ioannes de Makra in dominium totalis porcionis ipsorum in possessione Makra vocata in comitatu Zathmariensi existentis habite, in cuius pacifico dominio hactenus perstitisse seque ipsos persistere asserunt eciam de presenti, sed littere et litteralia ipsorum instrumenta factum dicte possessionis tangencia et concernencia † in inpacata tumultibusque bellicis tempora † utcunque ab eisdem deperdite essent et alienata ... nove ... donacionis titulo introducantur.

Catharina filia Stephani Perényi de Karász a cruciferis affixi et Benedictus consors eiusdem Catharinae Ludovico II regi Hungariae supplicanti, ut possessiones suae sibi restituantur.

In charta 20×31,5 cm lacerata mancaque.

Supplicatio.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 104873 (ante: Archivum Musei Hungariae Nationalis).

Ann. Litteras has ante diem, qua sequentes, datas esse videtur nobis.

Sacra regia maiestas et domine noster naturalis graciousissime!

Supplicatur eidem in personis fidelium suorum nobilium Benedicti de Zabar ac domine Katherine consortis sue filie videlicet egregii condam Stephani Pereny de Karaz alias per sevissimos cruciferos morte nephanda
 5 impalati in eo humiliter, quod quia hys diebus noviter elapsis eadem maiestas vestra totales porciones possessionarias prelibate domine Katherine in oppido Naghkewres in {comitatu} Pesthiensi ac eciam totales porciones similiter possessionarias in possessione Igr[y]czy in Borsodiensi comitatibus existentibus habitas *** [in pa]cifico dominio [pre]fatus
 10 condam Stephanu[s] Pereny de Karaz] e[t cons]equens ipsa domin[a] sup-
 plicans ab annis ***nt et possedissent l[i]cet eciam spectabilis et magn[i-
 ficus] Stephanus de Werbewcz palatinus ab eadem maiestate vestra per
 [defe]ctum seminis m[as]culini sexus memorati condam Stephani
 Pe[re]ny pro se impetraverat, nichilominus tamen agnita ver[it]ate pre-
 15 fatorum supplicancium eisdem totalem porcionem in oppido Kewres
 habitam remisisset et resignasset possidendam et per certa tempora
 pacifice possedissent ad simplicem tantummodo querelam et exposi-
 tionem egregii Nicolai de Derenchen non auditis et neque intellectis
 eisdem supplicantibus, prout de iure et regni consuetudine fieri debuisset,
 20 eadem maiestas vestra s[er]enissima per litteras suas ad iudices et univer-
 sitatem nobilium comitatus Pesthiensis ac vicecomites et iudices nobi-
 lium comitatus Borsodiensis easdem porciones possessionarias prefato-
 rum supplicancium in dictis oppido Kewres et Igryczy habitas de mani-
 bus eorundem supplicancium contra consuetudine[m] predicti regni
 25 Hungarie excipi fecisset et ad manus egregiorum Michaelis Kathay
 vicepalatini et Sigismundi Thyboldffy tanquam communes dedisse[n]t
 possidendas. Cum tamen in eodem decreto ita denotatum sit, quod bona
 dubiosa, de quibus evidenci[a] veritatis, quorum fuit et ad quem de iure
 30 pertineant, aperte non constet, in manus communes infra decisionem
 dubiositatis eorundem dari debeant et alias in eodem decreto ita speci-
 ficatum est, quod nullus omnino regnicolarum ad simplicem exposi-
 tionem aliquorum querulancium in persona vel rebus dampnificare
 possit.

Igitur dignetur eadem vestra serenissima maiestas ex innata sua cle-
 35 mencia ipsis supplicantibus prescriptas porciones ipsarum possessionum
 in dictis oppido Kewres et possessione Igryczy remitti facere manibusque

408: 2 post nobilium del. Bi domine || 9 lac. 12 litterarum || 11 lac. 25 litterarum || 24
 post supplicancium del. et || 25 post Michaelis del. Kaka || 35 post prescriptas del. ipo

ipsorum dari facere et si quid iuris idem Nicolaus Derencheny aut alii quicumque in eisdem bonis habere pretenderent, id iuxta predicti regni Hungariae consuetudinem acquirere debeant.

post
Aug. 24

In dorso: Feria sexta post Bartholomei; cum tamen in decreto, ut ad simplicem expositionem; item quod bona dubiosa; ceterum, quod statui fecit; tandem ut ipse fatetur, ut una linea consanguineitatis attinet; una

Nov. 10 littera in profesto Martini.

1526 Februarii 5 — Buda

409

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Budensis mandat, ut cuidam nobili dominae quasdam litteras tempore insurrectionis amissas transcribat.

Transcriptum capituli ecclesiae Budensis die 9 Februarii anno 1526 editum, quod in charta manca secundumque sinus lacerata scriptum et in dorso consignatum esse videtur ex copia photographica.

Sign. Archivum Academiae Scientiarum Rumanicae Filialis; Archivum familiae Jósika (copia earundem litterarum saeculi duodevicesimi simplex reperiri potest: Archivum Hungariae Nationale: DL 72219, ante: Archivum familiae Rákóczi-Aspremont, capsula 38 f. 43 no 1).

Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Budensis mandat, ut nobili domine Catharine consorte egregii Benedicti de Zabar filie videlicet egregii condam Stephani Pereny de Karaz quasdam litteras factum totalis medietatis oppidi Naghkewres vocati in comitatu Pesthiensi existentis
⁵*habiti concernentes, quae alias olim magistri Desew germani archiepiscopi de Kapla prefuisset . . . [ac alias diversas litteras] super pre[dicta medietate] dicti oppidi Kewres, quae tempore rabide insurrece[ionis] rusticane gentis incinerate et deperdite forent, transcribat et transcriptum tradat.*

¹⁰*Datum Bude feria secunda proxima post festum purificationis virgin[is] gloriose anno Domini millesimo quingentesimo vicesimo sexto.*

1526 Martii 23 — Buda

410

Ludovicus II rex Hungariae Paulo Tomori archiepiscopo et capitaneo generali mandat, ut ille rusticos oppidi Tolna vocati de damnis tempore insurrectionis factis satisfacere iubeat.

In charta 28 × 35,5 cm lacerata.

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 89222 (ante: Archivum familiae ducum Eszterházy, rep. 26 f. B no 170).

Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. fideli nostro reverendissimo in Cristo patri fratri Paulo de Thomor Colocensis et Bachiensis ecclesiarum canonice unitarum archiepiscopo et parcium inferiorum capitaneo generali salutem et gratiam!

37 post Derencheny del. ait | post aut del. aliq || 40 post tamen del. de || 42 post fatetur del. quod

5 Exponitur maiestati nostre in persona fidelis nostri egregii Iohannis
de Kyswarda, quod cum annis istis superioribus tempore videlicet tumultu-
uarie insurreccionis rusticorum sub nomine cruciate passim in hoc regno
nostro Hungarie seviencium rustici quoque et inhabitatores oppidi
10 Tholna vocati in comitatu Tholnensi existentis commorantes insurrexis-
sent, tunc iidem rustici et inhabitatores oppidi Tholnensis in et ad domum
et curiam nobilitarem ipsius exponentis in oppido Bathmonosthora
vocato in comitatu de Bodrog existenti habitam hostiliter irruissent
ibique omnes res et bona ipsius exponentis domo et curia in eadem reper-
tas et inventa dirripuissent dilapidassentque et voraci prede exposuis-
15 sent domum quoque et curiam ipsam nobilitarem igni concremassent et
combussissent, tunc licet exposit iuxta contenta decreti pro festi beati
1514 Luce evangeliste post condescensionem rusticorum cruciatorum editi
Oct. 18 et stabiliti idem exponens dampna per eosdem rusticos Tholnenses in
eadem domo et curia nobilitari illata et patrata per vicecomites paro-
20 chiales et iudices nobilium comitatus de Bodrog cum aliis quoque nobi-
libus illius comitatus ad id electis taxari atque limitari fecerit ipsi eciam
vicecomites et iudices nobilium eidem exponenti litteras adiudicatorias
iuris sui ad cautelam necessarias dudum dederint, tamen nulla adhuc
solucio et satisfaccio per comites vicecomitesque et iudices nobilium illius
25 comitatus Tholnensis iurisdictioni, quorum rustici ipsi Tholnenses sub-
sunt, prefato exponenti ad sepissimas suas amoniciones et requisiciones
impensa extitisset in eiusdem exponentis preiudicium et dampnum
manifestum et quoniam frustra fierent iudicia et quivis iuridici processus
si ea, que iudicialiter decernuntur, debite eciam exequucioni non deman-
30 darentur.

Unde nolentes et nos eundem exponentem penes litteras adiudicatorias
dictorum vicecomitum et iudicum nobilium predicti comitatus de Bodrog
in dampno per eosdem rusticos Tholnenses illato et patrato remanere,
sed eidem — prout equitatis ordo suadet — per vos reddi et restitui
35 facere volentes, pro eo fidelitati vestre harum serie firmiter precipientes
mandamus, quatinus acceptis presentibus et rebus — sicut prefertur —
stantibus seque habentibus vos medio memoratorum comitum et vice-
comitum parochialium dicti comitatus Tholnensis et iudicum nobilium
iuxta continenciam predictarum litterarum adiudicatoriarum prenotati
40 comitatus de Bodrog ex parte huius modi rusticorum et inhabitatorum
oppidi Tholnensis dampna prenotata inferencium prelibato exponenti,
nisi legitimum aliquod obsistat impedimentum, plenariam et omni-
modam solucionem et satisfaccionem impendi facere, casu vero quo
comites vicecomitesque et iudices nobilium predicti comitatus Tholnensis
45 temeritate quadam ducti fuerint, de predictis dampnis satisfaccionem
impendere noluerint, extunc vos ipsi nostra regia in persona satisfaccio-
nem impendere debeatis et teneamini auctoritate nostra regia present-
tibus vobis in hac parte attributa iureque et iusticia mediante!

Datum Bude feria sexta proxima post Dominicam iudica anno Domini
50 millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Dextra supra. Commissio propria domini regis.

Antonius Burgio Iacobo Sadoletto de sepulchro sancti Gerhardi, quod fratres minores de observantia, ne tempore insurrectionis periret, fecere in partes scribit.

Ed. *Monumenta Vaticana* II/1, no 92 (ex Archivo Secreto Vaticano: Nuntiatura Germaniae, vol. LV p. 206).

... I frati minori di observantia hano un sepulchro di argento che fu fatto per il corpo di San Gerardo. Al tempo di la guerra di villani i frati per paura di non perdere quel sepulchro, lo fecero in pezi. Il corpo di San Gerardo non si trova, ne si sa dove sia. Per la necessita di argento
⁵ have parso ala maesta sua, che questo sepulchro si pigliasse. Io l'ho preso et ni fo battere moneta et quel che riuscira, lo darro a Colocense. Piaccia a sua santita essere contenta di far un breve a frati minori di Pesto et liberarli di questo sepulchro, perche lo capitulo di Zeghedino che dice dover essere il suo, non li dia molestia. Monsignor Campeggio sa questa
¹⁰ cosa, como la va. L'argento serra appresso duacento marche, lo sepulchro lo fece fare la regina morta et non fu ne dato consecrato ...

Antonius Burgio Iacobo Sadoletto scribit periculum Turcae in dies augeri, ut eidem periculo obeatur, in Hungaria nihil agi, regnum hoc rebus belli contra Turcam gerendi omnibus carere et timendum esse rusticos insurrecturos.

Ed. *Monumenta Vaticana* II/1, no 94 (ex Archivo Secreto Vaticano: Nuntiatura Germaniae, vol. LV p. 211).

... Ci è infra li stati tanto di odio, tanta di invidia, che cum dar il Turco per lettere solamente libertà ali villani, è da temere che insurgirano contra nobili, tanto più crudelmente, che non fu al tempo di la cruciata, quanto havirano più grande et securo appoggio che tando non hebbero.
⁵ Si il re dona egli questa libertà ali rustici, è da temere che non si alieni la nobilità da sè ...

Ludovicus II rex Hungariae nobilibus de Majád possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, denovo donat.

In membrana 42 × 36 cm lacerata aquaque maculata (v. in tabula exemplarium no 23). Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi scidaque tecti (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 105548 (ante: Archivum familiae Wesselényi).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicationis instanciam per eos pro parte egregiorum Ioannis de Mayadh
⁵ ac Ladislai, Georgii, Nicolai, Emerici et Ioannis filiorum ac Barbarae,

Dorotheę et Elizabeth filiarum eiusdem, ittem Gasparis, Balthasaris filiorum ac Dorotheae, Sophieę et Catherinae filiarum condam Gregorii necnon Melchioris filii Barbarae filię condam Stephani de eadem Mayadh fratrum videlicet carnalium dicti Ioannis de Mayadh nostre propterea
10 facte maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate et serviciis eorundem per eos sacre imprimis huius regni nostri Hungariae coronę deindeque maiestati nostre sub locorum et temporum varietate cum omni fidelitatis perseverantia exhibitis et impensis totales porciones eorundem possessionarias in possessionibus Mayadh, Dersyda, Zoldhbagh,
15 Babudtheleke et Zakachy in Zolnok Mediocri necnon Iloswa, Hozzwemez et Lomperth una cum theloneo in eadem possessione Lomperth erecto et ab antiquo exigi solito in de Crazna comitatibus existentibus habitas, in quarum scilicet pacifico dominio iidem Ioannes Mayady, Ladislaus, Georgius, Nicolaus, Emericus et Ioannes ac Barbara, Dorothea
20 et Elizabeth necnon Gaspar, Balthasar ac Dorothea, Sophia, Catherina, ittem Melchior et Barbara prefati progenitores suos ab antiquo perstitisse seque ipsos persistere etiam de presenti litteras quoque et litteralia instrumenta superinde habuisse, sed eas et ea superioribus annis tempore scilicet insurrectionis rusticorum sub nomine et titulo cruciatu(s)
25 tumultuancium et in perniciem nobilitatis seviencium deperdita fuisse asserunt, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in predictis totalibus porcionibus possessionariis et theloneo prefato qualitercunque haberemus aut cedem et idem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et rationibus concerneret maiestatem, simul cum cunctis eorundem utilitatibus et pertinenciis quibuslibet puta terris arabilibus cultis
30 et incultis, <agris>, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviiis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis et generaliter quarumlibet utilitatum earundem integritatibus quovis
35 nominis vocabulo vocitatis ad easdem et idem de iure et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus premissis — sicut prefertur — stantibus seque habentibus memoratis Ioanni Mayadi, Ladislao, Georgio, Nicolao, Emerico et Ioanni filiis ac Barbare, Dorotheae et Elizabeth filiabus eiusdem, ittem Gaspari, Balthasar filiis ac Dorotheae, Sophiæ
40 et Catherine filiabus predicti condam Gregorii necnon Melchiori filio et Barbarae filie prefati condam Stephani de eadem Mayadh ipsorumque heredibus et posteritatibus utriusque sexus universis nove donacionis nostre regie titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possi-
45 dendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Budae feria secunda in vigilia beatorum Philippi et Iacobi apostolorum anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto
50 regnorum nostrarum predictorum etc. anno undecimo.

Dextra subter: Ad relacionem magistri Ladislai Budensis secretarii regie maiestatis.

Ludovicus II rex Hungariae nobilibus de Csász possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat.

In membrana 33 × 22 cm aqua maculata (v. in tabula exemplarium no 24).

Sigilli vestigium scripto sub textu rubrae cerae impressi (v. in tabula sigillorum no 2).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: DL 107276 (ante: Archivum familiae Császy).

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit, univ-
 5 sis, quod nos cum ad nonnullorum fidelium nostrorum humillimam supplicationem per eos nostre pro parte nobilium Valentini filii condam
 10 Nicolai et puelle Katherine filie olim Gregorii filiorum condam Iohannis de Chaaz superinde factam maiestati, tum vero attentis et consideratis fidelitate et serviciis fidelibus eiusdem Valentini, que idem sacre imprimis
 15 huius regni nostri Hungarie corone ac deinde maiestati nostre cum omni fidelitatis constancia exhibuit et impendit, totales ipsorum porciones
 20 possessionarias alias dicti condam Iohannis Chaazy in eadem possessione Chaaz in comitatu Hewesiensi existenti habitas, in quarum pacifico et quieto dominio iidem Valentinus et Katherine progenitores ipsorum
 25 ab antiquo perstitisse seque ipsos persistere asserunt eciam impresenciarum, verum nonnullae littere et litteralia ipsorum instrumenta factum earundem porcionum possessionariarum tangencia et concernencia annis
 30 superioribus, quibus scilicet rustici et populares homines contra nos et hoc regnum nostrum sub nomine cruciate insurrexissent, ab eisdem casualiter deperdite fuissent et alienata, item totum et omne ius nostrum regium, si quod in eisdem porcionibus possessionariis prescriptis qualiter-
 35 cumque haberemus aut eedem nostram ex quibuscunque causis, viis, modis et racionibus concernerent maiestatem, simul cum cunctis suis utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris scilicet arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis sub suis veris metis et antiquis existentibus premissis — sicut prefertur — stantibus et se habentibus memoratis Valentino et puelle Katherine ipsorumque heredibus et posteritatibus universis nove nostre donacionis titulo dedimus, donavimus et contulimus, immo damus, donamus et conferimus iure perpetuo et irrevocabiliter tenendas, possidendas pariter et habendas salvo iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, quas in formam nostri privilegii redigi faciemus, dum nobis in specie fuerint reportate.

Datum Bude feria tertia proxima post festum beati Barnabe apostoli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto regnorum nostrorum Hungarie et Bohemie etc. predictorum anno decimo primo.

Dextra subter: Relacio magistri Volfangi Apaffy secretarii regie maiestatis.

In dorso: Registrata folio 19 anno 1526.

414: 18 deperdite]deperdita corr. || 20 eedem]eadem corr.

Ludovicus II rex Hungariae se testatur inter alia ex claustro sancti Petri Pestinensi et sepulchrum sancti Gerhardi tempore cruce signatorum confractum pro expeditione contra Turcas faciendā levasse.

In charta 32 × 22,5 cm alii chartae nostris temporibus agglutinata manca.

Sigillum sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. tabula sigillorum no 2).
Sign. Archivum Ordinis Franciscanorum: A. 1. CX.

Ed. Katona, *Historia XIX*, p. 623. — *Török, Magyarország primása*, no 89. — *Monumenta ecclesiastica I*, no 255.

Nos Ludovicus Dei gracia rex Hungarie et Bohemie etc. memorie commendamus et recognoscimus per presentes, quod cum fideles nostri reverendus Ladislaus de Macedonia prepositus ecclesie Quinque Ecclesien-
sis ac egregius Petrus Bornemyza de Kapolna consilarii nostri a nobis ad
5 exigendas pecunias vasaque aurea et argentea ac alia iocalia, que ab universis regni Hungarie et Slavonie ac Transsilvanie ecclesiis ac monasteriis ex permissione indultoque sanctissimi domini Clementis pape septimi pro expeditione contra Turcas colligi decrevimus, commissarii et collectores per speciales litteras nostras deputati fuissent, inter alia,
10 que ex claustro sancti Petri Pesthiensi ordinis fratrum minorum de observancia regulari provincie Hungarie Salvatoris et aliis ecclesiis et monasteriis hic Bude et in Pesth existentibus levarunt, de eodem claustro sancti Petri sepulchrum beati Gerardi episcopi et martiris tempore cruce signatorum confractum ducentas ac decem et novem marcas continens
15 exceperunt.

Item circumspectus Gregorius Nyrew dictus civis civitatis nostre Budensis confrater et procurator claustri sancti Ioannis Budensis memorati ordinis dedit ad manus dictorum commissariorum nostrorum die datarum presencium sexingentos et triginta florenos in veteri moneta Hungaricali
20 in auro autem quingentos. Que quidem utraque summa florenorum fuisset data ab illustri condam Laurencio de Wylak duce Bozne ad canonizationem religiosi condam fratris Ioannis de Capistrano ita, quod prefati commissarii nostri tam sepulchrum quam utramque summam huius modi vigore pleni mandati, quod eisdem nos tribuimus ac etiam reverendissimus dominus Ladislaus archiepiscopus Strigoniensis et magnificus
25 domini Ioannes Anthonius Baro Burgii nunciatus apostolicus commissarii videlicet prefati sanctissimi domini nostri in hac parte dederunt et concesserunt, ad rationem nostram effectualiter levaverunt et acceperunt.

Super quibus quidem sepulchro ac utraque summa iam dicta fratres prefati ordinis ac confratrem prefati ordinis eorundem prefatum respective expeditos reddimus ac eosdem assecuramus, quod de eisdem modo premissis levatis ipsis fratribus ac confratri eorum post finitam ipsam expeditionem ex tricesima Poseniensi integre satisfaciemus harumstrarum
35 litterarum sigillo nostro consignatarum vigore et testimonio mediante.

Datum Bude feria quinta proxima ante festum nativitatis beati Ioannis Baptiste anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto.

Ludovicus rex
manu propria

Iohannes rex Hungariae claustris sancti Aegidii abbatis et sancti Stephani regis Újhelyiensibus possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse traditur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut eadem claustra in dominium earundem possessionum introducantur.

A in membrana 33 × 27 cm.

Sigilli vestigium invenire non potuimus.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: Acta Paulinorum, Újhely f. 4 no 28.

B transcriptum conventus ecclesiae Lelesziensis die 6 Iunii anno 1527 editum (v. no 417).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Baranyay, ser. 2 f. 20 no 605.

A	B
Nos	
Iohannes Dei gracia rex Hungarie,	Dalmacie, Croacie etc.
memorie commendamus tenore	fidelibus nostris conventui ecclesie
presencium significantes, quibus	de Lelez salutem et gratiam!
⁵ expedit, universis, quod	
cum nos ad nonnullorum fidelium nostrorum humillime supplicacionis	
instanciam pro parte religiosorum fratrum ordinis beati Pauli primi	
heremite in claustro beati Egidii abbatis in oppido nostro Wyhel con-	
¹⁰ structo degencium Deoque famulancium necnon religiosorum fratrum	
ordinis beati Augustini confessoris in claustro beati Stephani primi regis	
Hungarorum in eodem oppido nostro Wyhel fundato pariter degencium	
Deumque	
optimum	maximum
exorancium maiestati nostre facte	tum vero attentis et consideratis
¹⁵ devocionibus piarumque oracionum suffragiis eorundem fratrum utrius-	que ordinis, quibus Deus maximus eiusdemque genitrix virgo patrona
que ordinis, quibus Deus maximus eiusdemque genitrix virgo patrona	
Hungarie	gentis Hungarice
recolitur ac ad succurrendum huic regno nostro Hungarie diversis peri-	
²⁰ culis agitanti flectitur quoddam pratum seu fenetum una cum quadam	
piscina	
Kassa	Chassya nunc vero Chassatho
vocata in territorio ac intra veras metas	
eiusdem	
oppidi Wyhel existens et adiacens, quod quidem pratum cum eadem	
²⁵ piscina dudum ab aliorum terris et territoriis eisdem fratribus utriusque	
ordinis metaliter distinctum fuisse et separata, in quorum utputa reali	
dominio ipsi fratres utriusque ordinis predecesores eorum ab antiquo	
perstitisse se seque persistere asserunt eciam de presenti et superinde	
sufficientes eciam litteras et litteralia instrumenta habuissent, sed annis	
³⁰ istis superioribus per rusticos sub nomine cruciate passim in hoc regno	
nostro Hungarie grassantes direpte discipateque et utcumque alienata	
extitissent, simul cum omni et totali iure nostro regio, si quod in prescrip-	
tis prato et piscina qualitercumque haberemus aut nostram ex quibus-	

416: 2 Ioannes B | Ungarie A || 8 opido A || 11 opido A || 24 opidi A || 31 direpte]di-
repthé corr. B || 33 qualitercunque B

35 cumque causis, viis, modis et rationibus concernerent maiestatem, una
 cum cunctis eorundem utilitatibus proventibusque et pertinenciis quibus-
 libet ad prenotatum pratum fenetumque ac piscinam antelatam de iure
 et ab antiquo spectantibus et pertinere debentibus quovis nominis voca-
 40 bulo vocitatis sub eorundem veris metis et antiquis existentibus pre-
 missis — sicut prefertur — stantibus se sequere habentibus memoratis
 ambobus claustris et per consequens fratribus
 utriusque ordinis
 per successionem in eisdem de-
 gentibus nove donacionis nostre
 45 regie titulo dedimus, donavimus,
 et contulimus, immo damus, dona-
 mus et conferimus iure perpetuo
 et irrevocabili tenendum, possiden-
 dum pariter et habendum salvo
 iure alieno harum nostrarum vigore
 50 et testimonio litterarum mediante,
 quas in formam nostri privilegii
 redigi faciemus, dum nobis in
 specie fuerint reportate.

heremitis
 per successionem claustris in eis-
 dem degentibus vigore <aliarum
 litterarum nostrarum donaciona-
 lium superinde confectarum> nove
 donacionis nostre regie titulo in
 perpetuum contulerimus velimus-
 que eosdem in dominium eorun-
 dem et eiusdem per nostrum et
 vestrum homines legitime facere
 introduci. Super quo fidelitati
 vestre harum serie firmiter preci-
 pientes mandamus, quatinus ve-
 strum mittatis hominem pro testi-
 monio fide dignum, quo presente
 Georgius de Agoocz vel Bernaldus
 Fowldessy de eadem Agoocz aut
 Benedictus de Lazthocz sin Nico-
 laus de Borza seu Simon Bochkay
 de Galzeech sive Gregorius Bochkay
 de eadem Galzeech aliis absentibus
 homo noster ad facies predicti
 oppidi Wyhel consequenterque
 eorundem prati feneticque et piscine
 60 vicinis et commetaneis ipsorum
 universis inibi legitime convocatis
 et presentibus accedens introducat
 prefatos fratres utriusque ordinis
 in dominium eorundem prati fene-
 tique ac piscine ac dicti iuris nostri
 regii in eisdem habiti statuaturque
 eosdem et eandem eisdem premisse
 nove do[na]cionis nostre regie ti-
 tulo ipsis incumbentem perpetuo
 possidendam, si non fuerit contra-
 dictum, contradictores vero si qui
 fuerint, evocet eosdem contra an-
 notat[os frat]res utriusque ordinis

35 eorundem A || 38 eorundem A || 39 se sequere se B | prememoratis B || 40
 consequenterque B || 42 recte: successionem A

90

85

90

ad terminum competentem nostram personalem in presenciam rationem contradiccionis eorundem reddituros. Et post hec huius modi intro[duccionis] et statucionis seriem cum con[tradi]ctorum et evocatorum, si qui fuerint, vicinorumque et commetaneorum, qui premissis statucioni intererunt, [nominibus terminoque] assignato, ut f[uerit] expediens], eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis!

Datum Bude feria sexta proxima post festum apparicionis beati Michaelis archangeli anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo septimo, regnorum vero nostrorum predictorum anno primo.

⁹⁵ *In dorso:* Paria litterarum nove donacionis serenissimi principis domini domini Ioannis Dei gracia regis Hungarie etc. super pratum quoddam et piscina Kassa vocata fratrum eremitarum de Wyhel.

1527 Iunii 6

417

Conventus ecclesie Lelesziensis duo claustra Újhelyiensia in dominium possessionum nemine contradicente introducta esse testatur.

In charta 31,5 × 32,5 cm manca.

Sigilli fragmentum in dorso flavae cerae impressi.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Baranyay, ser. 2 f. 20 no 605.

Nos conventus ecclesie sancte crucis de Lelez memorie commendamus per presentes significantes, quibus expedit, universis, quod nos litteras serenissimi principis domini Ioannis Dei gracia regis Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. domini nostri graciousissimi introductorias et statutorias

⁵ nobis preceptorie sonantes et directas debita cum reverencia recepimus in hec verba:

Sequuntur litterae Iohannis regis Hungariae die 10 Maii anno 1527 datae (v. no 416).

Et iu[xta ear]undem continenciam nos manda[tis dicti] domini nostri regis in omnibus obedire volentes — ut tenemur — una cum prefato Georgio de Agooz tanquam [homin]e regio nostrum hominem videlicet

¹⁰ r[eli]giosum fratrem Ladislaum de Bagos presbyterum ecclesie nostre conventualem ad premissam statucionem fideliter exequendam nostro pro testimonio fide dignum duximus transmittendum, qui tandem exinde ad nos reversi nobis concorditer retulerunt eo modo, quod ipsi feria

91 appararicionis A | a[pparicionis] — Domini B || 92 [vigesi]mo B || 93 [nostro]rum B

Maii 22 quarta proxima post Dominicam cantate proxime preteritam ad facies
15 predicti oppidi Wyhel consequenterque predictorum prati fenetique et
piscine vicinis et commetaneis ipsorum universis, signanter vero providis
Gregorio Saar iudice et Ambrosio Thothpal in Kysthoronya, item Antho-
nio Cheley iudice et Michaele similiter Cheley iobagionibus predicti domini
20 nostri regis in Borsy, item Anthonio Faragho iudice et Blasio Thothgyerg
iobagionibus nobilium Stephani de Lonya et relicte Blasii Nameny in
Bary possessionibus vocatis commorantibus in eorundem dominorum
ipsorum personis ceterisque probis viris inibi legittime convocatis et
presentibus accessissent idemque homo regius predicto nostro testimonio
25 presente introduxisset prefatos fratres utriusque ordinis in dominium
eorundem prati fenetique ac piscine ac dicti iuris regii in eisdem habiti
statuissetque eosdem et eandem eisdem premisse nove donacionis regie
titulo ipsis incumbentem perpetuo possidendam nullo protunc ibidem
neque eciam postea coram nobis contradictore apparente. In cuius rei
30 testimonium firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras duxi-
mus concedendas.

Datum sedecimo die diei introduccionis et statucionis premissarum
anno Domini supradicto.

In dorso: Super Cassaytoo et prato ibidem existentibus 1527.

1529 Aprilis 8 — Venetia

418

*Iacobus Zieglerus scribit se ad Georgium Collimitium alio nomine Tannstetter
Hungariam in charta depictam vidisse, quam componendam tempore insurrec-
tionis idem et Eleazarus litteratus iniissent.*

Ed. Iacobus Zieglerus: *In C. Plinii de naturali historia librum secundum commentarius,*
item G. Collimitii et I. Vadiani scholia quaedam. Basileae 1531.

Sign. Bibliotheca Publica Universitatis, Basileae.

Reg. *Imago mundi* 18 (1964) p. 54.

Iacobus Zieglerus Landavus Georgio Collimitio medico s(alutem)
d(icit) . . . Ungariam tuam his diebus Venetias allatam vidi, quam insigni-
ter probo, cum quod ex collatione locorum, quanta mihi cognita sunt,
veram agnosco faciuntque haec fidem mihi in reliqua tum quod ego
5 quoque illi manum admovi sub ea aestate, qua coloni et pastores Un-
gari tumultuabantur. Illo tempore, dum proceres angore summo animi
totos dies de rebus regni consultarent, ego et Eleazarus operis primarius
auctor vacui tanta cura, quamvis neque nos extra periculum, rationem
hanc super Ungaria componenda inibamus. A tanto tempore, quid de
10 ea fieret, ignoravi. Perditam esse cum singulari dolore meo arbitrabar.
Quo ergo maiore gratulatione perspexi salvam esse et vestro studio
publicatam. Stephanus Brodericus regis Ludovici orator in urbe meus
praecipuus amicus Ungariam aequae exactam in picturam posuit, qui
postquam sollicitas partes comitis a Trentzinio sequutus fuit, nescio si
15 eam absolvit. Vale!

Venetis VI Idus Aprilis anno MDXXIX.

Iohannes rex Hungariae universis de iugo rusticorum tollendo atque iumentis extra regnum non educendis et commercio pecuniae legem constituit.

In charta 29×40 cm lacerata mancaque (v. in tabula exemplarium no 26).

Sigillum scripto sub textu rubrae cerae impressum scidaque tectum (v. in tabula sigillorum no 5).

Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Kubinyi Kóváriense.

Ed. *Századok* 10 (1876), p. 581 (partim, Hungarice).

Ioannes Dei gracia rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. fidelibus nostris universis et singulis dominis prelati ac baronibus, comitibus magnificis, egregiis et nobilibus ac ignobilibus necnon aliis cuiuscunque status et condicionis hominibus ubivis intra ambitum huius regni nostri

⁵ Hungarie et eciam Sclavonie existentibus et commorantibus presencium noticiam habituris salutem et gratiam!

Optime vobis constat, immo propriis oculis vestris cernere potestis, in quod discrimen et in quam caristiam ac penuriam rerum fere omnium et presertim animalium boum scilicet et pecorum, equorum ac aliorum

¹⁰ id genus quadrupedum propter eorum inde ad externa regna et provincias abductionem regnum hoc nostrum sit adductum adeo, ut iam boves potissimum nedum ad agriculturam et alios labores ad usum humanum necessarios exercendos, sed neque pro coquinis et victu publico sufficientes reperiantur.

¹⁵ Ceterum quot incommoditates ac desolaciones per ademptam et sublatam rusticorum seu plebeorum hominum libertatem, qua ipsi de uno loco in alium commigrandi habeant facu[ita]tem, in eodem regno nostro haetenus emerterint, omnibus liquido constat; hoc idem de diversitate monetarum in rebus vendendis et emendis evenit.

²⁰ Quapropter eiusce modi impedimenta nos e medio tollere cupientes, quo idem regnum nostrum ex tot malis iam tandem exutum in pristinum suum statum ac decorem et rerum omnium copiam restituatur, pro bono et commodo publico eiusdem regni nostri ac omnium vestrum de unanimi voto et consilio universorum dominorum prelatorum et baronum ac

²⁵ aliorum regni nostri nobilium nuper post solutam obsidionem huius civitatis nostre Budensis nobiscum hic existencium iugum rusticorum et plebeorum hominum prenotatum abstulimus et rusticis ipsis pristinam eorum libertatem restituimus ita, ut amodo deinceps libere quemadmodum antea hinc inde commeari de bonisque unius domini seu nobilis

³⁰ ad bona alterius ad commorandum una cum bonis et rebus eorum se conferre possint ea tamen condicione, ut in abducendis ipsis colonis de unius possessione ad alterius possessionem consuetis et antiquis legibus in talibus observari solitis et non aliter uti unusquisque teneatur.

Preterea inhihemus eciam ut nemo boves, pecudes, armenta et alia

³⁵ pecora, equosque demptis dumtaxat eorum cutibus non solum sub amissione eius modi boum, ovium et pecudum aut equorum, quos educerent, sed eciam aliarum rerum et bonorum suorum extra hoc regnum nostrum in externa regna ac provincias ad vendendum educere aut abigi facere audeat.

40 Eodem tenore iniungimus, ut monetas serenissimorum principum
dominorum Matthie, Wladislai ac Ludovici regum et nostras quoque in
anno Domini millesimo quingentesimo vigesimo sexto et septimo cusas,
que propter earum vetustatem facile poterunt agnosci et illas eciam que
45 iam in liga decem lotonum hic Bude cudentur et ex armis seu [s]ignetis
domini gubernatoris et thesaurarii nostri s[u]b imagine virginis gloriose
impressis agnoscentur, monetas deinde Ferdinandi in camera dumtaxat
Crempniciensi cusas, quas ex insignio camerarii in eis insculpto facile
quilibet inter alias discernere poterit, in omnium rerum empcone et
vendicione omnes et singuli, cuiuscunque status et condicionis existant,
50 sub pena amissionis capitum et bonorum suorum recipere teneantur.

Relique vero universe monete tam nostre quam Ferdinandi cupree
ubilibet et per quoslibet cuse ad cameram nostram Budensem impor-
tentur et ibi iuxta eorum valorem bone monete nostre argentee pro illis
dabuntur et quod nemo mercatorum aut aliorum hominum huius modi
55 cupreas monetas nostras vel Ferdinandi extra Crempniciam cusas sub
amissione capitis sui et bonorum suorum ad se cambire et extra regnum
hoc ducere vel transmittere aut alienis et advenis dare presummat,
sed ad cameram — ut prefertur — nostram Budensem quilibet importare
teneatur.

60 Si quis vero hominum aliquem deprehenderit, qui eiusce modi monetas
contra hoc mandatum nostrum regium ad se cambire vel extra regnum
ducere aut mittere vel alienigenis dare presumpserit et nobis hoc signi-
ficaverit, tercia pars bonorum illius transgressoris mandati nostri ipsi
relatori seu significatori libere cedat duabus partibus salvis nobis rema-
65 nentibus.

Quocirca fidelitati vestre ac vestrum cuilibet harum serie firmissime
mandamus, ut amodo deinceps colonos vestros, qui de bonis vestris ad
aliorum bona commorandi gracia se conferre voluerint, iuxta libertatem
eorum prescriptam libere semper dimittere et aliorum similiter colonos,
70 si qui de bonis aliorum ad bona vestra se se conferren[t], solitis et con-
suetis legibus observatis et non aliter [a]d bona vestra abducere modis
omnibus debeatis et tenea[mini], ***um nemo vestrum boves, [pecu]des,
eq[uos] *** al[ia] iumenta et pecora demptis — ut prefertur — eorum
cutibus non solum sub amiss[ion]e illorum boum et pecudum omniumque
75 aut equorum, qui educerentur et abigerentur, sed eciam aliarum rerum
et bonorum suorum extra hoc regnum nostrum vel ad terras nobis nunc
hostiles ad vendendum educere aut abigi facere pecunias eciam predecla-
ratas alienis dare vel mittere audeat et aliud pena sub premissa facere
nullo modo presumat presentibus perlectis exhibenti restitutus!

80 Datum Bude in profesto beati Valentini martiris anno Domini mille-
simo quingentesimo tricesimo primo.

Dextra supra: Commissio propria domini regis.

Praepositus ecclesiae Scepusiensis vineam olim Francisci Bagoly ob perfidiam condemnati in Liszka et capitulum eiusdem ecclesiae quandam portionem permutant.

In membrana 33,5 × 32 cm.

Sigilla duo ex sericeis filis rubri et violae colorum eisdem litteris insertis pendunt, quorum alterum rotundum est capituli, alterum anulare est prepositi.

Sign. Archivum Publicum Leutsoviense: Archivum capituli Scepusiensis privatum, f. 1 no 19.

Ann. Ad has litteras animum nostrum convertit Gabriel Barta, cui grates agimus hic.

Nos Ioannes Horwath de Lompnycza prepositus ecclesie Scepusiensis etc. ac capitulum eiusdem ecclesie memorie commendamus tenore presentencium significantes, quibus expedit, universis, quod nos racione commodorum eiusdem ecclesie nostre in communi habita deliberacione matura
 5 ampliandorumque proventuum ipsius in bonis et iuribus nostris possessionariis subscriptis hanc inter nos duximus faciendam concambialem permutacionem:

Et primo nos Ioannes prepositus vineam nostram privatam et peculiarem ab egregio olim domino genitore nostro nobis donatam Bagol
 10 vocatam in metis oppidi ecclesie nostre Lyzka vocati existentem in promonthorio eiusdem oppidi Elewhegh vocato sitam vineis dictorum fratrum nostrorum venerabilis capituli contiguam, que ob perfidiam olim Francisci Bagol ipsius vinee possessoris iuridice victi et condemnati in dictum dominum genitorem nostrum tunc huius prepositure nostre
 15 legitimum gubernatorem legitime fuerat devoluta simul cum cunctis eiusdem utilitatibus et proventibus utcumque nominatis dicto capitulo ecclesie fratribusque nostris dominis canonicis conferendam et dandam duximus.

Vicissim nos quoque capitulum ecclesie predictae Scepusiensis nolentes
 20 ipsi domino prelato nostro de ea gracia ingrati esse, totalem porcionem nostram possessionariam in possessione Olsawicza vocata videlicet tres fundos sive sessiones iobagionales, in quarum una quidam filius Galli, in secunda quidam carbonarius in serie meridionali et in tertia Olexa in serie septemtrionali ad presens inhabitant, preterea quandam sessionem nostram iobagionalem, in qua nunc quidam Maczko Polonus inhabitat, in porcione nostra possessionaria in possessione Felsewrepas vocata
 25 omnino in comitatu Scepusiensi existentes habitas simul cum cunctis illarum utilitatibus et pertinenciis quibuslibet terris utputa arabilibus cultis et incultis, agris, pratis, pascuis, campis, fenetis, silvis, nemoribus, montibus, vallibus, rubetis, aquis, fluviis, piscinis, piscaturis aquarumque
 30 decursibus, molendinis et eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum et pertinenciarum earundem integritatibus quovis nomine vocitatis de iure et ab antiquo ad easdem spectantibus et pertinere debentibus sub suis veris metis existentibus dicto domino prelato nostro dan-
 35 das duximus.

Imo nos prepositus et capitulum dictas vineam et porcionem possessionariam una cum prescripta sessione iobagionali mutuo in nos iure perpetuo et irrevocabili transferimus et traducimus in perpetuum tenendas, possidendas pariter et habendas pleno iure et cum effectu. In quorum
 40 omnium memoriam et firmitatem perpetuam presentes litteras nostras sigillis nostris autenticis et pendentibus communimus.

Datum in festo beati Martini episcopi et confessoris anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quarto.
In dorso: Super vinea Bagol.

1535 Aprilis 5 — Somogyvár

421

Comitatus Simigiensis duos iobagiones Thomae Várday decretum post insurrectionem rusticorum constitutum neglegentes migrasse testatur.

In charta 22 × 21,5 cm minime manca.

Sigilla quinque anularia flavae cerae impressa in dorso.

Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Tallián de Vizek f. 74 no 70.
Ann. Ad has litteras animum nostrum convertit Gabriel Barta, cui grates agimus hic.

Nos Paulus de Derechke et Clemens Karmachy de Kelked vicecomites et iudices nobilium comitatus Simigiensis damus pro memoria, quod cum nos ad legitimam petitionem egregii magistri Thome de Warda nobilem Michaellem de Thethwes unum ex nobis iudicem nobilium ad infra-scriptam inquisitionem faciendam duxissemus destinandum. Qui tandem exinde ad nos reversus nobis retulit eo modo, quomodo ipse sabbato proximo post festum pasce proxime preteritum una cum nobilibus Stephano Barran de Thethwes, Ambrosio Gaspar de Egres, Iohanne Morocz et Petro aliter Jarfas dicto filio condam Laurencii litterati de eadem Egr[es] ad possessionem Warda vocatam consequenterque porcionem dicti exponentis in eadem habitam accedentes, ubi providus Gregorius Morsa villicus et iobagio eiusdem exponentis in eadem porcione sua possessionaria constitutus et commorans ad fidem suam Christianam presentibus et audientibus predictis quatuor nobilibus requisitus id asseruisset, quomodo hys superioribus annis dudum videlicet post insurrectionem gencium cruciatarum providus Gregorius Was iobagio ipsius exponentis in pretacta porcione eiusdem possessionaria in iam fata possessione Warda habita commorans contra contenta generalis decreti superinde editi et stabiliti furtim et clandestine ad possessionem Lattran vocatam bona utputa protunc magnifici condam domini G[eor]gii de Bathor discessisset moraturus, tandem in anno, cuius iam quinta aut ultra vel citra instaret revolutio, similiter dudum post insurrectionem gencium cruciatarum populi et iobagiones abbacie Simigiensis in possessione eiusdem Wyfalw appellata [com]morantes manibus armatis et potenciariis ad pretactam porcionem ipsius exponentis posse[ssion]ariam in predicta possessione Warda habitam venientes abindeque honestam dominam Kathe[rin]am relictam condam Emerici Nagh iobagionem eiusdem exponentis ibidem commorantem simul cum o[mn]i]bus rebus et bonis suis levatis minus iuste et indebite ac contra contenta prescripti decreti ad prefatam possessionem Wyfalw transduxissent moraturam potencia mediante in preiudicium et dampnum dicti exponentis valde magnum.

Datum in Somoghwar feria secunda proxima post Dominicam quasi-modo anno Domini millesimo quingentesimo tricesimo quinto.

Dextra subter: Lecta et correcta per notarium sedis.

In dorso: Magistri Thome Warday.

Andreas Gál in memoriam marchionis Brandenburgensis patrem suum, qui tempore insurrectionis merita meruit, revocans supplicat, ut sibi possessiones restituantur.

In charta scripta esse videtur copia eiusdem temporis simplex ex copia photographica. Sign. Archivum Publicum Norenbergense: Archivum familiae Brandenburgensis no 1069/10.

Ed. *Gyula oklevéltára*, no 230 (partim). — *Olvásokönyv*, p. 64 (partim, Hungarice).

Illustrissime princeps et domine domine mihi clementissime!

Quum praeteritis temporibus ego in aula illustrissimi quondam principis et domini domini Georgii marchionis Brande(m)burgensis etc. parentis illustrissimae dominationis vestrae agerem supplicaveramque
 5 suae illustrissimae dominationi, quod recordari dignaretur de servitiis parentis mei iam defuncti fidelissimis eidem exhibitis strenue intrepidoque pectore diversis locis et modis ac praecipue eo tempore, cum suae illustrissimae dominationi arcem Gyulam oppugnarent conspiratores crucem gerentes in anno domini Salvatoris millesimo quingentesimo
 10 decimo quarto per octo integros menses, quam ipse post Deum altissimum cum effusione sui sanguinis ac industria et iactura rerum omnium suarum servavit hostesque fugavit.

Cum tandem arcis deditio causa fuerunt iidem proditores et delatores, qui etiam iniuste et inique parentem meum detulerunt apud
 15 illustrissimae d(ominationis) v(estrae) parentem piae memoriae effeceruntque, ut idem privaret parentem meum bonis omnibus et literalibus instrumentis, quo clementer d(ominatio) s(ua) illustrissima fuisset recordata de meis bonis; a qua tale acceperam responsum, quod si illustrissima sua dominatio possideret adhuc praefatam arcem Gyula et illa pertinentia,
 20 se non renuere satisfacere velle meis petitionibus. Nihilominus tamen scripturus sum et ipse et dominus marchio Ioachimus frater noster carissimus ad regem Ioannem, ut illis idem iniungat, qui illa bona possident, ut tibi restituant illa bona.

Ego cum illis literis veneram Budam regique Ioanni porrexeram, qui
 25 mox accersito Patochio, qui tunc illic erat praefatamque arcem Gyula possidebat, iniunxit illi, sine omni tergiversatione bona mea restitueret, quae per illustrissimum Georgium marchionem a patre meo adempta erant. Postea illustrissime princeps, triennio profectus sum iterum Onolspachium supplicaveramque, ut dignaretur d(ominatio) s(ua) illustris-
 30 sima restitui facere literas illas, quas idem adimi fecerat a praefato parente meo, qui mihi proprio ore in arce Kadelsburg tale dederat responsum, ut descenderem in Hungariam et cum Deus omnipotens faveret, ut pars illa Hungariae subiiceretur ditioni regiae maiestatis et arces illas de iure ad eum pertinentes, quo redigi possent in manus
 35 suas, tandem informarem extunc se velle mihi restitui facere etiam illa literalia instrumenta. Cui illustrissimo domino obtuleram me hoc facere velle. Etsi fierent illo tempore superstes, me de statu et condicione illarum omnium informaturum, sicuti etiam nunc facio et indico.

422: 7 pectore *supra scr.* || 23 recte: sibi || 26 illi *supra scr.*

Nam nunc ita conventum est inter regiam maiestatem dominum
40 nostrum clementissimum ac proceres partium illarum, ut singuli singula
bona quocunque iure concernentia restituantur et in manus dentur;
sicut et de reliquis et reliquorum bonorum factum est. Restant tantum-
modo bona illustrissimae d(ominationis) v(estrae), pro quibus minime labo-
rat et nunc ullam mentionem facit. Si parens illustrissimae d(ominationis)
45 v(estrae) superstes esset, nequaquam hoc tempore commodissimo negli-
geret repetitionem talium artium, cum et situ et fertilitate aliisque pro-
ventibus vix in Hungaria ullae arces illis comparari possint.

Quapropter meo iudicio illustrissimae d(ominationi) v(estrae) non esset
nectenda ulla mora, sed hic primo quoque tempore cum maiestate regia
50 agendum; cuius mandato unico venirent in manus illustrissimae d(omina-
tionis) v(estrae); praecipue cum res sit in ferventi et exercitus suae maiesta-
tis ibi in circuitu iaceat in confiniis bonorum praefatorum illustrissimae
d(ominationis) v(estrae). Iam elapsi sunt viginti anni, quod arcem illam
Gywla Franciscus Pathochy proceresque ipsius possederunt; ex quibus
55 haecenus acceperunt absque aliis accidentiis florenos quattuor centum
millia et praeterea trecentos quinquaginta Rhenenses.

Qui nunc in eo laborat, ut relicta regina Ioannis per illustrissimum
principem dominum Ioachimum marchionem illa emere curaret sibi pro
quadraginta millibus florenis Rhenensibus.

60 Quum autem talem frivolum domum vendere debeat, illustrissimae
d(ominationi) v(estrae) non satis constat; cum eadem fidelem suum homi-
nem in ea habere poterit et singulis annis in suam cameram percipere
florenos Rhenenses viginti millia et boves ad culinam ducentos, praeterea
accidentia et alia munera. Si vero illustrissima d(ominatio) v(estra) ven-
65 dendi animo omnino induxit, modo ad manus suas recipiat. Ego indi-
caturus sum eidem dari quendam dominum in Hungaria, qui pro ipsa
arce Gywla depositurus est centum millia florenos Rhenenses.

Ego itaque considerans talem statum artium et bonorum illustris-
simae d(ominationis) v(estrae) relinquens, mox et dominum meum, cui
70 inservire omniaque alia negotia mea ac posthabitis omnibus negotiis
meis, quibus meam familiam meque alo, suscepi hanc longam peregrina-
tionem ac sumptus non exiguos indicare volens illustrissimae d(omina-
tionis) v(estrae); ac ea, quae sua essent, per negligentiam negligenter vel
rescitis non perpensatis iacturam aliquam facerent.

75 Spero illustrissimam d(ominationem) v(estram) non fore immemorem
harum praefatarum rerum, super quibus omnibus expecto gratiosam
relationem.

Illustrissimae d(ominationis) vestrae obedientissimus servitor

Andreas Gaal de Gywla etc.

Memoria insurrectionis rusticorum.

Transcriptum comitatum Hevesiensis et Szolnok Mediocris die 27 Augusti anno 1571 editum, quod in charta 33×136 cm lacerata scriptum erat et sigillo, cuius nunc fragmentum videri potest, in dorso viridi ceræ impresso consignatum est.
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Rhédey.
 Ed. Szederkényi, *Heves vármegye* II, p. 306 (partim, Hungarice).

Capitulum ecclesiae Agriensis ad regem Hungariae Ferdinandum I refert attestations testium, quo possessio Recsk vocata pertinuisse, interrogatorum a Balthasare de Becs regio et Benedicto presbytero rectore altaris beatæ Dorotæ virginis et martiris in ecclesia Agriensi fundati fide digno
⁵ *hominibus, unus ex quibus testibus personaliter constitutus providus Demetrius Zabo iobagio reverendissimi domini Francisci ab Wylak episcopi huius ecclesie Agriensis in oppido Feolnemeth commorans iuratus et examinatus fassus est se ante bellum crucigerorum quasi uno anno servitorem nobilis olim Ioannis Rechky fuisse et nonnisi ius masculinum*
¹⁰ *possessionem ipsam Reechk concernere scire . . .*

Datum sabbato proximo post festum beati Marci evangelistæ anno Domini millesimo quingentesimo quinquagesimo quarto.

Comitatus Pestiensis de teste cruciatae expeditionis memori, utrum ad possessionem Nyársapáti, an ad possessionem Abony vocatas quaedam terrae particula pertinuerit, quaerit.

Transcriptum comitatum Hevesiensis et Szolnok Exterioris die 17 Septembris anno 1571 editum, quod in charta 32×244 cm lacerata erat scriptum et sigillo, cuius nunc vestigium videri potest, consignatum est.
 Sign. Archivum Hungariae Nationale: Archivum familiae Zichy Zsélyiense, f. 61 no 62.

. . . Attestationes Pauli Mezey et domine Sophiæ Henyey relicte egregii condam Petri Lenarth contra egregium Casparem Horwath de Wason per me Ioannem Hartyany et Casparem Dengeleghy 2 Aprillis anno Domini 1571 recepte et primo: Wyncze Lwkac[h] Czeghledy Apathiak
⁵ *jobagia megheskwth es hyth zerynth ezth walla, hogy az kereztes hadtwl foghwa twdom, hogy az haarmas hatarygh mynd az Nyarasapatyhoz byrthak, de mykor Werbeczy byrtha mynd Nyarasapatyth, mynd Abonth, akkor kertek wolth ell, hogy az abonyak zanchyak, de az dezmayath Nyarasapatyra wettek, akorys chakwgy engetthe wolth*
¹⁰ *Werbeczy, hogy ellyek, de el ne twlaydonychak; ezt ys twdom, hogy otth egy pesthy ember Ferencz mester otth jartatt[h]a marhayath, de az nyarasapatyaktwl keowethe megh es oda fyzeteth . . .*

Capitulum ecclesiae Castri Ferrei de familia Sárkány inquirat.

In libro ex charta 22×35 cm confecto.

Copia eiusdem temporis simplex in protocollo scripta.

Sign. Archivum Comitatus Castri Ferrei: Archivum capituli ecclesiae Castri Ferrei regnicolare, Protocollum conventus de Kapornak inscriptum p. 398.

Ann. Codex miscellaneus, ex quo sumpsimus hunc textum, licet Protocollum conventus de Kapornak inscriptus sit, tamen nos capitulo ecclesiae Castri Ferrei ascribimus, quia varias quidem litteras et genuinas et earum copias seu conceptus continet, sed fere omnes idem capitulum edidit.

1584 20 Februarii examinatio testium penes litteras praeceptorias domini locum tenentis officii palatinalis facta est modo infrascripto regio homine magistro Martino de Zombathel prothonotario personalis praesentiae s(acrae) caesareae et regiae maiestatis testimonio autem capituli

⁵ Ludovico Wylaky praeposito eiusdem capituli existentibus.

Interrogatoria clausula erat: an testes novissent aliquem de familia Sarkan, qui possessionem Ondod in comitatu Castri Ferrei existentem a memoria eorum possedissent et potissimum Bernardum Sarkan et eius filiam Sophiam aut generum eiusdem . . .

¹⁰ Nobilis Paulus Kys de Sye natus ante bellum cruciferorum annis quinque praestito iuramento fatetur Lucam Porkolab novisse et scire eum in Thoron habitasse et possessionem Ondod eo possedissee fuisseque officialem cuiusdam Ioannis Bornemyzza Budae agentis, novisse item Bernardum Sarkan et filiam eius Sophiam et scire, quod eam Blasius

¹⁵ Laky matrimonio copulasset et is fuisset in dominio possessionis Ondod eoque decedente ipsa se ad alia vota transtulisset Stephano Gozthony nubendo, audivisse item quod ipsa possessio Ondod fuisset Bernardi Sarkan, certo tamen nescivit, novisse item Benedictum Sarkan fratrem carnalem Bernardi Sarkan et ab eodem audivisse, quod ad reginae

²⁰ Ludovici videlicet regis consortis intercessionem Ioannes Bornemyzza praetactam possessionem Ondod ipsi Benedicto Sarkan remisisset per eum possidendam . . .

The following is a list of the names of the persons who were present at the meeting held on the 15th day of June, 1961, at the residence of the undersigned, at the address of 1234 Main Street, New York, New York.

The names of the persons present are as follows:


Name	Address
John Doe	1234 Main Street, New York, New York
Jane Smith	5678 Broadway, New York, New York
Robert Johnson	9101 Park Avenue, New York, New York
Mary White	2345 Madison Avenue, New York, New York
Charles Brown	3456 Central Avenue, New York, New York
Elizabeth Black	4567 East Avenue, New York, New York
William Green	5678 West Avenue, New York, New York
Patricia Gray	6789 North Avenue, New York, New York
Richard Hall	7890 South Avenue, New York, New York
Susan King	8901 West Avenue, New York, New York
Thomas Lee	9012 East Avenue, New York, New York
Barbara Scott	1013 North Avenue, New York, New York
James Taylor	1114 South Avenue, New York, New York
Anna Young	1215 West Avenue, New York, New York
Benjamin Clark	1316 East Avenue, New York, New York
Victoria Adams	1417 North Avenue, New York, New York
Samuel Baker	1518 South Avenue, New York, New York
73. 1514 Iunii 16 — Comitatus Nógrádiensis, Hontensis, Pestiensis et Hevesiensis comitatum Abaújváriensem recensitis duorum mensium rebus rogant, ut traicientibus fluvium Ticiam cruciferis per singula capita insurgant et ad oppidum Hatvan vocatum concurrant. 116
74. 1514 Iunii 16 — Comitatus Nógrádiensis, Hontensis, Pestiensis et Hevesiensis civitates Cremniciensem, Semniciensem et Neosoliensem recensitis duorum mensium rebus rogant, ut civitates armis ad profligandos cruciferos necessariis succurrant. 118
75. 1514 Iunii 18 — Comites camerarum salium civitatem Bistriciensem rogant, ut secundum mandatum Iohannis Zapolyai latrones insurgentes et capitaneum etiam eorum nomine Albertum detineant. 119
76. 1514 Iunii 18 — Hedvigis relicta Stephani Zapolyai civitati Kesmarkino committit, ut illos, qui populum ad insurrectionem incitant, detineant interimantque. 119
77. 1514 Iunii 19 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae universos Transilvanos certos facit a se civitati Bistriciensi potestatem castigandi eos, qui se ipsos cruciferos dicunt, datam esse. 120
78. 1514 Iunii 19 — Leutsoviensis civitas Bartphenses de copiis militum iussu regis contra cruciferos mittendis consultit. 121
79. ante 1514 Iunii 21 — Georgius Székely capitaneus cruciferorum propositis poenis spiritualibus ac saecularibus universas civitates, oppida villasque praesertim comitatum Pestiensis et Szolnok Exterioris provocat, ut se cruciferis adiungant. 121
80. 1514 Iunii 21 — Vladislaus II rex Hungariae civitati Soproniensi mandat, ut Iudaeos a cruciferis et aliis tueatur. 122

81. 1514 Iunii 21 — Stephanus Perényi cubicularius regius civitatem Cassoviensem rogat, ut ipsa ex litteris regis praefectis gentium suarum specificet, quis capitaneus militum Cassoviensium sit: ipse aut Iohannes Bebek. 123
82. 1514 Iunii 21 — Stephanus Rozgonyi iudicem civitatis Bartphae rogat, ut ei purgatorem armorum mittat. 123
83. 1514 Iunii 21 — Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis revocatis superioribus litteris suis civitatem suam certam facit de cruciferis, quibus cohors militum quadringentorum necato capitaneo se adiunxerunt et dissentire nobiles ad oppidum Szikszó vocatum castra metatos, quisnam dux sit: Stephanus Perényi, an Iohannes Bebek. 124
84. 1514 Iunii 21 — Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis civitatem suam certiorum facit de rebus in castris metatis ad oppidum Szikszó nominatum gestis et se mandatum civitatis expectare, si quid agendi sit, cuiam ducum adiungatur cum cohorte, quem ne forte Cassoviam reducat. 125
85. 1514 Iunii 22 — Vladislaus II rex Hungariae et Bohemiae baronibus regni Bohemiae singulis auxilium orando res a rusticis insurgentibus gestas scribit. 126
86. 1514 Iunii 22 — Cremniciensis civitas ad Semnicienses litteras eisdem adiunctas mittunt, per quas certiores reddunt eosdem se Neosoliensi civitati consentire, urgentibus laboribus ne unum quidem hominem extra civitatem mittere posse et citissimum responsum opperiantur, et de sententia civitatis Semniciensis certos Neosolienses faciant. 127
87. inter 1514 Iunii 22 et 28 — Regestrum familiarium, qui ad Iohannem Bornemissza contra cruciferos proficiscuntur. 128
88. 1514 Iunii 26 — Vladislaus II rex Hungariae civitatibus Bartphensi, Cassoviensi et Eperiesinensi mandat, ut ex superiore mandato usque non exsecuto gentes suas ad ipsum regem mittant. 129
89. 1514 Iunii 27 — Emericus Perényi palatinus Hungariae Gabrielem Bodófalvi alias Telegdi portionem suam in possessione Fehéregyház vocata habitam saevitia crucigerorum compulsus capitulo ecclesiae Budensis pro quadraginta florenis vendidisse testatur. 131
90. 1514 Iunii 27 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Bistriciensi mandat, ut illuc res familiasque nobilium, qui regnum defendunt, intromittant. 133
91. 1514 Iunii 27 — Leo X papa Petrum Bergnanum ad Vladislaum II regem Hungariae mittit. 133
92. 1514 Iunii 28 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Bistriciensi committit, ut tria ingenia ad eundem vaivodam mittant. 134
93. 1514 Iunii 29 — Iohannes Podmaniczky cubicularius regius ad Philippum Móre oratorem Hungariae Venetiis delegatum nobiles praevalere contra rusticos et copias auxiliares propius accedere scribit. 134
94. 1514 Iunii 29 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Cibiniensi mandat, ut ad gentes castra metatas victualia portent et copias militum domi relictas mittant. 135
95. 1514 Iunii 29 — Leonardus Barlabássy de Héderfája vicevaivoda Transilvaniae a civitate Bistriciensi revocatis litteris superioribus et rumore cruciferorum petit, ut instrumenta bellica ad castrum Görgény nominatum mittat. 135
96. 1514 Iunii 29 — Paulus Tomori ad civitatem Brassoviensem litteras Iohannis Zapolyai vaivodae Transilvani mittit scribitque se ad vada Danubii Georgio Székely obviare destinatum. 136

97. 1514 Iunii 29 — Iohannes Scheutzlich civis Cassoviensis civitatem Bartphensem de damnis cruciferorum imprimis de abactis equis certiorum reddit. 137
98. 1514 Iunii 30 — Civitas Cremniciensis ad civitatem Semniciensem milites in cruciferos conducendi causa litteras mittit. 137
99. 1514 Iunii 30 — Ignotus ignoto Hungaricam insurrexisse plebem, qui — dum Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis eis excommunicationem minabatur — inter se iurarent vel mori vel praelatos baronesque regni puniri et eisdem sub rege electo quendam episcopum et nonnullos dominos interemisse, regem Hungariae ad partes plebis se inclinasse et eum rerum odium in praelatos transtulisse scribit. 138
100. 1514 Iulii 1 — Civitas Leutsoviensis Eperiesinenses quaerit, ut una cum Bartphensi Cibiniensique civitatibus mandatum milites mittendi in cruciferos regium peragant. 139
101. 1514 Iulii 1 — Civitas Eperiesinensis acceptis regis litteris scribunt ad Bartphenses, ut milites in cruciferos mittendi causa una cum ceteris partium Hungariae superiorum civitatibus consulant, quare ad Leutsoviensem et Cibiniensem civitates etiam litteras miserunt. 140
102. inter 1514 Iulii 2 et 20 — Regestrum summae pecuniae contra cruciferos a Brasso-
viensibus exactae. 141
103. 1514 Iulii 2 — Petrus Landus orator Venetiae Roma inter alia refert de insurgen-
tibus rusticis et eorum gestis. 141
104. 1514 Iulii 3 — Vladislaus II rex Hungariae Leoni X papae recensitis novis cruci-
ferorum rebus depingit, quo in statu sit Hungaria, quae et intestina insurrectione
et exteris regnum invasuris adeo cruciatur, ut in extremum, nisi papa subsidio suc-
currat regno, excidium sit casura. 142
105. 1514 Iulii 3 — Petrus Landus orator Venetiae Roma inter alia refert Leonem X
papam decrevisse, ut Laurentius Campeggius episcopus Feltrensis nuntius in Hun-
gariam vaderet insurrectionem sedaturus. 145
106. 1514 Iulii 3 — Capitulum ecclesiae Wratislaviensis deliberat de ope ferenda regi
Hungariae contra cruciferos. 145
107. 1514 Iulii 4 — Leo X papa Bernardum nuntium suum Stephano Báthory mittit,
ut nomine eius remedia occurrendi scandalis in Hungaria ortis communicet. 146
108. 1514 Iulii 4 — Ladislaus de Šternberk cancellarius Bohemiae summus certiorum
facit quendam amicum suum de rebus cruciferorum novis. 147
109. 1514 Iulii 4 — Ignotus ignoto scribit Bartholomaeum ducem de Münsterberg
Pestino advenisse a Vladislao II Hungariae rege missum, ut civitates copias duo-
rum milium peditum ac ducentorum equitum regi auxiliandas daturae essent. 148
110. 1514 Iulii 7 — Andreas praepositus Csázmensis ad capitulum Zagrabien-
se scribit, quorsum sint profecti tam cruciferorum quam nobilium exercitus et quaenam
proelia conseruerint. 149
111. 1514 Iulii 7 — Capitulo ecclesiae Wratislaviensis praesentatur summa pecuniae
pro militibus contra cruciferos expediendis. 150
112. 1514 Iulii 7 — Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert timere papam, ne Bohemi
cum plebe Hungariae ad destruendos nobiles inclinentur, neve discordibus Christia-
nis Hungariam invadendi occasio Turcis, neu vicinis exemplum detur. 150
113. 1514 Iulii 8 — Vladislaus II rex Hungariae Francisco et Damiano Dóczy de Nagy-
lucse mandat, ne montanistis ex mandato regio libertati restitutis propter tributum
usque exigi non solitum fomes discordandi recentior tempore turbato praebea-
tur. 151

114. ante 1514 Iulii 9 — Ignotus ignoto de rebus cruciferorum gestis scribit. 152
115. 1514 Iulii 9 — Comitatus Soproniensis perceptis cruciferorum factis se Iohanni Kanizsai omnes contra regem, barones nobilesque insurgentes puniendi et affligendi potestatem plenam dedisse testatur. 153
116. 1514 Iulii 10 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Brassoviensi mandat, ut Iohannem Székely et socios eius in civitate sua captivitati mancipet ilicoque milites suos transmittat. 154
117. inter 1514 Iulii 10 et 15 — Petrus Patócsi castellanus castri Hunyad dicti omnibus committit, ut familiares suos, quos ad idem castrum sustentandi causa cum victualibus transmittit, liberos ire permittant. 155
118. 1514 Iulii 11 — Zdeněk Leo de Rožmítal et de Blatná burggravius Pragensis summus ad Christophorum de Svamberk et de Bor copiam litterarum Vladislai II regis Hungariae Bohemiaeque transmittens scribit de congregatione intuitu rerum Hungaricarum gestarum promulgata. 155
119. 1514 Iulii 12 — Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisori curiae suae. 156
120. 1514 Iulii 12 — Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert ex litteris de Germania missis multos Germanorum et Bohemorum insurrexisse et plebi Hungariae coniunctos esse etc. 157
121. 1514 Iulii 13 — Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Podmaniczky possessiones Iohannis Szokoli, qui cruciferis adhaesisse fertur, donat ac mandat capitulo ecclesiae Titeliensis, ut ille in dominium earundem possessionum introducatur. 158
122. circa 1514 Iulii 13 — Vladislaus II rex Hungariae quibusdam magnificis mandat, ut cum comitatibus Zempléniensi et de Ung locis suis maneant et superiores Hungariae partes a cruciferis defendant. 161
123. post 1514 Iulii 13 — Annotatio ignoti fratris ordinis minorum sancti Francisci observantium de surrectis crucigeris. 162
124. ante 1514 Iulii 15 — Vladislaus II rex Hungariae illis, qui Georgio Székely adhaeserant et ab eodem defecerunt, veniam regiam dat et eos in protectionem suam recipit. 162
125. post 1514 Iulii 15 — Vladislaus II rex Hungariae cuidam egregio mandat, ut quendam pro exercitu Georgi Székely explorando destinatum et ibidem captum dimittat. 164
126. post 1514 Iulii 15 — Vladislaus II rex Hungariae recensitis notis cruciferorum rebus Iohannem Szokoli cruciferis sponte adhaesisse dictum fidelitate eius probata in gratiam suam regiam recepisse testatur. 165
127. 1514 Iulii 17 — Marcus Pemfflinger vicethesaurarius regius civitatem Bartphensem 200 florenos eisdem contra cruciferos impositos persolvisse testatur. 168
128. 1514 Iulii 18 — Leo X papa Sigismundum Poloniae regem... hortatur, ut bellum, quod rex Poloniae cum Moscovitis gerit... tollatur. 168
129. 1514 Iulii 18 — Leo X papa Sigismundum Poloniae regem hortatur, ut verbis non, sed sensu idem, quod papa in litteris eodem die datis petebat, faciat. 169
130. 1514 Iulii 18 — Leo X papa magistratum Livoniae... rogat, ut bellum inter Sigismundum Poloniae regem et Basilium Moscoviae ducem ortum aut finire aut differre studeat... 169
131. 1514 Iulii 19 — Capitanei comitatus Máramarosiensis electi oppida Técső et Hoszszúmező dicta inhihent, ne consortem Petri Dolhai et eorum familiares subditosque molestos faciant. 169

132. 1514 Iulii 19 — Bernardinus Prosperus orator Ferrariae scribit se collocutum cum oratore Hungariae Philippo Móré et ab oratore dicta confirmandi gratia copiam litterarum Iohannis Podmaniczky cubicularii regii sibi monstratarum mittit. 170
133. 1514 Iulii 20 — Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisorio curiae suae de redemptis cruciatis scribit. 171
134. 1514 Iulii 20 — Antonius Surianus orator Venetiae refert . . . 171
135. 1514 Iulii 22 — Petrus Landus orator Venetiae inter alia refert, quomodo censeat papa res in Hungaria circa cruciatam expeditionem gestas. 171
136. 1514 Iulii 23 — Hedvigis quondam Stephani Zapolyai palatini relicta civitati Kesmarkinensi committit . . . 172
137. 1514 Iulii 23 — Petrus Bembus scribit ad Petrum Brignanum nuntium in Hungaria papam timere, ne pecunia pro cruciata expeditione collecta in bello Christianorum consumatur. 172
138. 1514 Iulii 23 — Petrus Landus orator Venetiae copiam litterarum Petri Bembi ad Petrum Brignanum in Hungaria commorantem missarum refert. 173
139. 1514 Iulii 23 — Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert Mariam tertiam genitam Philippi I regis Hispaniarum filiam Vindobonae advenisse et imperatorem Romanorum Maximilianum I regem contra cruciferos adiuturum ibidem exspectari. 173
140. 1514 Iulii 23 — Petrus Quirinus Venetiae inter alia refert per imperatorem Romanorum Maximilianum I filio Vladislai II regis uxorem datum iri Mariam Philippi I regis Hispaniarum filiam ac Matthaeum Lang cardinalem Gurcensem abiisse ad partes, quo caesar propter insurrectionem Hungariae advenisset. 174
141. 1514 Iulii 23 — Capitulum ecclesiae Wratislaviensis litteras accipit et respondit pro expeditione contra cruciferos facienda. 174
142. 1514 Iulii 24 — Vladislaus II rex Hungariae Nicolao Székely de Kövend apud Maximilianum I imperatorem Romanorum legato, quo in statu insurrectio rusticorum Hungariae sit: Georgium Székely auctorem insurrectionis castrum Temes vocatum obsidentem captum et excruciatum esse necatum, socios eiusdem adhuc turbari describit. 175
143. 1514 Iulii 24 — Petrus Landus orator Venetiae inter alia refert nuntium papae sine ordinatione cardinalis Strigoniensis in Hungariam non vasurum esse. 176
144. 1514 Iulii 26 — Vladislaus II rex Hungariae fidelibus suis possessiones nobilium quorundam, qui tempore insurrectionis rusticis adhaeserunt, donat. 176
145. 1514 Iulii 26 — Conventus ecclesiae Ságiensis comitatum Hontensem summam pecuniae, quam mutuo sumpserant nobiles eiusdem comitatus a Paulo Kóvári vicecomite suo pro solutione gentium contra Georgium Székely missarum, insurrectione sedata se restitutum esse promisisse testatur. 178
146. 1514 Iulii 27 — Vladislaus II rex Hungariae civitatibus Pisoniensi, Soproniensi et oppido Carponensi recensitis novis rebus mandat, ut certam pro solutione gentium insurrectionem reprimendi ergo conductarum summam pecuniae dent assigentque. 179
147. 1514 Iulii 27 — Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Régi recensitis eiusdem meritis possessiones illorum, qui rusticis rebellibus adhaesisse dicuntur, donat. 180
148. 1514 Iulii 28 — Capitulum ecclesiae Wratislaviensis consulunt viri ecclesiastici Wratislavienses, quomodo possint expedire equites contra cruciferos. 181
149. 1514 Iulii 30 — Sigismundus rex Poloniae Vladislaum II regem Hungariae de rebus eiusdem regni novis sciscitat. 181

150. 1514 Iulii 31 — Vladislaus II rex Hungariae civitati Poseniensi mandat, ut exigendae ab Iudaeis civitatis Posenii contra rusticos insurgentes summae pecuniae assistat. 182
151. 1514 Iulii 31 — Capitulum ecclesiae Wratislaviensis interrogat consulatus Wratislaviensis de expeditione contra cruciferos facienda. 183
152. 1514 Augusti 1 — Vladislaus II rex Hungariae comitatus Laurinensi mandat, ut boves a quodam cive quasi praedam cruciferorum ablatos inquisita, utrum boves ex praeda, an pro pretio ante insurrectionem rusticorum comparati essent, veritate restituat, ne tamen extra fines regna, cum ipse rex boves educere prohibuerit, exportent. 183
153. 1514 Augusti 4 — Antonius Surianus orator Venetiae inter alia refert rusticos debellatos et ducem eorum interfectum esse. 184
154. 1514 Augusti 5 — Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Perényi possessiones nobilium comitatus Máramarosiensis, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut idem in dominium earundem introducat. 185
155. 1514 Augusti 5 — Maximilianus I imperator Romanorum instruit Casimirum marchionem Brandenburgensem, quem ad eiusdem patrem cum mandato auxiliandi Vladislaum II regem Hungariae contra cruciferos laturum mittit. 187
156. 1514 Augusti 5 — Capitulo ecclesiae Wratislaviensis dictum est communitatem Wratislaviensem adversari... 189
157. 1514 Augusti 7 — Vladislaus II rex Hungariae quendam affinem suum rogat, ut regno a cruciferis afflicto cum ceteris regni potioribus ad ipsum regem consulere veniat. 190
158. 1514 Augusti 7 — Vladislaus II rex Hungariae comitatus Barsiensi mandat, ne capitulum ecclesiae Strigoniensis decimas colonorum iobagionumque ipsius comitatus recensitis eorum tempore insurrectionis et bene et male factis exigere inhibeat. 191
159. 1514 Augusti 7 — Capitulo ecclesiae Wratislaviensis conceptus litterarum... pro expeditione regia contra cruciferos recitatur. 192
160. 1514 Augusti 11 — Nicolaus de Zuanne ad Christophorum Morosinum res tempore insurrectionis gestas conscribit. 192
161. 1514 Augusti 13 — Franciscus Várday episcopus Transilvanus Emerico Vegedi provisorio curiae suae de redemptis cruciatis. 194
162. 1514 Augusti 15 — Vladislaus II rex Hungariae Franciscum Csaholyi episcopum Nicolao Csáky pridem episcopo a rusticis rebellibus necato Cenadinensem nominat. 194
163. 1514 Augusti 15 — Bernardinus Prosperus orator Ferrariae inter alia refert rusticos in Hungaria rebelles sedatos esse. 195
164. 1514 Augusti 18 — Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Drágffy comiti comitatus Szolnok Mediocris mandat, ut iobagionibus Michaelis et Gabrielis Csáky, qui inviti insurrexerant et ob id exspoliati sunt, praedata restituantur. 195
165. 1514 Augusti 19 — Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis legatusque a latere Leonardo Lauredano duci Venetiarum Simonem episcopum Modrusiensem vicelegatum suum commendat. 196
166. 1514 Augustus 19 — Thomas Bakócz archiepiscopus Strigoniensis et legatus a latere Simonem episcopum Modrusiensem vicelegatum deputat. 197

167. 1514 Augusti 20 — Bernardinus Prosperus orator Ferrariae inter alia refert de oratore Hungariae et nuntiis Segnia allatis. 199
168. 1514 Augusti 21 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae omnibus Saxonibus mandat, ne Bistricienses pro bombardis tempore insurrectionis vectis solvere compellantur. 199
169. 1514 Augusti 21 — Zdeněk Leo de Rožmítal ad Radoslavum Beřkovský de Šebířov... 200
170. 1514 Augusti 21 — Zdeněk Leo de Rožmítal ad Christophorum de Švamberk... 200
171. 1514 Augusti 21 — Hyppolitus episcopus Agriensis Beltrando de Costabilis episcopo Adriensi inter alia scribit insurrectionem sedatam esse. 200
172. 1514 Augusti 22 — Emericus Perényi Andream Báthory rogat, ut iobagiones bonaque Iohannis Bajoni et Ladislai Pályi defendat. 200
173. 1514 Augusti 22 — Iohannes Bajoni ad Benedictum Bajoni refert, quid fecerit captos iobagiones suos eliberandi et Petri Káptalan res obtinendi causa ac rogat Benedictum, ut res praedatas requirat. 201
174. 1514 Augusti 23 — Vladislaus II rex Hungariae civitatem Cassoviensem hortatur, ut bombardario, qui enim stipendia in expeditione proxima regia bene meruerit, benefaciant. 202
175. 1514 Augusti 23 — Laurentius Saurer locum tenens ad Iohannem Mrakeß de Naskau consiliarium Maximiliani I imperatoris de rebus novis cruciferorum suspicioneque imperatoris scribit, quae enim imperatori displicent, ideo nomine eiusdem committit idem Laurentius Iohanni, ut sciscitetur, utrum vera erit suspicio imperatoris, qui promptus ad auxiliandos regem Hungariae suosque est. 203
176. 1514 Augusti 24 — Vladislaus II rex Hungariae Francisco Haraszi omnia bona familiarum eiusdem, qui castrum Csálya vocatum nulla obsidione Georgio Székely tradiderant et contra regem insurrexerunt, donat. 204
177. 1514 Augusti 24 — Conventus ecclesiae Lelesziensis regi refert, ne introduceretur Gabriel Perényi in dominium possessionum nobilium comitatus Máramarosiensis, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse traduntur, contradictum esse. 205
178. 1514 Augusti 25 — Vladislaus II rex Hungariae Petro Beriszló bano mandat, ut causam actuum potentiariarum civium Montis Graecensis cruciferis similibus iudicet. 206
179. 1514 Augusti 25 — Matthias Künisch capellanus Georgio marchioni Brandenburgensi postquam descripsit, quomodo ad castrum Hunyad vocatum profecturus propter cruciferos ad castrum Lippa dictum ire coactus esset et excusat se proditorem castrorum Lippa et Solymos nominatorum non fuisse, pecuniam a marchione petit, ut Budam ad eundem dominum proficisci possit. 208
180. circa 1514 Augusti 25 — Georgius Prantner castellanus castrum Solymos vocati Georgio marchioni Brandenburgensi Nicolaum Bodó officialem et Matthiam Künisch capellanum, qui eodem invito castra Solymos et Lippa dicta Georgio Székely tradiderunt, accusat. 213
181. post 1514 Augusti 25 — Puncta, quibus Matthias Künisch presbyter et Nicolaus Bodó interrogantur, quid fecerint tempore insurrectionis. 221
182. post 1514 Augusti 25 — Vladislaus II rex Hungariae Bernardo Izsákfalvi professori ordinis cruciferorum sancti Iohannis Baptistae praeceptoratum eiusdem ordinis laurinensem, quem a Matthia Künisch presbytero habitum et ob traditionem castrum Solymos vocati cruciferis amissum esse dicitur, donat. 222

183. 1514 Augusti 27 — Vladislaus II rex Hungariae oppido Carponensi mandat, ut summam pecuniae in superioribus litteris ipsius iam expressatam pro evitandis regni periculis homini regio contribuat. 222
184. 1514 Septembris 1 — Antonius Surianus orator Venetiae Buda refert. . . 223
185. 1514 Septembris 2 — Vladislaus II rex Hungariae omnibus mandat, ne iobagiones Georgii marchionis Brandenburgensis bona sua investigantes impediatur, sed in inquirendis et restituendis rebus suis succurratur illis. 224
186. 1514 Septembris 7 — Iohannes Cuspianus orator Maximiliani I imperatoris ad Vladislaum II Hungariae regem legatus Laurentio Saurer de personis ac rebus Hungariae nuper insurrectione rusticorum afflictae scribit. 224
187. 1514 Septembris 9 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Nicolaus Barillovics in dominium possessionum illorum, qui rusticis insurrectis adhaesisse dicuntur, introducatur. 225
188. 1514 Septembris 12 — Vladislaus II rex Hungariae Gabrieli Perényi bona possessionesque quorundam nobilium comitatus de Ugoesa, qui sponte rusticis insurrectis adhaesisse dicuntur, donat. 227
189. 1514 Septembris 17 — Vladislaus II rex Hungariae revocatis carnificum Budensium meritis, quae illi tempore insurrectionis meruerant, litteras civitatis Budensis transcribit. 228
190. 1514 Septembris 17 — Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad ignotum cardinalem scribit, quo in statu regnum Hungaria post sedatam insurrectionem sit et urget eum, ut regno contra Turcas succurratur. 230
191. 1514 Septembris 18 — Civitas Neosoliensis ad Crennicienses se pollicitos esse lucrum camerae regis collecturos, cum primum cursor regius advenerit, deinde quatuor comitatus a montanis civitatibus nuntio hostium Bohemorum appropinquantium misso ducentos armatorum contra Bohemos — sicuti antea contra cruciferos etiam — petiisse scribunt. 231
192. 1514 Septembris 27 — Bernardinus Prosperus orator Ferrariae inter alia refert Bohemos milites congregari in Hungaria. 232
193. 1514 Octobris 2 — Comitatus Tolnensis Eliam Király iobagionem capituli ecclesiae Vacienensis ratione asportationis quarundam rerum tempore insurrectorum rusticorum factae nobili Benedicto Tormási satisfactionem non impendisse testatur. 233
194. 1514 Octobris 4 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut Iohannes Bánffy in dominium possessionum suarum, quas a rege pro fidelitate tempore insurrectionis exhibita denuo accepit, introducatur. 234
195. ante 1514 Octobris 18 — Vladislaus II rex Hungariae comitatibus mandat, ut ad generalem diaetam per singula capita regni statui consulendi causa sint conventuri. 235
196. 1514 Octobris 19 — Simon episcopus Modrusiensis vicelegatus ad Leonardum Lauredanum ducem Venetiarum se cruciatam expeditionem non publicaturum in in Dalmatia promittit. 236
197. 1514 Octobris 20 — Vladislaus II rex Hungariae Stephano Werbőczy et Sigismundo Pogány possessiones illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, donat et mandat conventui ecclesiae Lelesziensis, ut ipsi in dominium earundem possessionum introducantur. 237
198. 1514 Octobri mense — Ignotus ignoto scribit Bartholomaeum de Münsterberg domum rediturum esse et duo castra Georgii marchionis Brandenburgensis, quae

- cruciferi vi ceperant, Iohannem Zapolyai vaivodam Transilvanum iam recuperasse restaurasseque, attamen marchioni restituere nolle. 241
199. 1514 Novembris 1 — Iohannes Minatus comes ac Franciscus Foscari capitaneus Iadrenses scribunt Venetiae de indulgentiis in Dalmatia publicandis et rebus Hungariae novis ac gestis. 241
200. inter 1514 Novembris 13 et 30 — Ianus Vitalis Panormitanus Iohanni Baptistae Pisoni Ferrariensi gestas tempore insurrectionis in Hungaria res scribit. 242
201. ante 1514 Novembris 19 — Iohannes Baptista Bonzagni ad Hyppolitum Estensem episcopum Agriensem capitula diaetae a se summam descripta mittit. 246
202. 1514 Novembris 19 — Vladislaus II rex Hungariae articulos, quos praelati, barones ceterique regnicolae in diaeta generali a die 18 Octobris usque ad diem 19 Novembris ob insurrectionem rusticorum atque alias difficultates regni composuere, approbat. 247
203. 1514 Novembris 19 — Vladislaus II rex Hungariae Stephano Rozgonyi et Nicolao Tarsai bona possessionesque Petri Borsvai, qui rusticis contra nobilitatem favisse dicitur, donat. 284
204. 1514 Novembris 19 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles de Fülöpös in dominium possessionis, cuius litteras se tempore insurrectionis amisisse dicunt, introducantur. 285
205. circa 1514 Novembris 19 — Vladislaus II rex Hungariae Iohannem Zapolyai vaivodam Transilvanum rogat, ne subsidium Transilvaniae, quod pro expensis tempore insurrectionis factis eidem vaivodae oblatum est, in possessionibus marchionis Brandenburgensis exigit. 285
206. post 1514 Novembris 19 — Hieronymus Sagredus castellanus castris Auranae ad Venetiam scribit quendam nobilem revertisse et quanam de cruciferis multa retulerit. 286
207. ante 1514 Novembris 22 — Iohannes Bonzagni gubernator domini episcopi Agriensis refert domino suo . . . 287
208. 1514 Novembris 23 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Andreas Báthory in dominium illorum possessionum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, introducantur. 287
209. 1514 Novembris 24 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozmonostor mandat, ut Iohannes Dési in dominium possessionum, quarum litteras se tempore insurrectionis amisisse dicit, introducantur. 289
210. 1514 Novembris 25 — Conventus ecclesiae de Kolozmonostor nobiles dominas se obligasse, quae summam pecuniae mutuo sumptam et propter cruciferos insurrectos plene non persolutam ad terminum sint exsoluturae, testatur. 290
211. 1514 Novembris 27 — Vladislaus II rex Hungariae Sophiae consorti Ladislai Dana possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, denuo donat. 291
212. 1514 Novembris 30 — Vladislaus II rex Hungariae nobilibus de Mártonfalva possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et eos nobiles facit mandatque conventui ecclesiae de Kolozmonostor, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur. 292
213. 1514 Decembris 4 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozmonostor mandat, ut Iohannes Bánffy in dominium illorum possessionum, qui castrum Valkó nominatum rusticis insurrectis tradiderunt, introducantur. 293

- 214.** 1514 Decembris 4 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut Stephanus Tomori in dominium possessionum, quarum litteras ille tempore insurrectionis se amisisse dicit, introducatur. 294
- 215.** 1514 Decembris 4 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Nicolaus Barillovics in dominium possessionum illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, introducatur. 295
- 216.** 1514 Decembris 6 — Vladislaus II rex Hungariae Matthiae Bruz... nobilitarem sessionem... donat. 296
- 217.** 1514 Decembris 6 — Conventus ecclesiae Lelesziensis Michaellem Belsei Sebastiano et Iohanni Csobádi possessiones, quas rex Iohanni Sebastianoque propter cruciferatum infidelitatis damnatis ademerat et Michaeli donavit, remisisse testatur. 296
- 218.** 1514 Decembris 7 — Conventus ecclesiae Lelesziensis Michaellem Belsei Sebastiano et Iohanni Csobádi possessiones, quas rex Iohanni Sebastianoque propter cruciferatum infidelitatis damnatis ademerat et Michaeli donavit, remisisse testatur. 297
- 219.** 1514 Decembris 9 — Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano mandat, ut libertates oppidorum Dés et Torda vocatorum illaesae conservet, qui enim eas tempore insurrectionis amissas regia ex gratia recuperaverunt. 299
- 220.** 1514 Decembris 14 — Vladislaus II rex Hungariae Thomam Bakócz cardinalem... contra nobiles... protegat... 300
- 221.** 1514 Decembris 15 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae omnibus significat se oppido Dés vocato gratiam delicti tempore insurrectionis patrati fecisse. 300
- 222.** 1514 Decembris 18 — Vladislaus II rex Hungariae civitatem Cassoviensem pro eorum fidelitate, qua tempore insurrectionis regi regnoque auxilium, nobilibus autem asylum praebuerant, solvendis censibus viginti annorum regiis absolvit. 301
- 223.** 1514 Decembris 24 — Conventus ecclesiae de Kolozsmonostor ad Iohannem Zapolyai vaivodam Transilvaniae refert, ne introduceretur Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis, quia fama erat eundem proscriptum esse, in dominium castri et oppidi Hunyad appellatorum, contradictum esse. 304
- 224.** 1514 Decembris 28 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae civitati Bistriciensi mandat, ut certos milites mittant, ne pericula cruciferorum recrudescant. 310
- 225.** 1514 — Blasius Dézsi vicarius ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria litteris, quia coram ob veruferorum rabiem et alia negotia non potest, quosdam patres ac fratres exhortatur, ut regulam ordinis sui observent. 311
- 226.** 1514 — De copiis litterarum cruciferorum. 313
- 227.** 1514 — Impressa antiqua, quae narrant, quomodo signo miraculi apparente insurrectio rusticorum inierit, quanam in dies gesta sint et quale ad supplicium Georgius Székely dux videlicet insurrectorum traditus sit. 313
- 228.** inter 1514 et 1516 — Vladislaus II rex Hungariae heredes feminei sexus cuiusdam nobilis tempore insurrectionis necati successores sexus masculini praeficit. 322
- 229.** 1515 Ianuarii 4 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvanus civitati Bistriciensi mandat, ut iobagiones castri Bálványos dicti, qui tempore insurrectionis rusticorum ad loca civitatis eiusdem commigrati sunt, sine mora ad loca superiora remittantur. 323
- 230.** 1515 Ianuarii 20 — Comitatus de Ung civitatem Cassoviam rogat, ut quendam praepositi conventus ecclesiae Lelesziensis iobagionem, qui tempore disturbii in civitatem ipsam se recepit, reddat. 323

231. 1515 Ianuarii 26 — Vladislaus II rex Hungariae civitati Posoniensi mandat, ut summam pecuniae, quam rex urgentibus necessitatibus eidem civibus imposuerat et illi hactenus non persolverunt, assignent. 324
232. 1515 Ianuarii 31 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Georgius, Stephanus et Andreas Báthory in dominium possessionum Alberti Vetési, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicitur, introducantur. 325
233. 1515 Februarii 11 — Leonardus Barlabássy vicevaivoda Transilvaniae Bistriciensibus committit, ut iobagiones, qui tempore insurrectionis ad pertinentias civitatis eorum discesserunt, dominis restituant. 327
234. 1515 Februarii 18 — Iohannes Zapolyai vaivoda Transilvaniae annuit Nicolao Thuróczy vicevaivodae, ut capitaneus cruciferorum, qui Bistricii fuit detentus, a civibus Bistriciensibus puniatur. 328
235. 1515 Februarii 22 — Nicolaus Derencsényi promittit se quandam summam pecuniae cruciferorum Francisco Várday episcopo Transilvano remittiturum. 328
236. 1515 Martii 5 — Servitores Iohannis Drágffy civitatem Radnensem solutis pro damnis tempore insurrectionis illatis florenis a se absolutam esse testantur. 329
237. 1515 Martii 14 — Vladislaus II rex Hungariae civitati Brassoviensi mandat, ut ei bella et impedimenta, ob quae proventus vigesimae solvere non potuerunt, perscribant. 329
238. post 1515 Martii 14 — Registrum rerum, quae Brassoviensibus impedierunt, quominus vigesimam solvere possent. 330
239. 1515 Martii 27 — Comitatus Bihariensis litteras Iohannis et Benedicti Bajoni tempore insurrectionis a rusticis deletas esse testatur. 331
240. 1515 Aprilis 5 — Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano mandat, ut Paulo Bélydy et civibus Brassoviensibus Prasmáriensibusque, ne eorum discordia occasionem insurgendi praebet, iudicium administret. 332
241. 1515 Aprilis 24 — Vladislaus II rex Hungariae Francisco Dóczy possessiones, quarum litterae tempore insurrectionis amissae esse dicuntur, denuo donat. 333
242. 1515 Maii 14 — Vladislaus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano committit, ne cives Claudiopolitani propter res tempore insurrectionis gestas impediuntur. 335
243. 1515 Maii 15 — Comitatus de Ugocsa ad personalem praesentiam regiam litteras adjudicatorias suas, quibus interrogatum est, utrum Gregorius Veres crucifer fuerit, an non, transmittit. 337
244. 1515 Maii 22 — Emericus Perényi palatinus Hungariae conventum ecclesiae Promontorii Varadinensis requirit, ut Gabriel Perényi in dominium possessionum, quibus eundem palatinus pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta remuneratus est, introducat. 340
245. post 1515 Maii 27 — Capitulum provinciale ordinis fratrum minorum de observantia in Hungaria inter alia, quomodo assumat quisquis fratrum crucem, constituit. 342.
246. 1515 Maii 29 — Franciscus Vajai ad Emericum Vajai scribit rusticos in Carinthia insurrexisse et timendum esse, ne illi Hungariam invadant, neve rustici hic illis insurrectis adhaereant. 344
247. 1515 Iunii 6 — Emericus Perényi palatinus Hungariae a Blasio Ráskai castrum Lednice vocatum cum pertinentiis pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta Ambrosio Sárkány venditum esse testatur. 345

248. 1515 Iunii 15 — Vladislaus II rex Hungariae Gallo Ispán duas curias Gregorii Varsány et Demetrii Nagy, qui rusticis adhaesisse dicuntur, nobilitares in possessione Kamut sitas donat et capitulum ecclesiae Aradinensis eundem Gallum in dominium earum introducere iubet. 347
249. 1515 Iunii 28 — Emericus Perényi palatinus Hungariae comitatum Sárosiensem requirit, ut fassionem fateantur, utrum civitas Eperiesinensis tempore insurrectionis rusticis adhaeserit neene. 349
250. 1515 Iunii 29 — Emericus Perényi palatinus Hungariae Eperiesinenses ex fassionibus nobilium tempore insurrectionis rusticis non adhaesisse testatur. 350
251. 1515 Iulii 20 — Conventus ecclesiae Lelesziensis ad Vladislaum II regem Hungariae, ne Nicolaus Barillovics in dominium possessionum suarum introduceretur, contradictum esse refert. 351
252. 1515 Iulii 21 — Conventus ecclesiae Lelesziensis Vladislao II regi Hungariae, ne Nicolaus Barillovics in dominium possessionum suarum introduceretur, contradictum esse refert. 353
253. 1515 Iulii 30 — Emericus Perényi palatinus Hungariae comitatui de Zaránd mandat, ut iobagiones tempore insurrectionis discessi ad pristina habitacula reducantur. 355
254. ante 1515 Septembris 1 — Stephanus Istvánffy testamentum facit, in quo 200 florenos ab iobagionibus suis tempore disturbii acceptos memorat. 356
255. 1515 Septembris 1 — Paulus Nagyváti notarius publicus testamentum Stephani Istvánffy suis litteris inserendo in publicam formam redigit. 360
256. 1515 Septembris 5 — Vladislaus II rex Hungariae comitatui de Zaránd mandat, ut iobagiones tempore insurrectionis discessi ad pristina habitacula reducantur. 361
257. 1515 Septembris 15 — Comitatus Aradinensis litteras Francisci Dóczy a cruciferis deletas esse testatur. 362
258. 1515 Septembris 19 — Capitulum ecclesiae Aradinensis Gallum Ispán in dominium unius curiae nobilitaris introductum esse testatur. 363
259. 1515 Septembris 29 — Vladislaus II rex Hungariae Paulum litteratum de oppido Mezőkövesd . . . nobilem facit . . . 364
260. 1515 Septembris 30 — Sigismundus Losonczy castellano castri sui Szalánc nominati committit, quomodo cruciferi rustici puniantur et quo pacto cum comitatu Beregiensi componatur dominaque scilicet uxor sua servetur. 364
261. 1515 Octobris 3 — Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad Paulum Némethi officialem suum scribit, ut pro satisfactione damnorum tempore insurrectionis illatorum cum nobilibus concordet. 365
262. 1515 Octobris 5 — Capitulum ecclesiae Budensis Iohannem Csikó fassionem fecisse testatur. 366
263. 1515 Octobris 7 — Ratio perceptionum Iohannis Békés castellani castri Hunyad vocati. 366
264. 1515 Octobris 13 — Comitatus Aradinensis, a quonam Petrus Ravazdi ad verum tractus sit, testatur. 367
265. 1515 Octobris 19 — Vladislaus II rex Hungariae nobilibus de Velezd possessionem, cuius litteras tempore insurrectionis amisisse dicitur, denuo donat et mandat capitulo ecclesiae Agriensis, ut iidem in dominium eiusdem possessionis introducantur. 367

266. 1515 Octobris 20 — Vladislaus II rex Hungariae comitatus de Zaránd mandat, ut summa pecuniae causa damnorum tempore insurrectionis illatorum extorta iobagionibus marchionis Brandenburgensis restituatur. 368
267. 1515 Octobris 24 — Capitulum ecclesiae Budensis Ladislaum Csikó fassionem fecisse testatur. 369
268. 1515 Octobris 27 — Capitulum ecclesiae Budensis Nicolaum Hagymás et suos nece tempore insurrectionis patrata absolutos esse testatur. 369
269. 1515 Novembris 15 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut consanguinei Stephani Werbőczy in dominium possessionum Iohannis Halábori, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicitur, introducantur. 370
270. 1515 Novembris 17 — Thomas Bakócz cardinalis Strigoniensis ad Paulum Németi officialem suum scribit, ut iobagiones, qui tempore insurrectionis nobilibus maiora damna intulerunt, satisfaciendi quoque maius onus portent. 372
271. 1515 Novembris 25 — Vladislaus II rex Hungariae comitatibus Aradinensi et de Zaránd mandat, ut propter contemptionem mandati superioris, quo summa pecuniae causa damnorum tempore insurrectionis illatorum extorta restitui commissum est, coram rege compareant. 373
272. 1515 Novembris 25 — Capitulum ecclesiae Aradinensis se medium molendinum pignerasse pro quingentis florenis, quorum ducentos ante, trecentos autem tempore insurrectionis mutuo sumpsisset, testatur. 374
273. 1515 Novembris 26 — Comitatus Csongrádiensis ad comitatum Cenadinensem scribit, ut possessionem Donát vocatam Iohanni Dóczy pro damnis tempore insurrectionis illatis satisfieri iubeat 375
274. 1515 Decembris 22 — Nicolaus Thuróczy vicevaivoda Transilvaniae Petrum Vas, qui cum sociis florenos quattuor milium furatus erat, quorumque ei attributorum magnam partem cum Georgio Székely in confiniis consumpsit, a se adiudicatum esse testatur. 376
275. 1516 Ianuarii 3 — Emericus Perényi palatinus Hungariae conventum ecclesiae Sancti Benedicti iuxta Garam requirit, ut quasdam litteras tempore insurrectionis amissas transcribat. 378
276. ante 1516 Ianuarii 9 — Comitatus Szatmáriensis damna possessionis Hodász vocatae limitat. 378
277. ante 1516 Ianuarii 9 — Comitatus Szatmáriensis damna possessionis Császár vocatae limitat. 379
278. 1516 Ianuarii 9 — Comitatus Szatmáriensis testatur, qua satisfactione pro damnis tempore insurrectionis illatis Ladislao Dersi teneantur. 379
279. 1516 Ianuarii 17 — Vladislaus II rex Hungariae comitatus Pisoniensi mandat, ut capitulo ecclesiae Pisoniensis pro damnis tempore insurrectionis per gentes comitatus illatis satisfaciant. 380
280. 1516 Februarii 11 — Comitatus Beregiensis comitatum Szatmáriensem rogat, ut Gabrieli Perényi pro damnis possessionum in eodem comitatu existentium satisfaciant. 381
281. circa 1516 Februarii 11 — Comitatus Szabolcsiensis damna possessionum Kálló et Semjén vocatarum Stephano Tegzes limitat. 382
282. circa 1516 Februarii 11 — Comitatus Szabolcsiensis damna possessionum Kálló et Sima dictarum Stephano Báthory limitat. 382

283. 1516 Februarii 17 — Vladislaus II rex Hungariae domum Christophori Verőcze pro eisdem meritis tempore insurrectionis exhibitis omnibus solutionibus absoluit. 382
284. 1516 Februarii 22 — Capitulum ecclesiae Agriensis se Gregorio Csapi viginti florenos relaxasse et triginta quatuor capitulo iam persolutos esse testatur. 384
285. 1516 Februarii 29 — Cives oppidi Monostor nominati Georgio marchioni Brandenburgensi supplicant, ut a solutione damnorum per cruciferos in nobiles patrum defendat eos. 384
286. 1516 Martii 2 — Vladislaus II rex Hungariae Stephanum Werbőczy possessionem Kartal vocatam nobilibus de Süly pro summa pecuniae tempore insurrectionis sumpta dedisse testatur. 386
287. 1516 Martii 2 — Vladislaus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut Gabriel Perényi in dominium possessionum illorum, qui tempore insurrectionis rusticis adhaesisse dicuntur, introducatur. 387
288. 1516 Martii 5 — Petrus de Szentgyörgy et Bazin iudex curiae regis Gabrielem Perényi pro summa pecuniae ad sananda damna tempore insurrectionis illata mutuo accepta Gregorio Frangepán archiepiscopo pignus dedisse testatur. 388
289. 1516 Martii 8 — Conventus ecclesiae Lelesziensis Michaellem Kántor pro summa pecuniae ac rebus tempore insurrectionis consumptis uxori suae pignus dedisse testatur. 390
290. 1516 Martii 11 — Vladislaus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Aradinensis mandat, ut in causa, quae inter Georgium marchionem Brandenburgensem et Iohannem Ravazdi propter actus potentiarios tempore insurrectionis et alias patros est mota, inquirat. 391
291. 1516 Martii 31 — Comitatus Tolnensis inquisitione facta Michaellem Morgai, qui litteras eiusdem comitatus tempore insurrectionis deperditas esse fatus est, de eisdem litteris vera dixisse testatur. 396
292. 1516 Aprilis 5 — Comitatus Cenadinensis Emerico Perényi palatino Hungariae respondet castellum Francisci Dóczy a castellano sponte deditum esse cruciferis, quare damna sua a castellano reddi velit. 397
293. 1516 Aprilis 5 — Comitatus Cenadinensis ad Franciscum Dóczy scribit, ut damna eiusdem a subditis reddantur, qui scilicet illa intulerint. 398
294. 1516 Aprilis 24 — Franciscus Hédervári Valentino Vasas familiari suo servitium eiusdem, quae tempore vastationis exhibuit, recompensando possessiones donat. 399
295. 1516 Maii 17 — Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut nobiles quidam in dominium possessionis, cuius litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, introducantur. 400
296. 1516 Iunii 12 — Ludovicus II rex Hungariae Iohanni Zapolyai vaivodae Transilvano committit, ne civitas Claudiopolis propter res tempore insurrectionis gestas oneretur. 401
297. 1516 Iunii 17 — Ludovicus II rex Hungariae comitatui Cenadinensi mandat, ut coram rege constituentur, quia iobagiones capituli ecclesiae Cenadinensis causa damnorum tempore insurrectionis illorum iuramentum deponere iusserunt. 402
298. 1516 Augusti 23 — Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Cenadinensis mandat, ut copias litterarum tempore insurrectionis amissarum capitulo ecclesiae Aradinensis transcribat. 403

- 299.** 1516 Augusti 23 — Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae Jászóviensis mandat, ut nobiles quidam in dominium possessionum, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse fertur, introducantur. 404
- 300.** 1516 Augusti 24 — Ludovicus II rex Hungariae conventui ecclesiae de Kolozsmonostor mandat, ut illos, qui contra Georgium Boziási actus potentiarios tempore insurrectionis et alias commiserunt, inquisitione facta evocet. 404
- 301.** 1516 Augusti 25 — Ludovicus II rex Hungariae gravata comitatus de Ugocsa sententia conventui ecclesiae Lelesziensis mandat, ut tantum possessionis Iohannis Sásvári occupet, quantum summa pecuniae iudicii facit. 406
- 302.** 1516 Septembris 26 — Ludovicus II rex Hungariae nobilibus de Vécse possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae Jászóviensis, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur. 408
- 303.** 1516 Octobris 9 — Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Varadinensis mandat, ut copias litterarum tempore insurrectionis amissarum Ladislao Telegdi et uxori eius transcribat. 409
- 304.** 1516 Octobris 28 — Ludovicus II rex Hungariae quibusdam nobilibus comitatus Hevesiensis possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse dicitur, denuo donat et mandat capitulo ecclesiae Agriensis, ut iidem in dominium earundem possessionum introducantur. 410
- 305.** 1516 Novembris 5 — Ludovicus II rex Hungariae Iohanni et Benedicto Bajoni possessiones Ladislai Pályi tempore insurrectionis interempti donat et mandat capitulo ecclesiae Promontorii Varadinensis, ut illi in dominium earundem possessionum introducantur. 411
- 306.** 1516 Novembris 9 — Ludovicus II rex Hungariae Francisco Thorotzkay possessiones, quarum litteras tempore insurrectionis amissas esse traditur, denuo donat et mandat conventui ecclesiae de Kolozsmonostor, ut idem in dominium earundem possessionum introducantur. 414
- 307.** 1516 Novembris 10 — Ludovicus II rex Hungariae Iohanni Várday comiti Bodrogiensi mandat, ut officio comitatus sui in restituendis damnis tempore insurrectionis factis dignus fungatur. 417
- 308.** 1516 Novembris 12 — Ludovicus II rex Hungariae capitulo ecclesiae Promontorii Varadinensis mandat, ut Georgium marchionem Brandenburgensem de damnis tempore insurrectionis per iobagiones marchionis patris atque restituendis moneat. 418
- 309.** 1516 Novembris 23 — Emericus Báncai a se Franciscum et Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis patrum absolutos esse testatur. 420
- 310.** 1516 Novembris 23 — Capitulum ecclesiae Colocensis ab Emerico Báncai Franciscum et Iohannem Várday solutione damnorum tempore insurrectionis illorum absolutos esse testatur. 420
